

VEGETIUS

Verlag von B. G. Teubner in Leipzig und Berlin.

Die hellenische Kultur. Dargestellt von Fritz Baumgarten, Franz Poland, Richard Wagner. 2. Auflage. Mit 7 farbigen Tafeln, 2 Karten und gegen 400 Abbildungen im Text und auf 2 Doppeltafeln. [X u. 491 S.] gr. 8. 1907. geh. ℳ 10.—, in Leinwand geb. ℳ 12.—

[illegible]

[illegible] (Lehrproben und Lehrgänge.)

Charakterköpfe aus der antiken Literatur. Von Prof. Dr. Ed. Schwartz. Fünf Vorträge: 1. Hesiod und Pindar; 2. Thukydides und Euripides; 3. Sokrates und Plato; 4. Polybios und Poseidonios; 5. Cicero. 2. Aufl. [VI u. 126 S.] gr. 8. 1906. geh. ℳ 2.—, in Leinwand geb. ℳ 2.60.

„Die Vorträge [illegible]“

([illegible])

Geschichte des hellenistischen Zeitalters. Von Julius Kaerst. I. Band: Die Grundlegung des Hellenismus. [X u. 433 S.] gr. 8. 1901. geh. ℳ 12.—, in Halbfranz geb. ℳ 14.—

„[illegible]“ ([illegible])

P. VEGETI RENATI
DIGESTORUM ARTIS MULOMEDICINAE LIBRI

EDIDIT

ERNESTUS LOMMATZSCH

ACCEDIT GARGILI MARTIALIS DE CURIS BOUM FRAGMENTUM





LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI
MCMIII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.



I. P. Vegeti viri illustris mulomedicinam primus edidit Basileae a. 1528 Ioannes Faber Emmeus Iuliacensis typographus. Transvexerat enim, ut ipse editor in praefatione narrat, ad eum *Dominus Hermannus inclytus a Neuenare comes* praepositus primariae aedis Coloniensis[1] codicem quendam pervetustum, qui continebat Vegeti de mulomedicina opus multis saeculis absconditum.[2] Librum *propemodum infinitis locis corruptum* ut iure queritur, ipse correxerat editor, cum Beatus Rhenanus variis obstrictus negotiis munere obeundo adesse non posset. Codex cum inde ab illo tempore nusquam comparuerit, editione principe codicis instar uti licet: neque enim cum ullo quotquot servati sunt codice adeo consentit ut omnino neglegere possimus.[3] Corruptelas quas sanari posse de-

---

1) De quo vide *Allgemeine deutsche Biographie* vol. XXIII p. 485—86 (Geiger), *Briefwechsel des Beatus Rhenanus* herausg. v. Horawitz und Hartfelder (Leipzig 1886) p. 128 n. 9. Idem primus edidit *Octavii Horatiani rerum medicarum libri IV* Argentorati 1532 cf. *Theodori Prisciani Euporiston libri III* ed. V. Rose p. III.

2) Neque unde advenerit ille codex scimus nec quo deinde delatus sit. Ex Ungaria videbatur venisse Schneidero (*Script. rei rust.* tom. IV 2 p. 4, credo quod editio ad Ferdinandum regem Ungariae missa est), ex Italia Erhardo (*Gesch. d. Wiederaufblühens d. wiss. Bild.* III p. 421): cur non in ipsa Colonia putabimus codicem inventum esse? Etiam editio illa Prisciani (v. adn. 1) manavit ex manuscripto nunc Bruxellensi qui liber erat tum *sancti panthaleonis in Colonia:* certe eodem tempore alter Vegeti codex, sed lacunosus, in bibliotheca eiusdem ecclesiae erat; vide quae infra p. X de codicis Leidensis archetypo disputabimus. 3) Cf. infra p. XXI.

sperabat intactas reliquit editor: v. 1, 11, 7. 2, 71, 3. 3, 27, 2. Codici autem ex altero codice adscriptam fuisse varietatem lectionis demonstrant notae ab editore repetitae quibus per voc. *alias* variae lectiones indicantur; accedunt ea quae in libro IV extremo adnotavit: *ab initio huius libri III usque huc non habentur in vetustiore codice et totum censetur una rubrica, ut ait* [i. codex ille comitis] *quatuor capitum etc.* cf. infra p. XXI. Sine causa igitur I. G. Schneider (l. c. p. 4) miratur editorem illum in praefatione extrema loqui de *exemplaribus,* cum ab initio de uno tantum codice agatur: sic enim Jo. Faber: *quaedam etiam cum vel variarent exemplaria vel abundare viderentur, aut etiam vel parum vel nihil ad sententiam facerent, parenthesi interdum cinximus,* et paulo post: *quaedam etiam morborum simul et herbarum remediorumve vocabula licet immutanda cognosceremus, constans tamen exemplariorum consensus ne quicquam immutaremus prohibuit.*

Sequitur Ioannes Sambucus qui a. 1574 Basileae edidit *P. Vegetii de veterinaria medicina opus ante annos L mutilum corrupteque editum, nunc vero a se ex vv. cc. plurimis in locis emendatum ac restitutum.* In titulo libri praedicat sese *ex tribus vetustissimis codicibus* varietatem adiecisse, sed tacet ubinam pretiosissimos illos codices invenerit. Recte tamen J. G. Schneider (l. c. p. 4) quod dedicationem dedit Sambucus *Viennae,* coniecit ab eo adhibitos esse codices bibliothecae Caesareae Vindobonensis: neque recte ait 'codices'; nam unus inter codices Vindobonenses Vegetium continet (nobis V), isque eam quam Sambucus adnotat lectionis varietatem exhibet ut eundem a Sambuco excussum esse putemus. Neque plures ab eo adhibitos esse facile intelleges. In adnotationibus enim non tres distinguit codices sed quasi unum fere ubique affert usus nota *MS* vel hic illic *v. c.,* ut 1, 16, 2 *v. c. non habet,* 1, 16, 34 *MS non habet;* longe plurima sine codicis nota afferuntur. Tota autem lectionis varietas compilata est ex cod. V et ed. pr. ita ut quid cuiusque sit non indicetur. Neque dubitat subscriptionem illam ad finem libri IV ad-

positam repetere tanquam ab ipso repertam. Sumpsit enim editionem principem pro fundamento suae ipsius editionis addiditque lectiones ex cod. V. Sunt igitur codices illi tres: cod. Vindobonensis et duo codices illi de quibus codicem editionis principis confluxisse vidimus.

Nova quasi lux exorta est Vegetio, cum Gesneri diligentia inter scriptores rei rusticae editus est Lipsiae a. 1735 primum; iterum I. Aug. Ernestii notis auctus a. 1774. Gesnerus enim primus codicis Corbeiensis vel potius Leidensis collationem adhibuit, ab Ioh. Alberto Fabricio inter libros Gudianos emptam atque transmissam: varietatem traxit is quisquis contulit ex *exemplari descripto ex MS. codice Corbeiensis monasterii tunc temporis Coloniae apud S. Pantaleonis deposito. Codex Corbeiensis optimae notae admodum antiquus literis uncialibus exaratus, lacerus tamen et hinc inde lacunis deformatus.* Recte suspicatur I. G. Schneider (l. c. p. 3) usum esse virum doctum apographo isto, quod adhuc exstat, codice Leidensi Vossiano. Ille enim in fronte ea ipsa verba de archetypo Corbeiensi fert quae is qui contulit repetivit. Nec refellimur eo quod ait de forma codicis et literarum: hoc enim ex apographo isto Leidensi quemvis virum nedum virum doctum potuisse cognoscere infra videbimus. Gesnero igitur praeter editiones principem et Sambuci praesto erat quasi fundamentum ad textum restituendum collatio illa cum codice Leidensi facta. Nec plura adhibuit: nam quae Rhodius [ad Scribonium Largum emendationes p. 238] affert ex codicibus Mediceis et Vaticano, non recte sunt descripta.

Totum Gesnerianum rei rusticae scriptorum corpus repetivit novis collationibus auxit commentario docto ornavit I. G. Schneider Lipsiae 1795, cuius operis continet Vegetium tomus IV. Qui thesauris Gesnerianis adiecit collationem codicis Gothani a Franzio, medicinae professore, factam, deinde ab ipso repetitam (l. c. p. 18). At hoc in Vegetio vir doctissimus peccavit quod invito hercle scriptore membra operis disiecit quodque erat usque ad illud tempus in libros distributum quattuor id sibi videbatur

posse vel potius debere dividere in sex. De qua re pauca liceat iam nunc proferre, ne postea in tractandis codicibus nobis morae sit.

Schneiderus enim (p. 8 ssq.) primum quem codices editionesque vetustiores ferebant librum in duos separavit propterea quod in illius libri cap. 29, 1 sic professus est scriptor: *Quaecunque passiones plus iumentis periculi inferre consueverunt et difficilioribus obscurioribusque indigent curis, has primo*[1] *amplectimur libro, ut et facilius reperiantur quae in exordiis ipsis occurrent et legentibus fastidium non possint adferre.* Primo igitur libro sese amplecti ait Vegetius passiones periculosas curisque difficiles: cur amplexus sit, ipse optime eadem illustrat verbis in praefatione totius operis positis his[2]): *indigesta et confusa sunt omnia* [apud Chironem nimirum] *ut partem aliquam curationis quaerenti necesse sit errare per titulos, cum de eisdem passionibus alia remedia in capite, alia inveniantur in fine.* Digerere igitur vult ea quae apud auctores invenerat indigesta, ut ea quae inter se cohaerent quaeque ad unum eundemque sive morbum pertinent sive curationis modum, coniuncta possint legere commodeque invenire ei quibus sanitas iumentorum cordi sit. Igitur primum colligit signa (I 1—9) curasque (I 10—20) morbi periculosissimi qui vocabatur maleus; accedunt praecepta de generalibus remediis ad omnes morbos utilissimis: detractione sanguinis (I 21—27) et de ustione (I 28). Iam sequuntur passiones ex febribus ortae (I 29—36. II 1—8 Schn.). Quid Schneiderus? Indicare Vegetium sese a morbis difficilioribus transire ad minus graves; oportere igitur ab hoc capite novum librum, secundum, distingui, quod Vegetius istis verbis quasi primi libri consummationem reddat; istis enim ipsis verbis *quae in exordiis ipsis occurrent* indicare scriptorem initium novi libri! In quo mire

1) *Uno* codex P. 2) § 4 cf. etiam II 36, 2 *ut ordo in medendi dispositione servetur ne indigesta . . . pagina quaerentem confundat aut tardet.*

erravit vir doctus: neque enim illis verbis quibus magna pars Schneiderianae argumentationis vel tota nititur, agitur de exordiis librorum. Ait enim Vegetius: *primo amplectimur libro ut et facilius reperiantur quae in exordiis ipsis occurrent.* Quodsi Schneideri interpretationem sequeris, contrarium eveniet: neque enim Vegetius ea primo libro amplecteretur, sed secundo, cum — Schneideri quidem sententia — intellegatur initium libri secundi, id est I 29. Nam si hoc dixisset Vegetius 'Ut quis facilius inveniat, omnia talia primo collegi libro: nam in exordiis quae sunt posita facilius reperiuntur', nullo modo his verbis id indicare potuit quod Schneidero videbatur voluisse exprimere, scil. se alia reservare primo libro, alia, ut facilius reperiantur, initio libri secundi. Non ergo hoc loco agi potest de exordiis librorum, quia absurda evenit sententia, indigna nostro scriptore, non illo quidem sapiente, at tamen qui voluerit eis quos lecturos esse voluit omnia quam optime digerere. Mihi quidem non dubium est quin longe aliud istis verbis expresserit auctor: hoc enim voluit, ne legentibus taedium adferret coactis errare per titulos, uno libro, primo, complecti ea omnia quae in exordiis ipsis morborum occurrerent et signa et remedia, ut facilius cognosci possent ac sanari; eisdemque fere verbis opus suum finit (3, 27, 9) iterum iterumque commonens *ut diligenti cura passionum occurratur exordiis*[1]*: nam etiam incurabilis aegritudines, si praeventae fuerint, medentis arte vincuntur. Inveteratae causae etiam faciles curari saepe non possunt.* Cf. etiam 1, 56, 1.

Neque hoc recte disputavit vir doctus, discerni illo loco (1, 29, 1 = 2, 1, 1 Schn.) inter morbi malei genera et ea quae sequuntur, difficiliora illa minus periculosa haec. Nam febrim quoque inter morbos damnosissimos esse numerandam ipse prodit eodem capite [§ 2]: *Febrientibus itaque* [nota *itaque*] *animalibus primum convenit subvenire* [i. e. *in exordiis occurrendum*]*; nam non amplius quam triduo*

1) Ubi codex L *passionibus occurratur in exordiis.*

caloris vim sustinere posse creduntur, intra quod si curata non fuerint moriuntur, oportet igitur prius passionis huius signa causasque praedicere et mox medicinam exponere. Accedit alius locus 1, 56, 1: *obscuras difficilesque curas prima fronte digessimus, consequenter ad cetera pergentes,* quem Schneiderus non minus in usum suum convertit, tanquam si illae curae *prima fronte digestae* referendae sint ad curas istas in primo libro — qualem quidem ipse sibi finxerit — descriptas. Nonne habemus hoc loco ipsum Vegetium certissimum testem rectius nos de illo loco c. 29, 1 (= II 1, 1 Schn.) iudicasse: Vegetium comprehendisse primo libro et morbum maleum et febrim quaeque sequuntur curas? Id quod hic locus luce clarius manifestat. Vult enim Vegetius, postquam obscuras difficilesque curas prima fronte (i. prima parte libri) digessit, ceteras tractare *(ad cetera pergentes):* quod priusquam faceret, necessarium videbatur inserere capitulum de sanitate animalium servanda (1, 56—60), tunc ad cetera pergit c. 61 ssq. — In eiusdem libri (I vulg. II Schn.) capitulo extremo sic noster (1, 64, 2): *si liber, cui iam ponendus est finis, legentium non offendit auditum, sequenti volumine inchoantes a vertice usque ad ungulas ex diversis auctoribus enucleatas animalium publicabimus curas, ut ordo*[1]) *qui a natura datus est in medendi dispositione servetur.* Recte descripsit his verbis rationem libri sequentis (III Schn. II vulg.), qui continet morbos curasque secundum partes corporis digestas. Neque est quod librum istum quem finiturus est auctor, intellegamus illum a Schneidero statutum, secundum. Idem cadit in locum 3, 7, 3: *Studiosis equorum quae cura stabuli, qui alimentorum cultus, quae observationis sollicitudo praestanda sit, primus ac secundus*

1) Cf. 1, 61 *de urinae difficultatibus ordine suo multa dicenda sunt* id quod 2, 79 facit: libros enim II et III (III et V Schn.) in unum esse coniungendos infra apparebit: nam ordo iste *a natura datus* per libros istos continuatur, qui in plerisque codicibus iisque gravissimis cohaerent.

indicat liber. Commemorat igitur Vegetius duos sese scripsisse libros. Quid Schneiderus? Tantum abest, ut Vegetium secutus qui antecedunt libros tres contrahat in duos — id quod codices optimi praebent, omnes sane editores neglexerunt — ut contra Vegetium a se stare contendat (p. 14): *vides ex libro primo et secundo laudari quae hodie in primo reperiuntur solo, vel ideo in duos distinguendo.* Mirum virum propositique tenacissimum: Concedamus enim de cura stabuli agi I 56, de alimentorum cultu ibid. § 8 ss.: nonne observationis sollicitudinem in unoquoque capite vel disertis verbis vel tacite commendat atque praecipit? *Nam adversus maiora dispendia maiorem sollicitudinem oportet impendi . . . cotidie ergo vel frequentissime speculari convenit habitum iumentorum, nam diligentibus morbus ipse se prodit.* Sic noster in praefatione § 16: cf. 2, 40. 2, 89, 5. 2, 92, 8. 2, 140, 2. 2, 141, 4. — Ecce nobis opponit Schneiderus locum ut ei videtur clarissimum 1, 9, 6: *nunc signis omnibus generaliter singulariterque digestis, singulorum morborum speciales propriasque curas oportet adiungere, post haec de generali minutione singulorum et adustione docens concludam librum primum.* Certe his verbis respicitur c. 28 quo de ustione agit: sed id quaerendum est num iure propter haec verba contra testimonia codicum ipsiusque scriptoris supra fusius tractata ab isto capitulo novum incipiamus librum. Non recte dixi *librum,* dicendum erat *volumen.* Hoc enim intererat eo tempore quo Vegetius scripsit[1]) inter haec vocabula, *volumen* et *liber,* ut illo significetur id quod in uno codice continetur, hoc id quod ad unam eandemque rem spectabat: in quam rem diligentius inquisivit Landwehr (Woelfflini Archivi tom. VI p. 223 ssq).[2]) Vide quam diligenter Vegetius di-

---

1) Et Vegetium esse eundem qui de re militari scripsit et vixisse sub Theodosio Magno, mihi persuasit *Schoener, Studia in Vegetium* (Erlangen 1888) p. 34.

2) Cf. etiam *Dziatzko, Untersuchungen über ausgewählte Kapitel des antiken Buchwesens* p. 172 ssq.

stinguat inter vocabula ista: cum de rebus una tractatis tractandisve agit, utitur voc. *liber* (1, 9, 6. 1, 29, 1. 1, 64, 2. 3, 7, 3), de partibus operis *volumen*, ut 1, 64, 2 *si liber* .. *non offendit auditum, sequenti volumine* .. *publicabimus.*

Igitur non est quod librorum formas a Schneidero enucleatas accipiamus: quascunque attulit causae aut nihili sunt aut utique a nostra sententia stant. Accedit quod Vegetius unicuique libro praemittere solet praefationem; carent autem praefatione libri (Schn.) II et V: si autem cum codicibus librum II coniungimus cum libro I et librum V cum l. III unusquisque suam liber habet praefationem. Et haec quidem de editionibus.

II. Inter codices vero agmen ducat codicis Corbeiensis
L nunc deperditi apographon Leidense. Est inter codices Vossianos lat. fol. 71, continet 71 folia: scriptus est ab uno librario; contuli Bonnae a. 1898. Quem codicem possidebat Petrus Scriverius deinde Isaac Vossius, qui nonnulla in margine adnotavit vel correxit. In prima pagina scripta leguntur haec: *descriptum ex manuscripto exemplari Corbeiensis monasterii Coloniae anno MDXXXVII tunc temporis apud S. Pantaleonis deposito*, eadem in fol. 71^{v} leguntur addito die *9 octobris.* Fuerat igitur codex ex monasterio Corbeiensi Coloniam travectus ibique postquam descriptus est periit. At apographon tam diligenter videtur factum, ut ipsum exemplar vix desideremus: neque enim librarius, quisquis fuit, aut corrupta emendavit aut lacunas supplevit[1]), sed satis religiose locis dubiis vel litteras retinebat, unde licet cognosci codicem Corbeiensem fuisse litteris uncialibus quas vocant exaratum, vocabulis inter se non distinctis. Pauca afferam quibus formam Corbeiensis codicis satis describi puto:

1, 17, 3 *obruenda subter pana*^{ne}. *et vivorum*.. L. legendum scil.: *o. sub terra. nam et v.*

1) Scriverium non fuisse librarium, sed paulo vetustiorem mecum communicavit S. G. de Vries.

1, 12, 2 *languor est tabe corruptus* L. debuit *languoris tabe c.*

1, 17, 8 *trito remixto* sic L. *trito permixta* cett. codd.

1, 17, 19 *olei rosei putatissimi, iscendas* L. *olei r. putat esse miscendas* cett.

2, 45, 4 *a summa TBA* sic L non intellegens, quod debuit, *a s. iuba.*

2, 64 *atramentum. utopis* L, quod est *atramentum sutoris.*

3, 6, 5 *os agrudia* L pro: *ossa grandia.*

Lacunas vides diligenter servatas in his: praef. § 8: *ignori ... Ex inani* ubi cett. codd.: *ignoretur. Ex i.*

2, 67, 3 *NI ... quoque* sic litteris maiusculis: *nitri quoque* rell. codd.

2, 71, 2 *testium ... dent* L pro *[su]dent.* adde locum 2, 67, 4 *Vitio lumborum mediture insemininis brassicae.* pro: *v. l. medetur em.* (i. emina) *seminis br.*

Codex Corbeiensis mutilus erat; initio operis et in ipso opere multa erant deperdita, ut credas totos quaterniones aliis locis defuisse, aliis singula folia: quas lacunas is, qui descripsit, in codice L religiosissime servavit adeo ut ne verba quidem ante lacunam dimidia suppleret, id quod ex editione principe tum iam per novem annos divulgata facile poterat fieri. Initio in codice legebatur capitulorum dinumeratio omnium librorum, binis columnis scripta: nunc legitur (fol. 1r) primum: *XXVIIII de oncomate.*[1]) Deerant igitur capitula libri I (64) et libri II cap. 28: conicias unum folium periisse in cod. Corb.: etenim si pro capitulis quae desunt 92 totidem sumas lineas additis eis quae ad titulos librorum reservandae sunt eisque quas forte tituli quidam longiores sibi adposcebant, facile faciunt lineas centum: tot autem capiebat folium codicis binis columnis

---

1) Est libri II cap. 30; et in ipso contextu codicis numeratur *cap. XXX:* quod inde videtur factum quod eiusdem libri c. X et XI in quibusdam codicibus quasi unum numerantur capitulum, quam dinumerationem in indice cod. L videtur retinuisse.

exarati, si codex Corbeiensis erat vicenarum quinarum linearum ut cod. L. — Iam sequuntur capitula reliqua usque ad LXIV quae statim excipiuntur capitulo LXV *si vermes fecerit animal* eqs. nullo spatio interposito.[1]) Deinde scribitur: LIB. III 1 de numero et positione ossium usque ad 27 compositio collyriorum, deinde LIB. IV 1 cura et medicina boum usque ad 47 ad lumbricos coscos et tineas[2]) quae capitula sunt libri IV Schn., Gesneri reliquorumque editorum libri III cap. 1—4. Adiecta sunt capitula *Curae boum ex corpore Gargilii* quorum numeri cum illis libri IV cohaerent ut sint n. 48—66.[3]) Tractatus iste solo codice L servatus est: inde edidit Gesner Vegetio adiectum.[4])

Indici capitulorum subscribitur: EXPL. DIVERSORVM | ACTA IVMENTOR. Hoc quidem fol. 3r: quod huius folii restat, scriptura caret; sequitur sine titulo fol. 4r praefatio operis *Mulomedicinae apud Graecos* eqs. usque ad § 9 *nisi qui utrumq.* | Deinde lacuna usque ad 1, 12, 1 | *aurei vel crocei.*[5]) textus continuatur usque ad 1, 15, 3 *singulos semis sextarios.* | Post lacunam 5 linearum pergitur [1, 16, 4]: | *Sunt vires* . . usque ad [1, 19, 3]: *levare potueris car* = |.[6]) post lacunam [1, 21 extr.]: | *sanguinis ipsius vitiosa parte* usque [1, 25, 3] *oculis nocent m. m.* |[7]). Lacuna: pergitur

1) Manus recentior paragraphum inter cap. 64 et 65 addidit, de qua re cf. p. XX.

2) Tria quae ponuntur ultimo loco capitula ab omnibus editoribus spreta sunt ante Schneiderum, qui tamen ea adnotationum tenebris abscondit p. 167. Sunt speciosissima propter incantamenta: cf. p. XXXV n. 3.

3) Peculiari libello edidit *als Beitrag zur landwirtschaftlichen Tierheilkunde* C. Th. Schuch, Donaueschingen 1857.

4) In illius usum describendum curaverat Iac. Perizonius. repetivit Schneider p. 168—171 ipsius Vegeti insertum inter lib. IV et V.

5) In summa pagina legitur *CAP. XI sed AKEΦALON,* in margine rectius *cap. XII p. II.*

6) Sic in L. *in carbonibus vivis* vulgo.

7) *O. nocent, inferiores venas* . . Vegetius. Conicias cod. Corb. habuisse scriptum *oculis nocent ium[entorum.*

(2, 23) *De strumis iumentorum,* in summo margine adnotatum: *LIB. II.* Textus deinde continuatur usque ad (2, 26, 1) *papirum inicies* | et post lacunam inde a 2, 28, 2 | *sextarium I cõmiscebis* praemisso titulo *ex c. XXVIII* usque ad 2, 30, 1 *Adheromata est* |. Post lacunam 2, 37, 1 | *ac loco tepido statuendum* usque ad 2, 40, 2 *a geminis venis inferius* |. Deinde resumitur textus a (2, 43, 2) |*pauca difficulter evadunt* usque ad (2, 45, 4): *ipso die* | et a (2, 63, 1) | *cacatum mittes* et q. s. cap. 64, 65, deinde statim (2, 66) *si vermes fecerit animal c. 66*[1]) usque ad (2, 88, 12): *tetanicos opisthotonicos* |. pergitur 2, 89, 3 *siccatos praebebis cibos* usque ad finem libri (fol. 52^r). fol. 52^v incipit lib. III (Schn.) cuius in summa pagina adnotatum est *LIB. III,* usque ad c. 27 *saepe non possunt.* *τέλος τȣ Γ*. Sequebatur lib. IV ut in margine adscriptum legitur, cuius nunc restat tantum modo pars inde a c. 9, 3 | *Nam primo ferro* usque ad finem, cui adnectuntur capitula illa 45—47 de quibus cf. p. XII n. 2. Deinde sequitur *Curae boum ex corpore Gargilii Martialis.* Cui subscriptum legitur: DIGESTORV̄ ARTIS MVLOMED. Erant igitur in codice Corbeiensi duo minimum opera de mulomedicina: primum id cuius scriptor non nominatur, Vegeti quod in ceteris codicibus prae se fert nomen; hoc ordine:

lib. I	=	Schn. I. II.	Gesn.	I.
II	=	„ III. V.	„	II. III 2^b—85.
III	=	„ VI 1—27	„	IV 1—27.
IV	=	„ IV.	„	III 1—4.

Supra exposuimus formam librorum in codice L servatam optime congruere cum iis quae ex Vegetio de hac re licet concludere. — Vegeti operi additum est opusculum propter materiei similitudinem ex corpore Gargilii sumptum. Dixi Vegeti: at codex tacet. Habemus enim duas

1) In margine adnotatum manu Vossii *c. II lib. III* id quod hoc caput erat in editione principe.

tantum inscriptionis reliquias tenuissimas alteram *diversorum acta iumentorum* sub fine indicis capitulorum positam, alteram totius libri *Digestorum artis mulomedicinae.*[1]) Vegetium autem non esse auctorem mulomedicinae, vix quisquam sibi persuadeat, si secum reputet inscriptionem illam non pertinere ad alterum tantum opus — Vegeti — sed ad utrumque, et Vegeti et Gargili Martialis: ponitur enim utroque loco in fine et capitulorum utriusque et textus. Quodsi vero id consideraverimus quomodo alterius opusculi auctor, Gargilius Martialis, nominetur, non mirabimur in tot tantisque lacunis interisse nomen Vegeti: similis est res in libri IV titulo, qui in quibusdam libris (P et M) anonymi fertur *de curis boum epitoma ex diversis auctoribus.*

Eiusdem recensionis librorum Vegeti quam praebet codex Corbeiensis, non exstat alterum exemplar nec praeter codicem Leidensem aliud eiusdem codicis est apographon.[2]) At proxime accedunt fragmenta quaedam antiquissima, in
S codice Sangallensi rescripto servata. Est codex 908 (Scherrer p. 324—328), qui totus fere ex foliis rescriptis constat varii argumenti[3]), in quibus a novo librario saec. VIII scripta sunt excerpta ecclesiasticorum et vocabularium Latinum. Fragmenta mulomedicinae artis continentur pag. 277—292. Codicem pretiosissimum bibliothecae S. Galli praefectus singulari cum liberalitate ut ipse excuterem Bonnam misit. Descripserat iam quantum poterat

1) Id quod inde a Gesnero (praef. § 11) per omnes fere libros pervulgatur, inscriptum esse librum Corb. *dig. artis m. libri III* [cf. Schneider p. 5. Teuffel, hist. litt. Rom. § 432, 11. Ihm, Pelagonius p. 19, 2] non legitur in codice: videtur sane deesse notitia librorum numeri.

2) Falso Teuffel, hist. litt. Rom. § 432, 11, extare alterum ait teste Schneidero p. 3; at is rectius: *suspicari licebit ex hoc apographo (i. L.) ductam esse varietatem Gudianam* (Gesneri).

3) Idem codex continet cum alia tum fragmenta rescripta Fl. Merobaudis a Niebuhrio recognita et edita a. 1823 et sortes quas edidit H. Winnefeld, Bonnae a. 1887.

legere I. v. Arx, bibliothecae olim praefectus: neque tamen cum ipsum scriptorem non recognosceret omnia recte legit aut descripsit. Litterae etiam nunc optime ubique fere leguntur, nisi quod hic illic — in titulis potissimum capitulorum — detersae perierunt. Erant autem ista fragmenta codicis Vegeti folia VI quorum folia III et IV cum rescriberentur resecta sunt ita ut plus dimidio periret. Sunt litterae unciales perelegantis formae quam viri huius rei periti sexto attribuunt saeculo. Continent Vegeti I 11, 12 inde a verbis *tussientibus vel vulsis* .. usque ad 1, 17, 13 .. *patiuntur interpositis* . . . Pag. 1 et 2 lineis 25, ceterae lineis 26 erant scriptae. In imo margine dextro paginae duodecimae legitur nota quaedam tanquam q ////, quod interpretatus est v. Arx (qui legit VI) *quaternio sextus*. Non recte: nam habemus illius codicis folia VI in quorum sexto illud quidquid est adnotatum legitur: erat igitur codex ex ternionibus compositus. Ac potuit sane quem nunc habemus fuisse ternio tertius, si numerum sic volumus interpretari: neque enim quid sit illud q explicari potest. In eodem folio sub Vegetio cognosci possunt vestigia scripturae vetustissimae cursivae, sed quae nunc possunt legi [e. g. *prid. non. apr.*] ad scriptorem genusve libri detegendum nihili sunt. Eiusdem scripturae, ut Arxio quidem videbatur, est id quod in eodem folio adnotatur paulo supra illud q III in eodem margine: q XXXII de quibus coniecturas proferre inutile: fortasse et ille numerus particulas codicis indicabat. — De ratione codicis orthographica haec fere memoratu sunt digna: saepius ut solet confunduntur e et ae: *quae* (i. q.-*que*), *assiduae, cottidiae; tisane* (pro: *ptisanae*).

b et v: *euforvii, vaca* (= bacca), *betustas, base, obi, bitreo.* Semper scribuntur: *umor etc., absentium, senapi, caledi, orticae.* Notandae formae vulgares: *cornum, virum* (pro: virus), *apium viridem, coclearem grandem;* constructiones: *digestio quam-utebantur; de cervicem, cum farinam, hanc aegritudinem laborantis* et similia. Vix errores deprehenduntur nisi hi: *plus* pro *plenus; ab* pro *ad; ut* pro *et.* — In lectionibus gravissimis codex S con-

sentit cum L contra alios codices omnes ut: 1, 12, 2 omittit *et bubulci.* 1, 12, 4 *si ista non inveniuntur* (*istae res* vel *folia* cett. codd.). 1, 15, 2. 1, 17, 3. 1, 16, 7 *correpta al. corrupta* L eadem manu: *corrupta* S in textu (*correcta* cett. codd.). At in nonnullis praebet S meliora quam L: 1, 12, 1 *languoris tabe* S (*languor est tabe* L). 1, 17, 4 quae omisit L habet S (*aut* ⟨*ex calore aestatis vel frigiditate hiemis aut*⟩ *si volentes* . .). cf. etiam 1, 17, 11 *cum apio minutatim conciso* L. *cum apio m. conciso et cum cucumere silvatico similiter conciso* S. — Neque id omitto in codice S verba illa in codice L non satis intellecta (1, 17, 3 *subter pana*) sic disponi ut *subter* lineam claudat: SUBTER | RANAM. Vides igitur quam similis fuerit codex iste codici Corbeiensi eiusve archetypo.

Quos adhuc tractavimus codices, L et S, ut erant optimae notae, ista erant mutili: transeamus nunc ad eam classem codicum, qui soli Vegetium continent integrum: cuius classis erat etiam is ex quo editio princeps fluxit, nunc deperditus. Ac primum quidem tractemus eum quem
G iam Schneiderus ad textum recensendum adhibuerat: Gothanum. Est codex chartaceus B n. 175 s XV, anno 1772 ex bibliotheca Godofredi Thomasii emptus.[1]) contuli. Continet Vegetium fol. 2^r—167^r. fol. 1^r scriptum legitur *Vegetius de Renacio.* sequitur etymologia verbi *mulomedicina.* Deinde fol. 2^r sine nomine auctoris *Liber primus. praefatio,* denique *capitula libri primi* et textus eiusdem libri in cuius fine *finis primi huius, incipit liber secundus. prologus.* deinde *capitula* libri II 1—65 in cuius fine *explicit liber secundus 1488 25. Iulii.* sequuntur libri III et IV (Gesn.) omissa huius libri praefatione. desinit 4, 28, 29 *quod satis est pugillum. Explicit Vegecii de Mastalcia.* Sequuntur *interpretatio ponderum* (fol. 168^r) cui subscriptum *finitum anno dni 1488 4. Augusti. Laus Deo.,* deinde alia manu *sinonima istius libri secundum alfabetum*

1) Cf. *Beiträge zur älteren Litteratur von Jacobs und Ukert* I p. 270.

(fol. 168^{v}—177^{r}) *numerus ponderum* (fol. 177^{v}—178^{v}) *nomina erbarum et gradus virtutum earum secundum alphabetum* cui subscribitur: *finitum 20. Iunii 1491.* — Ut supra monui, Vegeti textus ab uno librario scriptus est: praeter quem duo alii possunt distingui non multo recentiores, alter qui hic illic correcturas adnotavit, alter qui et correctoris et glossatoris munere functus est.

Cum codice G una est tractandus codex Vaticanus 4438 (A). membranaceus s. XIV, ab uno librario scriptus A
qui ipse nonnulla correxit: recentissima denique manus alias addidit correcturas. Omittitur in hoc quoque codice praefatio libri IV; habet in fine totius operis *explicit liber Vegecii de mascalcia.* De cognatione cum codice G ut possis recte iudicare, haec afferam:

praef. § 1 *ars veterrima* GA, § 8 *narrabit al. mutabit* GA (ubi *vacabit, vitabit, nutabit* rell. codd.).

1, 8 *mortiferae mortis necessitatis* GA inserto glossemate.

1, 10, 3 *exulceratione ippillius mitigatur* G. *spillius* G^{2} in marg. *exulceratione ip|illius m.* A: *ip|* in fine lineae positum.

1, 10, 5 *ab omni necessitate munies murabis* G. duplex verbum explicatur lectione codicis A: *vel munies murabis,* unde vides in codice A glossema in textum fuisse receptum.

1, 12, 1 *intra cutem et carnem* G, sed *cutem* postea additum est. *intra et carnem* A.

1, 22, 1 *sanguinem trahere,* sed *trahere* supra lineam addit G; nam A omisit.

1, 22, 11 *disprimentitur al. dispumantur* GA.

1, 28, 6 *colacasticis unctionibus* G. quid sibi velit monstrum illud *colacasticis* intelleges si leges quae habet A:
cola
co|casticis: voluit enim *colasticis;* nec minus mirum in eadem
cola
§: *casticis cola* G: nam A: *cas|ticis.*

1, 29, 2 *causasque praedici* G, sed *-ci* postea additum; omnes alii codices *praedicere;* sed A *praedi|* in extrema linea oblitus ultimas syllabas ponere in sequenti; quod saepius facit, a G falso repetitum, conferas velim hos locos.

2, 14, 1 *ut in vicinitate proxi* ita G. A: *proxi[ma* scripturus vocabulum in extrema linea imperfectum reliquit.

3, 8, 3 *ne medicamentum ustura consuccum spissum* . . G. *ne medic. u. consu* | *Cum sp.* A, *consumat. Cum sp.* cett. codd.

2, 129, 12 *nec non et passe et melle* G. *pas*| *et m.* A. *passo* rell. codd.

2, 130, 1 *infunde in calida* G. *infũ* | *in c.* A (*infundas* cett.).

sum *tun*

1, 56, 26 *confusa* G. *confusa* A, voluit nimirum: *contunsa.*

1, 56, 36 *laudatur virga emittatur: deuersa iuba* . . GA pro: *laudat Vergilius imitantur: densa iuba.*

2, 13, 1 *peraclito* GA pro: *perradito.*

2, 14, 3 *liniseos* G. *liniscos* A (i. lemniscos).

2, 21 pro *si sinistrae sinistram* uterque sic: *sinistrae sifisim.*

2, 22, 1 *cerosio gilbulam* GA (pro: *cisorio gingivulam*).

2, 24, 2 *acitimali* GA (pro: *animali*).

2, 33, 2 *cru et cureumam* GA (pro: *cui et curamina*).

2, 44 deest in utroque codice.

2, 74, 2 *bulbos tascodeas* G. *b. tascocleas* A.

2, 88, 17 *hac et auictione* GA (pro: *hac etiam unctione*).

2, 111, 1 *dures rigidos* GA (pro: *aures r.*).

2, 111, 7 *assenes sere solem ruentibus* GA. pro: *arenis sole ferventibus.*

2, 130, 3 *abiectisque ossibus te et adiecto melle* G. *a. o. te adiectoque* A. *terunt adiectoq.* cett. codd.: hoc igitur loco negligentia etiam ab librario cod. A commissa est.

2, 141, 5 *vitibus aliis credo albis* GA coniectura in textum intrusa.

2, 148, 2 *esconderis* uterque pro: *effoderis.*

2, 149, 1 *quasi auclantis bestiis* GA (pro: *a venenatis b.).*

3, 10, 2. 3 bis in GA *in divo* pro: *in clivo.*

4, 4, 8 *vide egere corpus* G. *vide*|*re e. c.* A (voluit *viride*).

Sescenta alia: sed haec sufficere puto. Etenim si quis haec secum reputaverit, non puto dubitare quin codex G ex codice A descriptus sit; accedit quod prima manus codicis G eadem tantum scripsit quae continet codex A: scil. Vegetium et tabulam metrologicam. Quod ne credamus, ne ea quidem videntur impedire quae aliter in A, aliter in G leguntur.

1, 25, 4 *vicina sunt membris* A. *vicia sunt memoris* G.

1, 28, 3 *propria* G; *proprie* A (*prope* cett.).

1, 28, 4 *palmulae* G. *palmale* A.

1, 28, 7 *cum foco* G cum cett. codd., *cum ferro* A.

1, 37 *iniuriam cibi* G. *penuriam c.* A.

1, 38, 10 *Farnax autem* . . A: *pharmaco* G, ut vulg.

2 praef. § 3 *excedibus* G. *oxcedibus* A (legitne in archetypo: *ωcedibus* = merc-?).

2, 4 *conclusi dederit* G: *concluderit* A.

2, 58 *de pedibus attritis sive mollibus* G (ut rell. codd.) *s. m.* omittit A.

2, 148, 3 *vini veteris tepentis* G cum rell. codd. *v. v. meri t.* A, quod facile in mentem poterat venire.

4, 12, 1 *aut sudans* . . . *aut si* . . A: G ab altero *aut* ad alterum transiit ut etiam 2, 92, 7 *cum absinthio Pontico et [vino austero per os datum et] cum* . .

4, 15, 5 *consparge oportet. Et cum* . . G. *conspargi opor| Et cum* A.

3, 1 tit.: *de numero et passione ossium* G, *positione* A recte, quod G etiam in indice capitulorum habet. Vel ex his exemplis licet nonnulla ad nostram sententiam confirmandam asciscere, descriptum esse G ex A. Igitur hos duos codices pro uno possumus sumere. Librarius G haud ita diligenter munere functus est, nam saepius compendia scripturae falso solvit, velut scribit *mentior* pro *interior*, *cum vino* pro *cervino, nec* pro *naturae; facta* pro *frigida;* deinde: *dysteriis* pro *clyst-,* ut *reddatur* pro *recidatur, cibo* pro *ciclo, exercere* pro *excrescere* alia.

Sequantur duo codices artissime inter se cohaerentes ut et
F hos una liceat tractare: Laurentianum plut. XXXXV 19
Ven. membranaceum, s. XIV, nobis F[1]; et Venetum Marcianum membr. latin. class. VII cod. 24 (Valentinelli V p. 137) s. XIII. Habent enim id commune: praebent totum Vegetium, capitula ponuntur ante singulos libros, haec quidem ut in classe codicis A (G) a qua tamen in gravissimis quibusdam rebus differunt. Ac primum quidem in titulo: *Publii Vegeti Renati viri illustris artis mulomedicinae prologus* etc. En habes primum viri nomen plenum plenumque fere titulum quem voluit inscribi operi suo.

Ordo librorum est is quem in codice A (G) descripsimus: qualem etiam sequi solebant editores, speciosissima tamen exceptione. Liber enim II (Gesn.) finitur capite 64 *de denigrandis pilis albis*. Minime vero omiserunt F et Ven. cap. 65, sed nunc legitur post libri III c. 4 Ges. (IV, 25, 3 Schn.)! Meminerimus hanc partem libri III (= librum IV Schn.) in codice L legi post perfectum opus, libris II et III (III et V Schn.) in unum coniunctis. Iam vides quid ex illa librorum in F et Ven. forma sequatur: in horum quoque codice quodam archetypo erat ordo librorum is qui nunc est in cod. L: tunc scriptor quidam illam partem (est *de curis boum*) eo inseruit ubi videbat exstare in aliis exemplaribus sed erravit et ante falsum capitulum posuit. Fortasse etiam in archetypo invenit in margine adnotatum *hic legitur in aliis liber IV* ut facile explicari possit error. Potest et aliud excogitari: vidimus in quibusdam codicibus numeros capitulorum libri II (III Schn.) uno fuisse minores[2] quia cap. X et XI numerantur unum; igitur si ad librum IV adnotatum erat *pone post lib. II cap. 64* recte facere sibi videbatur librarius ille. Quamcunque vero causam esse erroris credere mavis, hoc puto neminem dubitare quin maiores ut ita dicam codicum F

1) Est is codex quem Caspar Bartholinus Thomae filius ad editionem futuram adhibuit, scripsit enim in folio 1v: *contuli C. B. Th. f. 1676.* 2) Cf. pag. XI n. 1.

et Ven. habuerint ordinem codicis Corbeiensis qui in abavo vel tritavo mutatus sit in ordinem vulgarem.

Quod si recte disputatum est, in his codicibus[1]) habemus recensionis L et AG quasi compagem. id quod etiam lectionibus probatur, velut

praef. § 16 *diligentibus morbus ipse procedit* F Ven. AG. *se prodit* cett.

1, 12 *erecto utitur pilo* F Ven.-AG. *visitur p.* P. *visu, turpi pilo* vulg. ex ed. pr.

1, 38, 10 *Farnax* FA pro *pharmaco*

sed 1, 16 enuntiatum extremum omisit F cum cod. L; quod habet AG.

1, 17, 14 *herba in litore .. nascitur* FL. *h.* ⟨*melior est quae*⟩ *in l. . . n.* AG.

1, 12, 2 omiserunt *et bubulci* F et L (cum S).

Huc liceat pauca adiungere de codice unde editio princeps fluxerit: codex iste[2]) capitula omnia operi anteposita habebat: ut cod. L; sed ordo librorum est is quem praebet classis codicis A (G). Inscribitur sic: *Vegetii Renati artis veterinariae s. mulomedicinae libri IV.* Ad caput IV libri III i. e. in extremo libro de curis boum haec habuit codex ille scripta: *Ab initio huius tertii libri usque huc non habentur in vetustiore codice et totum censetur una rubrica (ut ait) quattuor capitum et propterea subsequens reputabitur caput secundum.*[3]) Vides igitur et hunc codicem editionis principis esse conflatum ex duabus classibus supra statutis: nam ea capita (nobis lib. IV) non haberi in codice consentit cum L (habet enim in fine); quod vero sumuntur ista pro una rubrica, simile est in A: ubi inscribitur *de observanda boum sanitate rubrica.* Erat igitur codex archetypus ed. pr. (i. *codex vetustior* ille) classis L: deinde ex codice classis A (G) ille in cod. L liber quarto loco positus est in ed.pr.

1) F et Ven. in lectionibus prorsus consentire ex specimine, quod v. d. Plasberg meum in usum ex cod. Ven. descripsit, luculenter apparet; cod. F ipse contuli. 2) Cf. etiam p. III ss.
3) Quam notam repetivit Sambucus v. supra p. IV.

initio libri III vel potius post lib. II cap. 65: iure igitur ed. pr. huc adnectimus. At codex ille licet permultis locis cum codicibus servatis consentiat, tamen non pauca habebat singularia, velut

praef. § 3 omisit *quasi ad doctissimos scriberet,*

5 habet *aut damnosam curationem diss.,* 6 *in multis plurimisq.,* 8 in versu Vergili *morborumque et causas,* ib. *vacabit* quod est var. lect. in F et P.

1, 1, 2 omisit: *gravior [os asperum — gravior] incessus ipse.*

2, 3 solus habet extremum enuntiatum suo loco positum: codices habent in fine capitis sequentis.

1, 45, 5 solus habet medicamen, et quae sequuntur post 3, 28, 29 (§ 30 et 31).

Cum cod. A consentit haud raro, velut:

1, 16, 7 soli habent *pulli . . moriuntur.* 1, 17, 3 *aliorum animalium* (*aliis a.* cett.) 1, 19, 3 *mentam* inserunt A et ed. pr. 2, 37 *eruca* pro *ruta* AG et ed. pr.

2, 71, 3 omisit ed. pr. cum AG verba uncis inclusa; deest praefatio libr. IV Gesn. ut in AG sic etiam in ed. pr.

Quoscunque adhuc tractavimus codices plenum Vegetium continebant vel continuisse certum est: sunt etiam alii qui Vegeti mulomedicinam servant, ita ut multa sive capitula sive tmemata omittant: quos epitomatorum nominare possumus. Sunt hi:

P 1. *Parisinus* 7018[1]) membran. s. XIV binis columnis nitide exaratus atque diligenter adeo, ut loco verborum vel litterarum quae in exemplari non poterant legi, lacunam relinquat, velut 1, 17, 1 *(iracundiae imputatur aut vitio)*, P: *iracundiae īpi . . . . . . aú ītitio,* 1, 17, 12 *(sabinae lib. I, trixaginis ūnc. III centaureae),* P: *sabine t . . . . . .* | . . . *centauree.* 1, 26, 4 *(se possit. hi plane . .)* P: *possit. hu . . . . sane,* V: *hoc modo sane,* et alia multa. fol. 1^r in imo margine

1) In catalogo falso sub n. 7017 enumeratur, qui codex est Laurentii Rucii Hippiatrica.

est hoc distichon ab altera manu scriptum rubro atramento:

ad illm ducē calabrie

accipe rara tamen ut sunt, dux, scripta Vegetii
dantis et exiguo munere pende animum.

deinde nomen eius qui scripsit Loysius.

2. *Laurentianus* plut. 45, 18 chartaceus s. XV nobis M. M

3. *Vindobonensis* 115 (olim Mediceus 94) s. XV quem, V ut supra dixi p. IV, a Sambuco adhibitum esse verisimile est: velut ad 1, 17, 3 *propterea semper sunt separanda* sic Sambucus in margine adnotat: *et propter hoc semper repellenda sunt ab aliis illa* id quod in solo codice V nunc legitur; P et M eadem fere habent nisi quod .. *repellendi sunt.* ibidem: *profunde obruenda. altitudine* Samb. V (PM) alia multa. quae verba Sambucus ad finem libri IV (Schn.) adnotat *(Rabiosis equis et canibus da bibere rasuram de iliernia* (?) *et sanantur)* non inveniuntur nisi in codicibus V et PM. quaecunque Sambucus adnotat *non habere ms.* eadem desunt in codice.

Iam de horum trium codicum ratione disputemus; artissime enim inter se cohaerent. Ordo librorum est is, quem reperimus in codice L. In P et M capitula initio uniuscuiusque libri ponuntur sic ut cap. libri primi dividantur: primum enim ponuntur cap. I—IX, deinde contextu horum interposito cap. X—XVI, tertio denique loco cap. XVII—LXIV. Nec latet causa huius dispositionis: nam scriptor quidam curiosissimus illius loci c. 9, 6[1]) memor recte facere sibi videbatur consiliumque Vegeti melius sequi, si istis capitibus quasi denuo auctorem faceret initium capientem, non suspicatus Vegetium eo loco agere de c. 19. Nec tamen eo progressus est ut in duos libros librum primum discriberet. Deinde initio c. 17 sic Vegetius: *ea quae ad curam morbi mallei execrabilis pertinebant, abundanter constat exposita.* Ergo librarius scitulus ab hoc capite novae partis initium fieri voluit. Discis

1) *Nunc signis .. digestis .. concludam librum primum* cf. p. IX.

tamen ex dispositione stulta per duos codices P et M propagata hos ipsos artiore cognationis vinculo inter se coniunctos esse: nam tertius nostrae classis codex, V, omnia simul omnium librorum capitula in exordio posuit ante praefationem, id quod etiam in L factum vidimus et in editione principe.

Inscribitur *Publii Vegetii viri illustris mulomedicinae prologus;* in fine librorum I et II *P. V. Renati viri digestorum artis mulomedicinalis*[1]) *liber primus etc.* Desinit III 27, 9 *liber tertius explicit P. V. R. viri de mulomedicina.* Sequitur deinde liber IV hoc titulo PM: *De curis boum epithima ex diversis auctoribus*, V: *Publii Vegetii Renati viri de curis boum epithoma ex div. auct.* Omissum igitur est in PM nomen eius qui de curis boum scripsit: quem fuisse Vegetium i. eum qui de mulomedicina scripsit, ipse in praefatione dicit et testimonio codicum aliorum confirmatur: et tota ratio elocutionis et in hac praefatione et in ceteris est eadem, cf. e. g. praef. I § 6 *omnia breviter enucleata digerere*, II 36, 2 *ex diversis auctoribus enucleatas .. curas*, et praef. IV § 2 *ex diversis auctoribus enucleata collegi.*

Dixi codices non totum habere Vegetium: omissa sunt pauciora ex libris I et II, permulta ex libris III et IV ut vix dimidium praebeant. Si perlustramus lacunas istas[2]) hoc statuendum est omisisse eum quisquis haec de Vegetio elegit, ea quae minus necessaria videbantur remedia: id quod in tali collectione medicamentorum facile potuit fieri et oportuit ut commode possint singula inveniri. Semper fere totus sententiarum nexus servatur ita ut perlegentibus codicum illorum epitomam nihil videatur deesse. Nonnullis tamen locis vitium committitur: II 22, 6 sic PMV *cicatrices oculorum huius modi compositio discutit: spicae nardi, salis amoniaci .., catimiae .., croci .., salis amoniaci,*

---

1) Consensus cod. L et P probat Vegetium operi inscripsisse *digesta artis mulomedicinae.*

2) Affero e. g. 1, 62, 2. 2, 49, 2—5. 2, 112, 2—7. 2, 109, 2—6. 3, 14, 2—5. 3, 17. 3, 21—3, 23.

myrrae . . . si conferas recensionem plenam, vides in archetypo illorum codicum epitomatorem transisse ab *croci* alterius medicamenti ad alterum et conflasse utrumque in unum; cf. Pelag. c. 415—17. 419. similiter 3, 2, 2. 4, 2, 7—8. Sive igitur iam is codex ex quo excerpta est epitoma, istis locis mendis scatebat sive is qui excerpsit similitudine deceptus erravit, hoc puto demonstrat lacuna ista: redire codices PMV ad unum eundemque archetypum, qui procreavit duos ut ita dicam posteros: alterum ex quo P et M manaverunt — quos inter se artius cohaerere supra p. XXIII demonstravimus —, alterum ex quo V.

P et M ex uno archetypo fluxisse inde quoque probatur quod in M eaedem occurrunt lacunae quae in P (cf. p. XXII) sat multae quas altera manus M^2 supplevit velut 1, 20,
M^2
1—2; 1, 17, 1: P: *īpi . . . . . . aú ītitio.* M īpigunt *aú ititio;* margo: *imponunt au vitio.*

Ex lectionibus luculentissimas promam:

1, 17, 4 *nullo plurimi mulomedicinae auctores* P, *nullo*
mulo
plurimi medicinae au. M. scil. in archetypo erat: *plurimi medicinae,* deinde suprascriptum illud falso loco insertum.

1, 27, 1 *morbo* ////// *subrenali* P (sub ras. fuit fort. *morbo*) *morbo* — *subr.* sic lineola interposita M.

1, 39, 2 *vetus arriorum* PM pro *veterinariorum.* Neque tamen M ex P potest esse descriptus: habet enim in textu manu librarii scriptum quod P omisit, ut

2, 112, 1 *se proicit ⟨et mordescit et quantum ei dederis potionem⟩ tanquam . .*


3 praef. § 2 P: *morituros frustra curari.* M: *curari ⟨victuros etiamsi medicina cesset evasuros⟩ similia* 4, 2, 7. 8. 2, 83.

At, quaerat quispiam, quis est genuinus Vegetius? Est is qui exstat plenior an is quem supra epitomatum nominavimus? Nonne potuit facile fieri ut hic postea aliis remediis augeretur? Sed habemus recensionis plenioris testem antiquissimum, cod. S s. VI. Quem, licet parvum frustum sit codicis, tamen eiusdem recensionis atque Cor-

beiensem fuisse supra ex lectionibus comprobavimus et inde apparet quod enuntiata a PMV omissa habet integra: 1, 12, 2. 1, 16, 3. Igitur putandus esset Vegetius minor, paulo postquam editus est, auctus esse: id quod veri est dissimillimum. Deinde partes omissae sunt in PMV omnino necessariae quas ab ipso Vegetio scriptas debet agnosci: praef. III § 6—7. IV praef. § 3—6. Accedit aliud. Ipse Vegetius de fontibus suis praedicat praef. § 2—3. Si indagamus quemadmodum Vegetius libros ab ipso commemoratos — Columellae Pelagoni Chironis — adhibuerit, videmus eodem modo eos in usum esse vocatos in Vegeti epitoma atque in eo quem pleniorem nominavimus.

Iam breviter retractemus quae de codicibus exposuimus.

Sunt igitur duae classes: altera Vegeti genuini, altera epitomati. Et huius quidem testes habemus cod. PMV; illius codices iterum in duos distinximus ordines: LS et AG [FVen.]. Potest igitur si uno obtutu codicum cognationem velis conspicari stemma fieri in hunc modum:



Neque ingratum fore puto quod ordinem formamque librorum et in editionibus et in codicibus servatam breviter contuli:

Schneider	I	II	III	IV	V	VI
Gesner	I 1—28	I 29—64	II	III praef. I—IV	III 2^{b}—85	IV
AG. ed. pr. F Ven.	I 1—28 "	I 29—64 "	II II 1—64	III praef. c. I "	III 2—85 II 65 III 2—85	IV IV
L(S). PMV	I 1—28	I 29—64	II 1—65	IV	II 66 ss.	III

Consentaneum est a nobis retineri hunc ordinem et ipsius Vegeti verbis probatum et optimis codicibus servatum: totum igitur opus damus tribus libris discriptum, quibus annectitur quartus de curis boum liber, numeris et Gesneri et Schneideri adscriptis. Quod Gargili Martialis de curis boum libellum repetivimus, vix est qui reprehendat.

III. Iam vero a codicibus Vegeti ad ipsum ascendamus ut quam poterimus diligentissime examinemus, quid tandem in re quam ipse gravissimis verbis non semel laudat atque commendat praestiterit: hoc enim quaerendum erit, fueritne ipse artis quam scribit peritus an aliena pro suis vendiderit.

Ac primum quidem quid ipse de fontibus prodiderit componamus. Non dissimulat se plura aliis scriptoribus debere. Magnis ille verbis in praefatione postquam exposuit eos qui ante se de eadem re scripsissent non sibi satisfacere, pergit sic [§ 6]: *His et talibus rationibus invitatus . . hanc operam non invitus arripui ut conductis in unum Latinis dumtaxat auctoribus universis, adhibitis etiam mulomedicis et medicis non omissis . . . in quantum mediocritas ingenii patitur plene ac breviter omnia enucleata digererem.*[1]) Idem non semel repetit sese multos, immo

1) In mentem venit praefatio Macrobii, hominis et doctrina et ingenio Vegetio similis: sat. praef. § 3: *nec indigeste tanquam in acervum congessimus digna memoratu* etc. cf. § 6. 7.

omnes scriptores evolvisse: 1, 17, 6. 2, 125. 1, 64, 2. 1, 17, 4. 2, 8, 1. Neque ipsum quoque de suo alia addidisse tacet: 2, 134, 1. 3, 6, 1.

Videamus qui fuerint isti auctores Latini[1]): nam Graecos sese adhibuisse ne ille quidem contendit. Licet elegantiam sermonis desideret vel ordinem rerum incommodum vituperet, res tamen et remedia ex iis hausit. Sic enim ille de eis qui ante eum de eadem materie scripserant praef. § 2: *Licet proxima aetate et Pelagonio non defuerit et Columellae abundaverit dicendi facultas. verum alter eorum cum rusticae rei praecepta conscriberet, curas animalium levi admonitione perstrinxit, alter omissis signis causisque morborum tam magnae rei fundamenta neglexit. Chiron vero et Apsyrtus, diligentius cuncta rimati, eloquentiae inopia ac sermonis ipsius vilitate sordescunt. praeterea indigesta et confusa sunt omnia, ut partem aliquam curationis quaerenti necesse sit errare per titulos* etc. Magna sane et multa unicuique obicit, utique laudandus, si vitia illorum vel correxisset vel vitavisset. Nominat igitur: Columellam, Pelagonium, Chironem et Apsyrtum, neque invenio toto opere nominari alios[2]) nisi duos, quorum nomina invito puto Vegetio relicta sunt: Farnax 1, 38, 10 et Celsus 4, 15, 4[3]). Hos enim non ipsos ab Vegetio inspectos esse demonstrari potest. Atque ille quidem saepius inter auctores Hippiatricorum Graecorum laudatur; sumpsit Vegetius nomen ex eo unde totum descripsit, Chirone qui Farnacis auctoritatem illi particulae adponit p. 49, 29 Oder.

1) Talia scripta divulgata fuisse iam Varro saepius ait rer. rust. 2, 1, 28. 2, 3, 8. 2, 5, 18 [exscripta de Magonis libris]. 2, 7, 16. Deinde saepissime tractabatur a scriptoribus rei rusticae in capitibus de re pecuaria: Corn. Celso, Columella, Palladio aliis.

2) Columella: praeter h. l. nusquam; Pelagonius: 1, 17, 15. 2, 13, 3. 14, 2. 27, 3; Chiron: 1, 17, 16. 1, 37. 3, 8, 1. 27, 7. 3, 13, 2. 14, 1; Apsyrtus: 1, 38, 5. 2, 13, 4. 14, 5. 22, 1. 27, 1, 2; Vergilius citatur 1 praef. 8. 1, 56, 36.

3) Cf. *Reitzenstein, de script. rei rust. libris deperditis* (1884) p. 30 ss. 35.

Idem cadit in locum quo Celsus nominatur: nam totum fere librum IV purum putum esse Columellam mox videbimus; ex quo a Vegetio sumptum est nomen hoc uno loco, aliis potuit sumi: Veg. 4, 15, 4 = Col. 6, 14, 6. praeterea Col. 6, 5, 5 = Veg. 4, 3, 14. Col. 6, 12, 5 = Veg. 4, 10, 3. Igitur Vegetium secuti quos in praefatione laudat auctores tractemus, ita ut enucleemus quid Vegetius in suum usum converterit et quomodo curve vel mutaverit vel omiserit.

De Columella igitur Vegetius praef. § 2—3 iudicat *curas animalium levi admonitione perstrinxit.* et recte ille quidem: nam inter Columellae de re rustica libros XII de pecude agitur solo lib. VI eoque de bubus c. 1—26, de genere equino c. 27—35, de mulis c. 36—38. Potuit igitur ab eo qui totus in arte mulomedicina conscribenda versabatur non nisi strictim attingi: neque ullo loco Vegetius nominatim Columellam affert. At tamen haud pauca capitula integra ex Columella sumpsit in libro IV. Scimus ex praefatione huius libri a Vegetio amicos impetravisse ut postquam tribus libris de morbis curisque egit equorum[1]) etiam quartum adderet librum de curis boum deque sanitate boum servanda: *cedens itaque . . . voluntati ex diversis auctoribus enucleata collegi pedestrique sermone in libellum contuli* et q. s. Sequitur boum effusissima laudatio ab epitomatore (PMV) omissa. In qua quae ait de Iustitia (§ 6: *Iustitiam iumentorum caede violatam derelictis terris ad siderum remeasse consortium*) videtur sumpsisse ex Vergilio (georg. 2, 473) quem ut Columella sic etiam Vegetius amat citare. Sequitur more Vegeti dispositio duplex: primum quomodo sanitas iumentorum servetur (c. 1) deinde quomodo morbi agnosci sanarique possint (c. 2 sq.). De illo primo capite non licet certum statuere auctorem: multa enim, ut fit, ipse expertus prodit, alia ex praeceptis de equis datis repetit (1, 56) alia denique

1) Aut enim ait *equus* aut *iumentum* vel *animal:* hinc oritur infinita in codicibus varietas modo genere posito masculino modo neutro.

cum Columella quodammodo consentiunt (§ 4. 1. 9. 11). Iam vero ut inde a capite II ad morbos boum transiit, certius possumus iudicare: iam incipit Columellam exscribere ita ut paene ad verbum repetat. Ac primum quidem quae de signis morbi exponit (4, 2, 2) repetit ex libri I cap. 1, 2, deinde ut inter initia subveniatur praecipiens (§ 3) ex libro 2, 139 sumit potionem istam adversus omnes morbos utilissimam (§ 4—5). Illo loco sic Vegetius *adversus universas infirmitates et morbos equorum vel boum.* Quid boves in mulomedicina? At cum istum librum II scriberet nondum in animo habebat peculiarem de bubus libellum scribere illo loco 2, 139; ergo retinebat *equorum vel boum* ex Chironis mulomedicina (497 p. 163, 11 *infirmitates omnium rotundae ungulae aut bovis*). Ex Chirone etiam Gargilius Martialis de cur. bo. § 10, isque ex eo quod Chiron habet *rotundae ungulae* selegit asinum, ut Vegetius equum. § 6 ex Columella VI 4 sumpta est ut §§ 8—11; § 7 aliunde inseruit, fortasse illud medicamentum (baccar. lauri, gentianae, aristolochiae, myrrae, betonicae) nihil est nisi notissima potio diapente, a Vegetio non semel laudata (cf. 1, 64), debuit sane quinta species esse non *betonicae* sed *rasurae eboris.* § 12 est iterum Columellae (VI 5, 1) et § 13. Sed vide quemadmodum Vegetius omnia digesserit: incipit cum Columella, deinde ad suos thesauros redit et ex lib. 2, 149, 2 medicamentum adponit[1]) et ex § 5.[2]) Tunc rursus sumitur Columella § 15 cui immiscet propter morbum maleum nonnulla ex 1, 17, 3: neque minus proximi capitis 4, 3, 1—5 ex libro primo (c. 3—9) sumpti sunt. 4, 3, 6 est Columellae itemque 8. 10. 12—14.[3]) Quae sequuntur c. 4—25 tota sunt Columellae lib. VI c. 6—19. Ne longus sim huius rei studiosum relego ad epistulam ad Iul. Pontederam datam a Morgagno [apud Gesnerum

1) Sumptum ex Pelagonio c. 137.

2) *Gisni* illud 4, 2, 14 optime explicatur ex Pelagoniano *cyphi* v. Ihm ad Pel. 138.

3) § 7 de eryngio herba ex 1, 17, 14. de § 9 et 11 res incerta.

p. 1232 sq.] qui commode Vegetium et Columellam iuxta posuit demonstravitque quomodo alter ex altero possit corrigi: quarum coniecturarum haud paucae per codices confirmantur, ut 4, 4, 5. 9, 2. 10, 1. 10, 3.

Ut certum est Columellam fere solum fuisse fundamentum libri IV, ita non minus videtur certum, eundem Vegetio ceteros libros componenti nihil suppeditasse. Sunt enim ex Pelagonio quae cum Columella consentiunt: nec mirum, quoniam Columella non minus a Pelagonio, quam hic a Vegetio compilatus est[1]): igitur Veg. 2, 45, 1—3 = Pelag. 43 (Col. 6, 30, 6); V. 2, 79, 23 = Col. 6, 30, 4 = Pelag. 162; V. 2, 122, 8 = Col. 6, 31, 1 = Pelag. 108. 109.

De Pelagonio igitur quaerendum erit, si volemus indagare quomodo Vegetius libros I—III composuerit. Et hoc quidem in Pelagonio gratissimum accidit quod habemus et editionem accuratissimam et commentarium subtilissimum, ut nihil fere possit addi: erubescerem sane rem absolutam retractare, nisi novum quoddam idque gravissimum et ad Pelagonium et ad Vegetium rectius aestimandum his temporibus accessisset: Chironis dico mulomedicinam, quae iam ante hos sedecim fere annos detecta[2]) nunc demum in lucem prodiit per Oderi diligentiam atque eruditionem.[3]) Haud igitur alienum puto de Pelagonio iterum disputare.

Pelagonio quidem laudat Vegetius abundare dicendi facultatem; sed (praef. § 3) *omissis signis causisque morborum tam magnae rei fundamenta neglexit:* id quod iure offenditur (Ihm p. 19). Citatur P. a Vegetio: 1, 17, 15 = Pelag. c. 18; 3, 13, 3 = Pelag. 390; 3, 14, 2 = Pelag. 491; 3, 27, 3 = Pelag. 423: sunt omnia remedia, nulla signa causaeve. At Pelagonium permultis aliis locis a Vegetio esse compilatum, nec Ihmium fugit. Quod Pela-

1) Cf. Ihm, Pelagon. p. 19. 241 sq.

2) W. Meyer, acta ac. Monac. 1885 p. 395. Ihm, Mus. Rhenan. 46 p. 376. Pelag. p. 14.

3) Claudii Hermeri mulomedicina Chironis ed. Eug. Oder, Lips. 1901.

gonius dicendi facultate abundabat ob eamque causam vehementer placebat Vegetio, is non multa mutabat, sed totum atque integrum operi suo inserebat, scil. quem in locum quaeque quadrare videbantur omnia in ordinem digerenti. Eos tantum promam locos quibus ipse Vegetius aliquo modo novum indicare videtur auctorem. 2, 47, 3 *praeterea,* § 4 *alii nonnulli* quae sunt Pelagoni c. 228—30. 232. Nam quae antecedunt § 1. 2 sunt Chironis c. 50. 48. — 2, 79, 20. 21[1]) sumpsit verba ex Pelagonio, is vertit ex Apsyrto, Hippiatricorum scriptore praestantissimo.[2]) Iam quod sequitur apud Pelagonium 153 remedium *ad eos qui non meiant* Emeriti mulomedici Vegetius (§ 21) sic affert: *aliquanti ros marinum decoquunt*..[3]) ut solet nomen supprimens. — 2, 88, 14 legitur *alii auctores:* § 1—13 ex Chirone sunt, 16 et 17 ex Pelagonio (294, 299, 297): tamen Vegetius *plerique auctores asseverant* tanquamsi re vera *omnes* evolvisset auctores. Neque quod § 14 legitur *alii auctores* ipsum per se indicat novum auctorem hinc esse adhibitum, potuit etiam ex fonte generali esse retentum, ut paulo supra § 8 *aliquanti dixerunt* ex Chirone 320, *alii quidam* (Hippiatr. 120 τινὲς δὲ). At § 14 apud Chironem non invenitur: nam is quaecunque habet de curis animalium roborosorum, ea habet noster § 1—13. Iam evolvamus Pelagonium: non habet inter curas huius morbi! Sed recte Ihmius p. 178 monuit cohaesisse olim hoc caput XXIII (medicamina ad robur) cum cap. XVII (ad opisthotonos); nunc seponuntur intermissis cap. XVIII—XXII quibus materies longe diversa tractatur: de opisthotonis agit Veg. 2, 111: invenies totum sumpsisse ex Pelagonio[4]), ut solet melius ordinatum: § 1 signa =

---

1) Testimonia commode habes apud Oderum p. 150, 151.

2) De quo v. Ihm, Pelag. p. 6. — Hoc uno exemplo pro multis si comparas versionem latine factam a Chirone et a Pelagonio cognoscere possis quam recte iudicaverit Vegetius de utriusque copia dicendi.

3) Quod sequitur *alii cimices* . . rectius in L legi *cimicem etiam* Pelagonius confirmat.

4) Nam quae Chiron 462. 463 habet de hac re adeo sunt

Pelag. 267; § 2, 3 causae = Pelag. 270 ita ut primum enuntiatum e Pelag. 268 anteponat[1]); § 4—14 curae = Pelag. 268, 269, 272, 273, 275: vides non omnia a Vegetio esse repetita; itaque conferas velim

Veg. 2, 111, 12	Pelag. 271, 272
Nonnulli iam validioribus de cervice sanguinem detrahunt. pleriq. in balneum ducunt | calidissimis potionibus curant, i. lasare, cymino, aniso, oleo, baccis lauri, ex quibus cotidie . . . ministrant.	*. . Eubuli . . . . sanguinem de cervice detrahe et aut in balneo sudet [aut unctionibus iis curato quae califaciant corpus: inde bacas lauri cum nitro et lacte caprino decocto cum melle et ruta et pipere albo et cum suo sanguine potionabis. (272) . . . Emeriti: ante omnia cauteriari oportet] et prosunt calidae potiones aut laser etc.*

Vides Vegetium ita duo Pelagoni capita contraxisse ut alterius retineat primam, alterius secundam partem: nec te puto fugiet quae illic omisit Vegetius, illum iam inseruisse loco unde digressa est disputatio 2, 88, 14 paucis sane mutatis vel aliunde additis. Nam quae Pelag. habet *unctionibus iis curato quae calefaciant corpus* Vegetius fusius exponit: nam non semel praecipit ut sanguine detracto et cum *aceto oleoque permixto vel aliis medicamentis*[2]) corpus perungatur. Idem Pelagonius c. 269 p. 88, 13 iusserat *hieme stabuletur calido loco*, Vegetius ubi locum repetit (2, 111,

pauca ut ne conferri quidem possint: unum ex multis exemplis, Vegetium auctores — Pelagonium et Chironem — perscrutatum semper praeferre eum qui plura exhibet.

1) *Quod genus passionis hieme curare difficile est, aestate autem si diligentior fuerit cura obtinebis* Veg. *Curari autem eiusmodi genus passionis hieme difficile est, aestate si diligentior fueris, obtinebis* Pelag.

2) 1, 22, 9. cf. 1, 10, 7. 1, 17, 13. Pelag. p. 72, 21. 73, 11.

11 = Pelag. p. 88, 6—8. 14—16) ipsum hoc praeceptum omisit: credo quia sese hoc iam iussisse 2, 88, 14 meminerat.

Paulo accuratius hoc caput tractavi ut possit cognosci quem ad modum Vegetius in digerendis fontibus rem egerit: similem compositionem saepius invenies, sed ne longus sim luculentiora tantum afferam.

2, 90, 1 quod affert *alios auctores* asseruisse ad Pelagonium c. 211 pertinet usque ad § 3 *offertur ad edendum:* quae sequuntur, est c. 215 altera pars.

2, 92, 7 *alii auctores* est Pelagonius (c. 212). § 1—6 = Chiron 307, 310.

2, 104, 1—2 quae habet Pelagonius nomina medicorum (186, 187, 185: Celsus, Florus, Pelagonius), Vegetius tacuit suppositis *quibusdam, alii, plerique.*

2, 111 = Pelag. 268 ss. e quo etiam *multi* § 5 = p. 87, 11 retinuit.

2, 112, 1—5 sunt Chironis (c. 376—379), deinde in manus sumpserat Pelagonium quaeque ille de equo lethargo habet addit pauca: 363—65 p. 105, 5—22, omissis scil. signis morbi quae iam ex Chirone habebat melius exposita.[1])

At in digerendis medicaminibus non fugit errorem: quod enim affert Pelagonius 364 *Flori* medicamentum Vegetius praecedenti adiunxit non memor sese idem iam ex Chirone adposuisse § 4; conferas enim

Veg. 2, 112, 4	Chiron 378	Veg. § 7	Pelag. 364
herbam Artemisiam contunsam et cribratam dabis cum lixivii sextario et olei cy. II per triduum	*herb. A. contusam et cribratam dabis ex cinericia sext. I; ex eo et oleo c. II.. per triduum uteris*	*h. A. tunsam cum oleo et modico lixivio dabis ad cornu*	*h. A. tunsam ⟨cum⟩ oleo et modico l. dabis per cornu.*
quarto die intermittes			

1) Prae Chirone sane Pelagonius *signa causasque* omisisse videbatur (Veg. praef. § 3): tam ille accurate exponit. Signa ex Pelagonio Vegetius non sumpsit nisi 2, 91, 1 (P. 210) et 2, 111, 1 (P. 267) quibus locis Chiron nihil habebat et 2, 121, 2 (P. 130).

Similis repetitio ex duplice fonte nimis sedulo congesto invenitur 2, 121, 1. 2: bis enim ponuntur signa morbi strophi, semel ex Chirone (c. 414 p. 127, 3—10 = Veg. 2, 121, 1), semel ex Pelagonio (c. 130 = § 2).[1]) Quod deinde *alios* fecisse Vegetius affirmat § 3, non minus est Pelagonii (c. 135).

Inter ea quae sequuntur capita tota sunt Pelagonii 2, 129, 9 — 2, 137, 2: c. 72—113[2]); quod Pelagonius ipse sese invenisse gloriatur (c. 102 *apopiras Pelagonii*) id ait Vegetius 2, 132, 6 *experimento probatum esse* nomine Pelagonii dissimulato.

Agmen claudat exemplum ad Vegeti rationem cognoscendam gravissimum 2, 143. Nam prima elocutio est Chironis [514 p. 168, 15] quae continet signum morbi, sequitur remedium ex Pelagonio 283: sed vide sis quam mutatum

Pelag. 283:	Veg. 2, 143, 1
prodest terram formicarum cum vino faucibus infundere aut ipsa vulnera confricare. sed et verba religiosa non desint ..... quem (Solem) hoc modo, cum terram talparum coeperis tollere, invocabis ...	*t. f. cum vino miscere et dare per f. vel certe de ipsa terra frequenter vulnera confricare. ad quas causas etiam t. t. creditur posse prodesse.*

Totum apud Vegetium intellegi non potest incantamentis omissis. Adeo Vegetius praecantationes reformidabat: *anicularum more* tale remedium a quibusdam afferri (1, 39, 2) *cum animalia sicut homines non inanibus verbis sed certa medendi arte curentur* (2, 108, 2).[3])

1) Ubi Pelagonius *si fortior fuerit strophus,* quod non recte apud Vegetium quoque restitui iubet Schneiderus: *si strofosus fuerit* vulg., *si strofus f.* L. et hic quidem recte, nam § 3 demum est *si vero fortius venter induruerit.*

2) Recte Veg. 2, 129, 9 *prope omnes* (potiones) inseruisse sese ait: omisit enim Pelagonii cap. 78—81, 83, 112.

3) De Pelagonii incantamentis cf. c. 121, 126, 278, 283. — Chiron c. 574, 855.

De tertio fonte, Chirone et Apsyrto, Vegetius sic iudicat (praef. § 3): *diligentius cuncta rimati eloquentiae inopia ac sermonis ipsius vilitate sordescunt; praeterea indigesta et confusa sunt omnia.* Hoc igitur vult: melius disponere materiem ab istis collectam elegantioreque sermone tractare. Videamus qui sint isti auctores. Atque Apsyrtum quidem scimus scripsisse ἱππιατρικὸν βιβλίον καὶ φυσικὸν περὶ τῶν αὐτῶν ἀλόγων (Suid. s. v. cf. *Ihm* Pelag. p. 6. Mus. Rhen. 47, 312 ssq.).[1] Is liber fundamentum erat collectionis Hippiatricorum incerto tempore (cf. *Oder*. Mus. Rhen. 45 p. 61) factae. Scripsit post a. 334: ipse enim tradit sese [sub imp. Constantino Suid.] ad Istrum contra Sarmatas militavisse (a. 332—334). Quem imitatus haud ita multo post Pelagonius (*Ihm* p. 15 sq.) epistolarum forma ad amicos praecepta de cura equorum composuit ita ut Apsyrtum potissimum usurparet (l. c. p. 16). Pelagonius igitur Graecum adhibuit scriptorem et in sermonem latinum vertit. At quid statuamus de Vegetio? Certe non potuisse illum iudicium illud de sermone ferre, nisi Apsyrtum habebat latine scriptum; accedit quod ipse se de Latinis tantum auctoribus sua hausisse dixit (supra p. XXVII). At quem excutit et affert est Apsyrtus ille Graecus, tam congruunt ad verbum Apsyrtus graecus et Vegetius latinus: igitur inter Pelagonium et Vegetium conicias factam esse illam versionem[2]), cuius horrescit Vegetius vilitatem sermonis et eloquentiae inopiam[3]); sane praefatiunculas illas,

---

1) Adde testimonium in lexico quodam cod. Vind. gr. 284 s. XV servatum [Ludwich, Homerische Batrachomachie p. 480]: fol. 72r *A .... philosophus summus fuit; et plurimos libros de medicina animalium fere omnium conscripsit potius divinitus quam humane.*

2) Circa a. p. Chr. 375.

3) Sed iam Apsyrtus genuinus inopiam sermonis excusat: Hipp. p. 1 ἐν ᾧ (βιβλίῳ) μὴ ἐπιζητήσῃς λογιότητα, ἀλλὰ τὴν ἐκ τῆς πείρας φυσικὴν ἐμπειρίαν ἐπίγνωθι. legitne haec Vegetius et propterea vilitatem sermonis recognovit? De tali sermonis excusatione in prooemiis sollemni cf. *Norden, Antike Kunstprosa p. 595, 1.*

quas libris praemittere amat hic haud quadam elegantia carentes, ille non habet.

At habemus apud Vegetium coniunctos Chironem et Apsyrtum. Nomine Chironis centauri libellus de mulomedicina graece scriptus ferebatur, ut testis est Columella I praef. § 32: *in pecoris cultu doctrinam Chironis ac Melampodis et in agrorum solique molitione Triptolemi aut Aristaei prudentiam* [1]) enumerans, quas vix possit consequi agricola perfectus, contentus si latinos — Tremellios Sasernasque et Stolones — usu aequavisset. Huic igitur anonymi operi quod Chironis nomen mentitum est [2]), cum aliorum tum Apsyrti mulomedicina erat adiuncta cum in vernaculam linguam verteretur, vel — quod minus probabile videtur — is qui vertit utriusque corpus in unum volumen contraxit. Versionis istius Hippiatricorum, quae ferebantur s. IV, latinae unum nobis exemplar esse servatum iam supra p. XXXI monui. Est cod. Monacensis 243; chartaceus, s. XV negligentissime exaratus. Titulus varie scribitur: lib. I p. 20 Od.: *Chironis Centauri liber I expl.;* lib. II p. 36: *Chironi centauri veteriniani lib. II;* lib. IX p. 287: *Chiron centaurus et Absyrtus;* lib. X p. 291: *Claudius Hermeros veterinarius.* [3]) Habemus igitur mulomedicinam X librorum, a Claudio Hermerote quodam incerto tempore post Vegetium digestam vel suppletam.

Hoc opus esse id, quod Vegetius intelligi voluit, inde probatur quod prorsus inter se consentiunt Vegetius et Chiron ille. [4])

---

1) Cf. *Suid.* v. *Χείρων*. In cod. Leid. quodam scriptum est *Medici herbarium Apulei Platonici traditum a Chirone centauro magistro Achillis* cf. *Mus. Rhenan. 23 p. 189, Rose anecd. II 122.*

2) Chironem fuisse mulomedicum quendam contendit *Oder, Chir. p. XV:* cf. *Archiv f. lat. Lexicogr. XII p. 401 ss.*

3) Similis codex olim Godofredi Thomasii Norimbergensis fuisse fertur: cf. *Ihm Pel. p. 14, Oder p. VII n. 1.* Enumerantur enim codices hi: *Chironis Centauri, Absyrti et Cl. Hermerotis de arte veterinaria libri X, Oliverii Neapolitani de equis. Vegetius de mulomedicina cum glossario.* Et hic quidem codex nunc est Gothanus cf. supra p. XVI. De codice Chironis nihil constat.

4) Obiter hoc moneam: id quod primum sperabatur *(Archiv f. lat. Lexicogr. X p. 413 ss.)* habuisse nos scriptorem quasi se-

Citatur Apsyrtus a Vegetio his locis:

1, 38, 5: *Aps.... prodidit medicinas: si equus, inquit, coactus de via venerit oculi eius intus habebit vel versabuntur, spirat calidum frequenter atque suspirat, et auriculae huius ac reliquum corpus extensum erit.*[1])

Quae restant Apsyrti a Vegetio citati non leguntur nunc in Chirone:

3, 13, 4 *compositio pulveris quadrigarii*[2]) — nisi c. 827 huc trahere mavis —

3, 14, 5 *caustici compositio*

3, 22, 1 *comp. anacollematis*

3, 27, 1, 2 *collyria:* neque eadem leguntur in Hippiatricis graecis. Videmus igitur et librum Apsyrti fuisse pleniorem quo tempore versus est et Claudium Hermerotem nonnulla omisisse.[3]) Neque aliter de Chirone res est:

1, 17, 16 *Chiron vero centaurus* . .[4]) (antecedit Pelagonius): est Chironis c. 199 sed additur a Vegetio *melle* ex cap. 200 (= 812).

3, 8, 1 nomine Chironis idem remedium ponit quod 1, 56, 17 sine nomine; brevius legitur Chir. c. 201

3, 13, 2 non legitur in cod. Monac.

3, 14, 1 = Chir. 902, 3

3, 27, 6 est c. 534

3, 27, 7 *aliud quoq. simile composuit* = 36 (idem est 2, 22, 7: ibi ex Pelagonio sumptum).

---

milatinum quique latinam linguam ostendat ad linguas q. d. Romanicas delabentem, ea spes prorsus fefellit. Sunt vitia codicis, non auctoris; ille enim erroribus scatet innumerabilibus, cf. *Archiv XII p. 403.*

1) Apsyrtus ipse sic c. 157: *si e. de via coactus venerit o. eius intro erunt sive v. et spirat c. crebre et oculos tensos habebit et auriculas et r. c. extensum erit et suspirat graviter.*

2) Etiam Chironis compositio a Vegetio § 2 allata non invenitur: nam quae nunc apud Chironem c. 842 legitur, est Pelagonii (c. 390) ex quo etiam Vegetius hausit 3, 13, 3.

3) Nisi forte codex lacunosus est: p. 60, 27 Od. *sicut in alio libro docui:* at nunc nihil legitur.

4) Codex L, qui habet *Chiron V. C* nostrum ad clarissimatum promovit.

Iam ad ceteros locos a Vegetio ex Chirone et Apsyrto sumptos transeamus. Initio libri primi Vegetius a proposito stetisse non videtur: nempe morbi mallei genera VII sic dividit ut primum (c. 3—9) signa, deinde (c. 10—16) curas exponat; id quod etiam Chiron fecit: c. 168 ss. 187 ss. Quae sequuntur Vegetius partim Chironi partim Pelagonio debet.[1])

Iam de sanguinis detractione agens Chironem ab initio evolvit 1, 21—28 = Chir. 3—38. Quomodo Vegetius Chironis collectanea digesserit, ex 2, 12 potest cognosci. Vegetius solito ordine de insania agit: primum signa, deinde curae. Apud Chironem, ut solet in collectione plurium scriptorum fieri, saepius idem repetitur velut quinquies habet signa, ter ex Sotione. Vegetius igitur elegit signorum partem ex Policleto c. 288 p. 85, 23—27, partem ex Sotione c. 290 p. 86, 16. 292 p. 86, 29. curas hoc ordine: § 2 = c. 284. 291. 293. § 3 = 291. § 4 = 289. § 5 = 286. § 6 = 288.

3, 22, 1—3 = Chir. 85, 86; quem excipit Pelagonius: 4—15 = Pelag. 412—34; iam pergit Chironem assumere 2, 23—30 = Chir. 87—98.

Talem in modum Vegetius modo Chironem adhibuit modo Pelagonium. Ad illustrandam Vegetii rationem etiam alia proferam:

2, 79, 19 *ad urinas inventus est qui affirmaret.* Scimus ex Apsyrto et Pelagonio *(Oder, Chir. p. 147)* fuisse illum Magonem Carthaginiensem, sed Chiron non intellecta verbum ex verbo exprimens tales profert ineptias: *et hoc quod a rusticis magis inventum est non praetermittamus quod appellant ostium charcedonium.* Non mirabimur id a Vegetio spretum esse, quem exemplar Graecum nusquam inspexisse vel ex hoc loco facile apparet.

2, 88, 9 *ex supra s. causa saepe plures constat esse sanatos:* nam

Chir. 320 affirmat *ego tamen ex cura s. s. saepissime plures sanavi.*

---

1) Singula ex indice editioni nostrae addito facile colligas.

Interdum fit, ut Vegetius dormitet:

Veg. 2, 118, 3 *aliquanti suis non vetulae sed novellae sanguinem .. degerunt*

Chir. 406 *nam multi auctores dixerunt hoc vitium causam non habere .... hoc dare ei debebis: scrophae sanguinem, sed novellae, non vetulae ...*

Vegetius igitur ad remedium properans multa omisit, ut *aliquanti* illud nunc non habeat quo referatur. Et sescenta alia similia possunt colligi.

Iam ut paucis comprehendamus quae disputata sunt, de opere Vegeti hoc videtur statuendum. Ipsius Vegeti non sunt nisi praefationes et paucula hic illic adspersa, fontes habebat tres: Columellam, cui totum fere librum IV postea adiectum debet, Pelagonium, versionem Hippiatricorum latine factam: et hos quidem sic adhibet ut quaecunque ei vel melius dicta vel fusius exposita videbantur; in usum suum verteret; ordo sane, quo morbi et curae commemorantur, ab ipso Vegetio excogitatus est.

Pauca addam quid ex fontibus a Vegetio paene ad verbum exscriptis ad codices Vegeti aestimandos redundet: nam repraesentant nobis Pelagonius et Chiron textum ut ita dicam Vegeti antiquissimum. Conferamus igitur eos locos quibus omnes testes nobis servati sunt i. praeter Chir. et Pelag.: cod. L — ut recensionis plenae testis integerrimus — et cod. P classis epitomatorum dux.

1, 13, 1: ed. pr.: *claudicabit alternis pedibus diversis, modo prioribus modo posterioribus;* F *cl. modo de pedibus prioribus modo de post. diverso modo;* LP *claudicabit p. diversis modo post.;* AG *cl. de pedibus pr. diverso modo* iam conferas

Pelag. 14 cl. modo de prioribus modo de posterioribus; Chir. c. 177 p. 55, 6: ab ipsis post. partibus; Hipp. 26 χωλαίνειν τοῖς ἔμπροσθεν.

Vides igitur codicem F solum habere plenum textum et a Pelagonio comprobatum et ipsius Vegeti repetitione 4, 3, 2.

1, 14, 6 *ut facilius digerat morbum* omnes praeter PMV qui *ut f. d. cibum,* sed Chiron 181 p. 56, 9 *morbum.*

1, 16, 7 omnes fere codices omittunt extremum enuntiatum *pulli tamen beneficio aetatis evadunt facilius* etc.: habent AG et ed. pr.: non est apud Chironem c. 196 qui plane contraria tradit p. 60, 6: *quamvis difficiliter pullamina ex ea causa liberentur.*

Sed prae ceteris codicis L lectiones ex fontibus comprobantur:

1, 19, 3 *origanum asium oleum aspaltum* . . L. *origano asinali et aspalto* . . Chir. 190 p. 58, 20. *or. asium mentam asp.* ed. pr. AG. *or. allium* PMV.

1, 22, 5 *acontidiet id est erumpat* L, ceteri *erumpat*[1]), sed Chiron 9 p. 6, 25 *acontidiet.*

2, 37 *rutae unc. I* = Chir. 325 (= 550) et codd., praeter AG et ed. pr. qui *erucae.*

4, 10, 1 solus cod. L plenum habet textum, ut comprobat Colum. 6, 12; itemq.

4, 12 = Colum. 6. 14. cf. etiam 4, 21, 2 = Col. 6, 17, 2.

4, 23, 2 = Col. 6, 17, 8. 4, 24 = Col. 6, 18.

2, 66, 2 si *mercurius* [*vermiculus* vulg.] in dorso putredinem fecerit L ed. pr. cum Pelag. c. 180.

2, 69, 1 *sub renibus* L Chir. 470: *in ren.* cett.

2, 79, 17 *in scapi ipsius foramine* L Pelag. 461; in *veretri i. f.* substituunt cett.

2, 86, 4 ⟨*mittis ei sudis et post sanitatem*⟩ *vulnerum utere cautere:* ⟨ ⟩ suppl. cod. L et Chir. 492 p. 161, 27.

2, 112, 8 *acori Pontici* L. Pelag. 365; *afronitri* vel *triti P.* rell. codd.

ut 2, 116, 2 *arasi* L (i. asari Pelag. 288) ceteri *anisi.*

2, 117 solus L: *in unum contundes cum vino:* cf. Pelag. 384. ceteri: *in uno cum vino.*

---

1) Similiter pro verbo ignoto cod. P 1, 26, 4 *exire.* 1, 27, 2 *egrediatur.*

2, 131, 6 solus cod. L omnes potionis species exhibet cum Pelag. 95.

2, 135, 4 *stercus suillum* L Pelag. 353, *st. ovillum* cett. codd.

Ex his quorum numerus facile potest augeri exemplis unicuique credo apparebit quanto meliorem textum cod. L nobis praebeat quam codices ceteri: hunc igitur in textu restituendo ducem potissimum sequi debebimus; qui utinam ne tam lacunosus ad nos pervenisset!

P. VEGETI RENATI

DIGESTORUM ARTIS MVLOMEDICINAE LIBRI

L = codicis Corbeiensis apographon Leidense, Voss. L. F. 71 s. XVI
S = cod. SGallensis rescriptus s. VI

A = cod. Vatic. 4438 s. XIV, cuius apographon
G = cod. Goth. B n. 175 s. XV hic illic affertur

F = cod. Laur. 45, 19 s. XIV
Ven. = cod. Marc. lat. class. VII cod. 24

P = cod. Paris. 7018 s. XIV
M = cod. Laur. 45, 18 s. XV
V = cod. Vindob. 115 s. XV

Chir. = *Chironis mulomedicina ed. Oder, Lipsiae 1901*
Pel. = *Pelagonius ed. Ihm, Lipsiae 1892*
Col. = *Columella ed. Schneider, script. rei rust. tom. II*
ed. pr. = *editio princeps Basil. 1528*
Samb. = *editio Sambuci Basil. 1574*
Gesn. = *Gesner*
Schn. = *Schneider*

CAPITULA LIBRI I.

---

3 de morbo h. *P* ‖ 4 de m. a. *P* ‖ 9 16 elephantiosi *A* ‖ 9 elephantiotis *P* ‖ 16 elephantosis *P* ‖ 17 maleus *A* ‖ 18 universaria, *marg.* universa *A* universalis *PM (corr. M²)* ‖ 19 20 fomentorum *A* form- *PM (corr. M²)* ‖ 19 morbum illum *PM (corr. M²)* ‖ 20 ad lustranda animalia quae et fascinum tollit *add. ed. pr.* ‖ 21 flebotomiae *P* ‖ 22 adhibenda flebotomia *P* adh. flebotomo *M* ‖ 23 sunt *add. A* ‖ 24 faciendum non deplendum *A*

---

26 de his quibus saguinem in gula tollamus (*suprascr.* ungulam colligunt). alias qui ungulam cogunt vel eiecerint quomodo sanguis tollatur *A*. quomodo s. tollatur his qui ungulam eiecerunt *P* || 27 unde sanguis tollatur epitostomis de vulsis c. strophis et q. m. s. t. *P* || 30 febri *M* || 31 interaneis vel internis *A* || 32 in *om. M* || 34 36 *postea additum in PM* || 35 repletione *P* || 37 coactione *M* || 40 aqualico *A* || 43 causa et cura *G* || 44 crossis *A* || 45 cristeri *A (corr. A²) G* || 52 de cossilis et lumbricis *A* | ad manum *om. M* || 53 et c. *P* | sincolatis *A* || 59 in *om. P*

60 Potio omni tempore necessaria.
61 De difficultate urinae.
62 De stropho.
63 De dorso curando.
64 De potione probatissima diapente.

CAPITULA LIBRI II.

1 De valetudinibus capitis.
2 De apioso.
3 De frenetico.
4 De cardiacis.
5 De rabioso.
6 Qua observatione curentur cyclo.
7 De cerebro commoto.
8 De capitis dolore.
9 De distensionibus.
10 De apioso.
11 De rabioso.
12 De insania.
13 De chirurgia.
14 De auribus.
15 De pilis qui nascuntur in oculis.
16 De suffusione oculorum.
17 De paracentesi oculi.
18 De lunatico oculo.
19 De staphylomate oculi.
20 Ad album de oculo tollendum.
21 De suffusione curanda per nares.
22 De diversis passionibus oculorum.
23 De strumis iumentorum.
24 De glandulis.
25 De pullaribus.
26 De fistula maxillae.
27 De expositione fistulae.
28 De tumore faucium vel capitis.
29 Si ex pletura sanguinis fauces tument.
30 De oncomate i. de tuberibus.
31 De lingua incisa.
32 De gingivis et dentibus.
33 De osse fracto.
34 De cartilagine narium si sanguis fluat.

---

64 diapenton *A*

5 11 scabioso *P* ‖ 6 a cibo *A* ‖ 9 -nt- *A* -inct- *M* ‖ 12 capitis *add.* *A* ‖ 16 21 suffisione *P* ‖ 17 perçentensin *A* (percussione *corr.* *G*[2]) paracentesis *P* ‖ 19 fasciloma *A* staphiloma oculorum *P* ‖ 20 de albula de oculis tollenda *P* ‖ 24 glandulis *ex* glandibus *corr.* *A et G* ‖ 25 pullatibus *A* ‖ 27 expositio *A* ‖ 29 plenitudine *P* ‖ 30 *incipit cod.* *L* *cf.* *p.* X. | nocomata *A* o. i. *om.* *P* ‖ 33 osso *L* ‖ 34 nariuſiſ sanguis fluant *L*

35 Si vina de p. non cl. *L* De palato si vena *cet. om. P* ‖ 36 humorum *P* | fluunt *om. L* ‖ 37 cuperino *L* de eo cui post c. *P* ‖ 43 *om. A cf. ad II 44* ‖ 44 distillatione *AP* ‖ 46 vel basi *add. A* de genuo muto *L* de motu genu vel basis *P* ‖ 47 aut coxae *L* ‖ 48 de f. armorum vel m. *L* de phlegmone et marmoreo et mallone articulorum et genuum *P* ‖ 49 qualitatibus *P* et ozaenis *add. ed. pr.* ‖ 50 reusacitis *L* renaticis vel *P* | ventosi *L in fine columnae* ‖ 54 articulis *P* viraculis *A* | stilosi *L* ‖ 56 exactum f. *A* ‖ 59 conservando *L* ‖ 64 ut p. albi nigrescant *P* De denigrandis pilis albis *AF* ‖ 65 ut de nigris pilis albi fiant *P* ut p. n. albescant *A*. *Sequitur in quibusdam codd. lib. IV*

---

70 stalis *L* extale *P* talis *A* ‖ 71 *om.* *P* renum *A* ‖ 73 naturam revocare *P* ‖ 76 od- *L* ‖ 85 laeduntur *A* alliduntur *P* ‖ 87 ex quo etc. *om.* *A* | reficta *L* arefacta *M* arescant a. m. *P* ‖ 88 pubosis *P* ‖ 90 fractosis *L* farcostis *A* farcosis *GP* ‖ 93 implitico *L* impletico *A* pleuretico *P* ‖ 96—98 *om.* *L* ‖ 96 spasmoso *P* ‖ 99 siderato *P* ‖ 100 percusso *AP* ‖ 102 bolismo *AP* ‖ 105 paralisi *P* ‖ 109 pulmonis *AP* ‖ 110 de eieronica vel o. vel ortholistophico *A* de ortonico *P* ‖ 111 de prepistatano *A* de epitostono i. a posterioribus frigido *P* ‖ 112 de litargo i. semper dormiente *P*

113 De morbo regio.
114 De bile.
115 De bile arida.
116 De coli passione.
117 De vomica.
118 De coriagine.
119 De sintexi i. de stomachis.
120 De icterico i. albuginoso.
121 De stropho i. tortionibus.
122 De dolore iecoris.
123 De inflatione ventris.
124 De intestini vexatione vel colo.
125 De tussi omnis generis.
126 De tussi quae venit si quid faucibus haeserit.
127 De tussi ex perfrictione.
128 De tussi a colibus.
129 De tussi ab interioribus.
130 De vulsis.
131 De tussi quae ex humoris acerbitate generatur.
132 Ad tussim siccam vel suspirium.
133 Ad vomicam et tussim.
134 De diversis potionibus.
135 De scabie.
136 Si animal foeno malo laedatur.
137 Si hordeo malo laedatur.
138 Ad fascinum.
139 Remedium contra omnes morbos.
140 Si animal laedatur dum accipit potionem.
141 Si animalia a venenatis bestiolis mordeantur.
142 Si buprestem comederit.
143 Si vipera percusserit animal.
144 Si araneum comederit.
145 Si phalangius percusserit.
146 De mure araneo.
147 De scorpio.
148 Ad canis rabidi morsum.
149 Si stercus gallinacium comederit.

---

113 rigido i. aurigine *P* ‖ 119 de stomacido *A* de sintesi i. strio dolore *P* ‖ 120 i. alb. *om. A* ‖ 121 i. tortoribus *P om. A* ‖ 124 versatione *LP* vel colo *om. AP* ‖ 125 de generibus tussis *P* de tussi *A* ‖ 126 venerit *L* | in f. euenerit *P* ‖ 128 auilibus *A* ‖ 131 humorum *A* humoribus acutis *P* ‖ 132 de tussi s. vel s. *P* ‖ 133 vomicam *A* de vomica cum tussi *P* ‖ 135 iscauel *L* ‖ 136 de eo si a. *L* | de f. *L* ‖ 138 ad scinum *A* si fuerit fascinatum *P* ‖ 143 vis *L* ‖ 146 de morsu aranee *P* ‖ 147 de scorpione ipsum mordente *P* ‖ 148 de morsu canis rabiosi *P* ‖ 149 gallinarum manducavit *P*

CAPITULA LIBRI III.

---

2 numero et qualitate m. *A* || 5 de indiciis et aetate equorum *A* || 8 potio *A* potiones *P* | curae vel causae dyapenton *add. P* || 12 *om. P* || 13 confectio *A* || 15 compositio *AP* || 28 *quae sequuntur capitula habet sola ed. pr.*

CAPITULA LIBRI IV.

---

1 *capitula sunt in L, nulla in P.* De morbis boum et primo de maleo *cett. codd. qui numerant tanquam cap. I libri III; in quatuor capita* de observanda boum sanitate, de morbis boum et primo de maleo, de cruditate, de febre *distinguit ed. pr.*

33 Ad contusuram cervicis.
34 De glabulis.
35 Si a vomere laedatur.
36 De pedibus adtritis.
37 De armis laesis.
38 De praefractis cornibus.
39 Ad vermes.
40 De morsibus serpentum.
41 Ad oculorum vitia.
42 Contra lacrimas.
43 Ad sanguisugam.
44 Descriptio machinae.
45 Contra sanguinis fluxum.
46 Ad luxaturam.
47 Ad lumbricos cossos et tineas.

CURAE BOUM EX CORPORE GARGILII.

1 Bovis si aegrotare coeperit.
2 Ad tussim boum.
3 Si bos collum subtorserit.
4 Ad intestinorum dolorem.
5 Ad scabiem boum.
6 Ad sanguisugam.
7 Ad fastidium.
8 Potio iumentorum.
9 Ad glandulas.
10 Si iumentum stercus gallinacium comederit.
11 Ad abundantiam sanguinis.
12 Ad infirmitatem iumentorum.
13 Ad scabiem iumentorum.
14 Ad pituitas.
15 Ad stranguriam.
16 Ad morsum muris aranei.
17 Ad vermes necandos.
18 Ad pedes attritos.

---

5 iscapplem *L* || 18 EXPC. DIVERSORVM ACTA IVMENTOR̷ *L*.

PROLOGUS.

Mulomedicinae apud Graecos Latinosque auctores non
fuit cura postrema. Sicut enim animalia post hominem,
ita ars veterinaria post medicinam secunda est. In equis
enim ac mulis et adiumenta belli et pacis ornamenta con-
2 sistunt. Sed quo minus dignitatis videbatur habere pro-
fessio, quae pecudum promittebat medelam, ideo a minus
splendidis exercitata minusque eloquentibus collata docetur
in libros, licet proxima aetate et Pelagonio non defuerit
3 et Columellae abundaverit dicendi facultas. Verum alter
eorum cum rusticae rei praecepta conscriberet, curas ani-
malium levi admonitione perstrinxit, alter omissis signis
causisque morborum, quasi ad doctissimos scriberet, tam
magnae rei fundamenta neglexit. Chiron vero et Apsyrtus
diligentius cuncta rimati eloquentiae inopia ac sermonis
4 ipsius vilitate sordescunt. Praeterea indigesta et confusa
sunt omnia, ut partem aliquam curationis quaerenti necesse
sit errare per titulos, cum de eisdem passionibus alia
5 remedia in capite alia reperiantur in fine. Additur etiam
quod studio lucri quaedam ita sunt compositae potiones,

---

sine titulo *LA*. Publii Vegeti Renati viri illustris artis mulomedicine prologus *F Ven* (prolagus). Publii Vegetii viri illustris mulomedicinae prologus incipit *PMV* || 2 mulim- *P* || 4 veterinaria *in ras.* *P* veterrima *A (corr.* *A*^{2}*)* *G* veterina *ed. pr.* || 5 enim *om.* *AF Ven.* *PMV* || 6 quo *L* quod *ed. pr.* *MV* quoq. *AF* quoniam *PA*^{2} *vulg.* || 7 ideoq. *F* | a *om.* *P* splẽ dys *G* || 8 exercita *L* | que *om.* *APMV* || 9 libro scilicet *L* || 10 Colomelle *AF* corãmilleo *PM* caiomilleo *V* | dicenda *AF* | 10 *et* 12 alius *L* || 14 Cyron et Asurrius *L* || 15 c. iumenti *AG* *corr.* *G*^{2} || 18 de *om.* *ed. pr.* || 19 inveniantur *AFP* *ed. pr.* | al. addetur *margo* *L* || 20 qui de st. *A* *omisso* lucri

ut pretium enorme contineant et curae taxatio aestimationem animalis prope videatur aequare, ut plerumque aut parci homines aut certe prudentes animalia sua casibus dedant aut damnosam curationem dissimulent. His et 6 talibus rationibus invitatus cum ab initio aetatis alendorum equorum studio flagrarem, hanc operam non invitus arripui, ut conductis in unum Latinis dumtaxat auctoribus universis, adhibitis etiam mulomedicis et medicis non omissis (nam mulomedicinae doctrina ab arte medicinae non adeo in multis discrepat sed in plerisque consentit), in quantum mediocritas ingenii patitur, plene ac breviter omnia enucleata digererem causasque et signa morborum omnium declararem. Nam si laus prima medicorum est 7 genus aegritudinis in homine reperire, qui passionem suam et manu potest et voce signare, quanto magis in mulomedicina necessarium credetur genus aegritudinis nosse, cum mutum animal proprium non possit indicare languorem et ab imperitis ad opus aliquod laboremque cogatur, geminumque subeat ex morbo et fatigatione discrimen, ut certe neglectum inveterata aegritudine nequeat sero curari. Sic- 8 ut Mantuanus poeta divino ore testatur: *morborum quoque te causas et signa docebo.* Absque dubio autem omnis

21 Verg. georg. III 440.

1 an. aest. *A* ‖ 2 prope *om.* *PM* | ut] ac *L* ‖ 3 pauci *LA* periti *PM* | canibus *ed. pr.* c. al. casibus *A* ‖ 4 dent *AF* dederint *M* | et annos a curatione d. *L* et a damnosa c. d. *AFP* | His et] Si is *A* his *F* ‖ 5 inritatus *L* ‖ 6 non *om.* *AF* | invitus al. tatus *A* ‖ 8 mulomedicinis *A* ‖ 10 in m.] in *om.* *L* | in plerisque] in multis plurimisq. *A ed. pr.* ‖ 12 13 o. epitoma digerere *et* declarare *L* congererem *cet. om. ed. pr.* plene ac breviter o. epitomata dirigerem causamque et signa morborum omnium declararem *AF* (leviter o. enucleata epitomata d.). ac omnia breviter enucleata dicere causas et signa m. o. declarare *P* ‖ 15 significare *P* | in] et *P* ‖ 16 creditur *PA ed. pr.* ‖ 17 mutum sit a. et non p. pr. i. l. *A ed. pr.* iudicare *FA (corr. A^2)* ‖ 18 sic g. s. *ed. pr.* ‖ 19 ex f. *P* | ut *L*, aut *vulg.* ‖ 20 sero *om.* *L* | sic *P ed. pr.* ‖ 21 m.' que et c. *ed. pr.* ‖ 22 te *om.* *AFP*

9 cura nutabit, si genus passionis ignores. Ex inani persua-
sione illud generatur incommodum, ut honestissimus quis-
que erubescendum ac vile credat iumentorum nosse medi-
cinam. Primum nullius rei scientia vilis est. Nam cum
in humanae vitae conversatione aliud fugiendum sit aliud
vero sequendum, non est perfecta sapientia, nisi quae
10 utrumque cognoverit. Deinde, quis existimet erubescendum
talem peritiam, quae damna submoveat? Nam sicut in-
columitas iumentorum habet lucrum, ita eorum interitus
afferre videtur incommodum, praesertim cum mancipia,
quorum plebeia curatio non putatur, saepe vilioribus pre-
11 tiis quam equi vendantur aut muli. Postremo circa equos,
sive ad vehendos locupletes aptos sive in circi contentione
victores sive in proeliis ut ita dixerim probatissimos bella-
tores, acerrimum studium amoremque constat esse domi-
norum. Nec immerito voluptati natum animal salutis
12 gratiam meretur ab homine. Quis autem nosse curas
iumentorum erubescendum putet, cum optima iumenta
habere gloriosum sit? Quis vituperatur id posse curare,
13 quod laudi ducitur possidere? Forte opera ipsa mulo-
medicorum videtur abiectior, notitia autem curationis non
solum honestissimis, sed etiam disertissimis convenit, ut
provisione et ordinatione sollerti curatis animalibus et

---

1 narrabit *marg.* mutabit *A* nutabit al. vacabit *F* uitabit *P* (*sscr.* vacabit) *M* (*margo* nutabit) | se g. p. ignori . . . *L.* ignores *F* ignoret *P.* ignoretur *ed. pr.* ingenerationes *A* | ex] etiam *A* || 2 eruditissimus *P* h. eruditissimus *F* || 3 esse*P* || 5 in *add.* *LP* || 6 sapientia *L* peritia *vulg.* | nisi utroque cognito *P.* qui utrumq. *L qui lacunam habet usque ad c. 12.* utraque *vulg.* quae *om.* *F* || 7 extimet *A* || 9 habentibus *P omisso* eorum || 12 c. e. *om. ed. pr.* || 13 vendendos *AF* | habitos *P* aptos h. *F* || 14 dicam *F* | probatissimi *P* al. promtissimos *A in marg.* || 15 acerrimumque *FA* (que *om.* *G*) | amoreq. *P* e *eras.* | .esse] habere *ed. pr.* || 16 aut saluti *ed. pr.* *P corr.* P^{2} || 18 putat *FA (corr.* A^{2}*)* *M* putet *P* || 19 hab. ium. *P* | vituperationi det *ed. pr.* vituperat id possibile curari *PM* || 20 dicitur *A* | forsan ipsa o. *ed. pr.* *A* || 21 videtur *F ed. pr.* videatur *A* videbatur *M* videbitur *P* | abiectio *AF* | non s. h. sed e. *om.* *P,* sed e. dis. *om.* *AF* || 22 ubi *M* || 23 solliciti auctores *A (corr.* A^{2}*)* soliciti curatis *F* | et d.] et *om.* *A*

damnis careant et voluptatibus perfruantur. Sed alii 14
morbi sunt, qui ea tantum animalia, quae occupaverunt,
vexant, alii etiam ab uno vel paucis coeperunt, in plures,
qui pariter stabulantur vel aluntur, et in totos saepius
greges saevissima contagione transmigrant, ut quamvis sa-
num animal intra breve tempus alienae aegritudinis afflante
vicinia repente depereat. Rectius est ergo eorum prius 15
morborum et signa et causas praedicere curasque mon-
strare, qui quodam transitu pluribus nocent. Nam adversus
maiora dispendia maiorem sollicitudinem oportet impendi.
Prima igitur iumentorum utilitas est domini vel procura- 16
toris vel pastoris ipsius amor atque diligentia. Comes
enim semper est affectionis industria, et incolumia cupi-
mus quaecunque diligimus. Domita animalia aut praese-
pibus aluntur aut pastu, indomita latioribus nutriuntur in
saltibus. Cotidie ergo vel frequentissime speculari convenit
habitum iumentorum, nam diligentibus morbus ipse se
prodit.

1 utantur *FA* || 3 alii licet ab uno coeperint in plures qui pariter in eodem stabulo aluntur *P* alii etiam ab uno vel paucioribus quae pereunt in plura quae *ed. pr. vulgo.* || 4 a toto s. grege *FA* || 5 sepissima *FA* || 7 ergo est *P* || 8 m. causas et s. *P* prius eorum m. c. et s. *F* || 10 imponi *FA* || 12 sive pastoris *P* || 13 et *om. FP* | semper cup. *FP* || 15 alimus *P* || 17 non d. *A* nam non *F* | morbis *A* | ipse prodit *P* i. procedit *FA* *Sequuntur capitula libri I in AFP.*

LIBER I.

I. Quibus signis aegritudo animalium cognoscatur.

Continuo enim animal, quod valetudo temptaverit, mae-
stius invenitur aut pigrius, nec consueto utitur somno nec
solito se more transvolvit nec requiem ut sumat accumbit nec
deputatum cibum assumit ex integro, et potum aut intem-
2 perantius appetit aut omnino fastidit: stupentibus oculis
auribus flaccidis erecto visitur pilo, exhausta sunt ilia, fit
spina rigidior, anhelitus creber aut gravior, os asperum
et solito ferventius, tussis aliquando lenis aut gravior,
3 incessus ipse, quo maxime notatur, segnis ac nutans. Cum
huiusmodi signa in iumento unum vel plura conspexeris,
statim illud separabis a ceteris, ut contagionem non in-
ferat proximis et facilius in solo iam causa morbi possit
4 agnosci. Si diligenter habitum post unam secundam vel
tertiam diem ab illa maestitia fuerit absolutum nihilque
resederit in corpore ipsius, quod putetur ambiguum, scito
ex levioribus causis illam venisse tristitiam et animal
5 consuetudini pristinae esse reddendum. Nec explorandi
omittatur intentio, nam frequentius inspiciendum videtur
et cautius, quod semel coepit esse suspectum.

---

3 cf. Veg. I 9, 5. IV 2, 2.

---

c. 1—12, 1 p. 26, 7 *deest in L* ‖ 3 enim *om. ed. pr.* | invaletudo *A* | tristius *ed. pr.* ‖ 4 vehitur *P* ‖ 5 assumat *ed. pr.* ‖ 6 et p.] p. autem *P* ‖ 7 accipit *ed. pr. om. A* | stupentibus — flaccidis *om. A* ‖ 8 utitur *AF* | erecto visu turpi pilo *ed. pr.* | exusta *P* | e. fonte s. *A* ‖ 9 locus aliquis calidior *post* rig. *ins. A* | crebrior *ed. pr.* crebri *A* | os — gravior *om. A ed. pr.* ‖ 11 quo m. n. *om. FP* | signum *P* ‖ 16 peste *A* ‖ 18 plenioribus *A,* al. levioribus *margo* ‖ 18 pristinae *om. A* ‖ 20 nam] al. que *A margo* nam *om. P,* vel quia *margo* | inspici debet *ed. pr.* ‖ 21 esse spectandum semel *P*

II. Quot sint genera morborum.

Morborum quidem diversae sunt species, sed uno generali vocabulo continentur, quod antiqui maleus nominaverunt, ipsa appellatione vim cladis periculumque testantes. Sunt autem species malei numero septem: humidus, aridus, 2
subcutaneus, articularis, elephantiasis, subrenalis, farciminosus. Signa omnium dicamus.

III. Signa morbi humidi.

Humidus morbus est, cui de naribus pro mucis humor defluit male olens et spissus, colore pallido. His gravatur caput, oculi lacrimantur et stridet pectus, fit gracilis horrentibus pilis, tristis aspectu: quem profluvium Atticum veteres vocaverunt. Cuicunque autem sanguinolentus humor vel croco similis per nares fluere coeperit, iam insanabilis et vicinus est morti.

IV. Signa morbi aridi.

Aridus autem morbus his agnoscitur signis. Nullus ei per nares supra solitum humor emanat, suspirat tamen graviter et nares habet extensas, ilia cavabit intrinsecus et contractionem spinae duritiamque patietur, testiculi eius ita substringuntur ut apparere vix possint, cibi parcior, bibendi appetentior ultra morem. Propter quod pulmone

---

5 Chir. c. 168. 9 Chir. c. 169, 363. 17 Chir. c. 170, 361.

---

2 passiones *ed. pr.* p. ab occultis capitis *A* passiones species *F* || 3 veteres *P* quod ab a. m. nominatum est *A* || 7 s. o. d. *om FP*

9 morbus *om. FP* || 10 effluit mali odoris *P Chir.* | Huius *ed. pr. cf. Chir.* habet gravatum c. *P* || 12 superfluum viaticum *A* p. viaticum vet. Atticum voc. *F* || 13 quandoc. *A ed. pr.*

17 Tribus his a. s. *P* $\overset{t}{a}$rid$\overset{b}{u}$s *M* Aridus his a. s. *F* || 19 curvabit *ed. pr.* || 21 disstr. *P* | vix parere *P* || 22 appetitus b. vero *P*

siccato internum patitur ardorem, tensis oculis in obliquum respicit nec facile cubat. Hunc suspirium vocant, insanabilem, nisi ab initio festina curatione subveneris.

V. Signa morbi subcutanei.

Subcutaneus morbus autem his proditur signis. Vulnera in corpore eius scabiei similia nascuntur, ex quibus humor effluit liquidus et viridis, qui pruriginem movet, ut scalpere parietibus vel columnis animalia seque fricare compellat, quo ulcera corticem ducent. Huic nec humor per nares emanat, nec anhelat, nec cibum respuit nec potum; propter quod diu vivit, et ideo si cura non
2 desit, ex hoc plurima iumenta liberantur. Quidam vero scabiem subcutaneum morbum dicere temptaverunt, quod similia supradictis videtur ostendere signis et contagionem transferre per proximos et tardius sanari. Sed quia necem nec gregi infert nec facile periculum patitur, a pestiferi illius malei societate discretus est, et seorsum ab illa dicetur.

VI. Signa morbi articularis.

Articularis autem morbus, quem ἀρθρίτην Graeci vocant, per haec monstratur indicia. Interdum paucis interdum plurimis diebus ab articulis claudicabit, ut aut ictu

---

5 Chir. c. 171, 172. 20 Chir. c. 173, 174 cf. 344, 348.

---

2 cubet *margo* cacabit *ed. pr.* hoc f. curabitur *PM cf. Chir.* | notat insanabile *P* vocant et i. *ed. pr. om. A* i. vocant A^2
4, 5 subterc. *A ed. pr.* || 5 m. a. *om. P* | ulcera *Schn. et Samb.* vulnera *codd. cum Chir.* || 8 et p. et c. *P* | saepe *A ed. pr. om. F* || 9 quae *P* | durant *P* || 10 recusat nec respuit *ed. pr.* || 11 vivet *A Chir.* bibet *ed. pr.* || 13 quod — 15 proximos *om. A* || 14 suprascriptis *P* || 15 sanare *A* sanatur *M* | *ante* necem *voc. erasum in P, lac. in M* scabies *suppl.* M^2 || 16 nec n. nec g. i. f. periculum *ed. pr.* | patiatur *A* | pestifera *codd. corr. ed. pr.* || 18 dicetur: *II 135.* et s. — dicetur *om. FP*
20 articen *margo* al. disiunctum *A* || 21 dem. *P* | aliquando pl. *P* || 22 claudicat *AFM* (ita ut) | ut aut i.] uíẹctu *F*

calcis animalis alterius percussus aut negligentia impactus
aut saxo vel fuste videatur elisus. Sed haec solet esse
distantia, quod illa quaelibet laesio loco figitur, haec
autem passio, quia erratica est, subito ad pedem alterum
migrat. Praeterea ossibus astringitur cutis et ad tactum
tractanti dura resistit. Rigescit spina corpusque contrahitur, 2
pilus erectus et horridus, deformis aspectus, macie corpus affectum: et quamvis non recuset alimenta nec curet si desint,
in dies tamen deterior fit et tristior difficulterque sanatur.

VII. Signa morbi farciminosi.

Farciminosum vocabulum ex genere passionis evenit.
Huiusmodi deprehenditur argumento. In lateribus et in
coxis et in verendis quoque partibus et praecipue in
iuncturis membrorum vel in toto corpore collectiones inflantur, rursumque his velut sedatis aliae nascuntur: cibum
potumque ex more recipiunt, macrescunt tamen, quia
digestio eis plena non provenit. Hilares aspectu sanisque 2
similes creduntur ab indoctis artis mulomedicinae, quia
exterius agitur causa; quibus imperitia artificum sanguinem
festinat auferre. Sed contraria ista curatio est, nam
affectis farcimino, quidquid est virium, tollit. In initio
tamen, ne morbus increscat, vel in fine, cum iam vires
redire coeperint, emissio sanguinis iuvat.

11 Chir. c. 179, 180, 364.

3—4 quod illa passio subito ad p. *PF* | ut . . figatur *ed. pr.* || 4 grata erratica *A* || 5 pr. — cutis *om. A* | ad tractum *ed. pr.* a tractu *F* || 6 tractantis *P* | in spina *P* in splena *F* || 7 pilis e. et h. *P* | ac d. *ed. pr.* || 8 nec r. *P* | curet si *om. FP* | desinit *A* || 9 die *AF* | laborioseque *P* curatur *ed. pr.*
11 invenit *P* || 13 et *alt. om. F* || 14 collectiones *om. A* || 15 rursusq. venit [veniunt] his s. *margo* al. rufumq. velut *A* velut his s. *F* illis s. quasi *P* | renascuntur *ed. pr.* || 16 percipiunt *P* | marc- *AF* || 17 eius *A* ei *P* | *post* aspectu *lac. in PM*, videtur *suppl.* P^2M^2 | que *fort. del.* || 18 artis — causa *om. FP* || 19 imperiti artifices s. festinanter auferunt *P* || 20 extimat au. *A* || 21 farc. *om. P* | superest *ed. pr.* | tollitur *P* || 22 marcescat *AF*

VIII. Signa morbi subrenalis.

Subrenalis morbus non minus nomine quam ipsa passione monstratur. Nam animal velut renibus laesis a posteriore parte deficiens prodit mortiferae necessitatis indicium. Tussiet graviter, horrebit aspectu: cutis duritia ex spinae rigore proditur, parcius potum parcius appetit cibum. Huic quia tota vis morbi possidet lumbos, a femoribus incipit prima curatio.

IX. Signa morbi elephantiasis.

Elephantiasis autem dicitur ex similitudine elephantis,
cuius naturaliter pellis dura et aspera morbo nomen et
2 in hominibus et in animalibus dedit. Cuius signa haec
sunt. In toto corpore uredo nascitur, praecipue in dorso
squamas similes corticibus facit. In naribus, in pedibus
etiam et in capite papularum fervor emergit, vel ozaenae
3 asperiores frequenter oriuntur Priusquam haec ostendantur indicia, ventre soluto erit et macrescet et aspere
tussiet; cuius os totum cum lingua asperum et simile
creditur esse combusto. Quae passio pullis a matre de-
4 pulsis plerumque perniciem consuevit inferre. Hunc diligenter curare cupientes non ante deforis aliquo medica-

---

2 Chir. c. 38, 464. 10 Chir. c. 195, 196.

---

3 animalibus veluti r. *P* ‖ in r. laesus *AF* ‖ 5 carebit *AF* ‖ 6 et spina *codd.* | parcius p. — cibum *om. P* ‖ 7 quia *om. A* | vis totius *P* ‖ 8 pr. quietis c. *A*

9 elephantiotes *P* elephantiosi *A*, *et sic ubique* ‖ 10 elephantiones dicuntur *A* ‖ 11 nomen morbi *P* unde morbi n. in h. *AF* ‖ 12 in *om. A* ‖ 13 nigredo *AF* ‖ 14 squamis s. cortices *FP Chir.* | in n. *et* etiam *om. A Chir.* in p. *om. P* ‖ 15 emigrat *A* fervorem gerit *P* | velut *AF* | ociene *A lacuna PM* (musculos *M*[2]) ‖ 16 oriundis *AFP* ostendit *M in ras.* ‖ 17 venter solutum *AF* | macrescat *A* ‖ 19 combustum *G* ‖ 21 non deferant ante aliquot dies m. *F* non d. ante: al. non curare deforas *margo A*

mento fovere contendunt, nisi prius potionibus datis pestis
evellatur interior. Nam extrinsecus coepta medicamenta
morbum non adimunt, sed interius compellunt et hac ra-
tione periculum generant. In animalibus ergo morbo 5
eodem laborantibus generalia ista sunt vitia: tussis aspera et
crebra, spina contracta et rigida, macies semper increscens
cum studium et alimenta non desint, demissior cervix,
stupentes oculi, tardior incessus. Nunc signis omnibus 6
generaliter singulariterque digestis singulorum morborum
speciales propriasque curas oportet adiungere. Post haec
de generali minutione singulorum et adustione docens,
concludam librum primum.

X. *Cura morbi humidi.*

Maleus morbus si humidus fuerit, ita ut per utramque
narem virides defluant muci, inter exordia caput eius ad-
hibita curatione purgandum est ita: olei optimi unc. III,
liquaminis floris unciam, vini veteris cyathos III sereno
tranquilloque die pariter commisces et cum tepefeceris,
infundes in naribus; ad siphonem autem paulatim infundes,
non semel ad cornu. Caput religabis ad pedes sensimque 2
iumentum impeditum compelles incedere, ut omnis humor
emanet. Quod si sanguis postmodum coeperit fluere, nihil 3
timendum sed potius sciendum est animal legitime fuisse
purgatum. Post quod sevum caprinum resolutum oleo

4 cf. Veg. I.1 Chir. c. 182.

2 pus e. interius *P* | elevetur *ed. pr.* | mentior *G* | capta *Gesn.* posita? ‖ 3 admittunt *A* am. *F* eximunt *ed. pr.* | ad interiora *ed. pr.* *P* ‖ 4 gignunt *P* ‖ in a. eiusmodi morbo l. *ed. pr.* *P* (huiusm.) ‖ 5 illa *M* *om.* *FA* | asperior *P* ‖ 6 cr. suspiria *ed. pr.* | attr. *P* ‖ 7 desinant *vulg. corr.* *P* ‖ 10 post — primum *om.* *FP*. *sequuntur capitula 10—16 in PM*

14 per unam vel per utrasque n. *P* ‖ 15 intra *A* | capitis *A* ‖ 16 ita *ed. pr.* *om.* *A* quod sic fit *FP* ‖ 17 liqu. f. u. *om.* *P* ‖ 18 commiscebis et tepidum *P* ‖ 19 nares *P* ‖ 19, 20 ad s. — cornu *post* emanet *habent codd.* | autem *om.* *FP* infundas *A* ‖ 20 a c. *ed. pr.* *A* | sensuiq. *P* ‖ 21 compellitur *FA* ‖ 23 metuendum *FP*

miscebis, sic infusis naribus exulcerationis illius mitigatur
4 asperitas. Radicem quoque laseris tunsam et per fistulam
vento naribus insufflatam, ut sternutum provocet, adhibere
5 commodum est. Caput etiam extrinsecus auriculasque
oleo calido diligenter perunges, et lana cerebro indita ab
omni perfrictionis necessitate munies: nasturtii quoque
6 semen bibendum dabis ex aqua. Praeterea potionem dabis,
quae diapente vocatur, et hac ratione conficitur: murrae,
gentianae, aristolochiae longae, bacarum lauri, rasurae
eboris bene tritas et cribratas aequis miscebis ponderibus
7 servabisque. Exinde prima die unum coclearium cumu-
latum cum sextario vini veteris, secunda die unum et
semis, tertia autem die duo coclearia tepefacto mero
aspersa et diligenti agitatione permixta dabis ad cornu.
Postea ex cervice de matricali vena sanguinem detrahes
permixtumque acerrimo aceto in omne equi corpus in-
fundes, et contra pilum diligenter fricabis ut ad similitu-
dinem glutinis inhaereat; iumentum quoque in loco calido
8 constitues. Si cibum fastidit, aestate dumtaxat farinae
hordeaceae sextarium unum quinque sextariis aquae per-
mixtum equo dabis in potu. Triticeam quoque farinam

8 Pel. c. 5 cf. Veg. I 64. III 8, 6. 8. 15 cf. Pel. c. 205 p. 73, 11. 204 p. 72, 21 Veg. I 13, 2 19 Pel. 205 p. 73, 15 cf. Veg. II 7, 3.

1 infusum . . mitigat asperitatem *P* | ulc- *P*, exulceratione *FA* | ipillius *A* || 2—3 Item accipe febrifugam et radicem alsari, tere et fac pulverem quem per f. insuffla ut sternutet: multum prodest *P* item a. f. *addit etiam F* || 2 iaris *A* | tonsam *vulg.* || 3 insitam *vulg.* || 5 calente *ed. pr.* | inducta *P* || 6 frict- *A* | vel munies murabis *AG* (vel *om.*) munibis *ed. pr.* || 7 seminis ad b. cum a. immisces *A* || 8 diapenton *A* | m. troclite *P* triconitis *F* || 9 baccis *ed. pr.* || 10 aeque m. *A* || 11 et ex hoc pulvere cocl. unum cum sext. v. v. primo d. dabis *P* | qua dederis *add. A* || 13 c. iam iam t. *A* || 14 asperso al. -a *A* || 15 de] vel *A* vel de *Schn.* || 16 que *om. A* | et ipsum p. *F* et i. mixtum cum a. *P* | o. e. c. perunges *ed. pr. cf. I 22, 9.* per totum e. c. diffundes *P* | in omni parte corporis e. i. *A* || 17 ubi *A* || 18 adhaereat *ed. pr.* | i. que *PF* || 19 statim *ed. pr. et Samb. in marg.* | tantummodo *P* | farinam . . permixtam *FA* || 20 unum] et *A* cum *P* || 21 poto *A*

simili mensura et ratione offeres ad bibendum; si autem
fastidit, non aliud dabis, quousque hoc ex sitis necessitate
percipiat. De palato quoque postmodum sanguinem de- 9
trahes, ut omni ex parte, qua morbus praegravare coeperit,
relevetur. Scito, nisi diligenter occurras, hunc esse peri-
culosissimum morbum. Nam cito in suspirium hoc est
anhelitum transit et spem omnem salutis excludit.

XI. Cura morbi aridi.

Aridus vero morbus, qui et suspiriosus praecipue dici-
tur, et hic negatur a quibusdam posse curari, propterea
quod phthisi, quae hominibus mortifera est, similis inve-
nitur. Cotidie enim macie crescente exilior redditur
penitusque siccatur. In omni autem ratione medicinae 2
facilius est quae abundaverint demere, quam quae viden-
tur deesse supplere. Salus tamen iumentis etiam in hac
passione praestatur, si in principio possit occurri. San- 3
guinem siccis detrahere contrarium est. Sed vino et oleo
sufficienter admixto et tepefacto perungendum toto cor-
pore animal est, ita ut caput et maxillae et extrinsecus
fauces eidem largius infundantur et contra pilum usque
ad sudorem diutissime confricentur. Intrinsecus autem a
prima die hac ratione curandum est. Sucum ptisanae, 4
adipem suillum remissum et amylum ex melle passoque
decoctum per cornu in potione dabis, ut canalis gutturis
eidem maxillarumque compago laxetur, quam siccitas
astrinxerat morbi. Quo facto in loco calido stabit. In- 5

---

1 modo et m. dabis in potum *P* ‖ 2 non *om. codd. praeter* *F* | n. ante a. *P* | quam *P* | extimas n. percipere *AF* ‖ 3 post-modo *P* ‖ 4 omni parte ut omnem quam *F* omni in *ex* omnem *A* | parte *om. A* | quam *A* ‖ 5 reveletur *P*

9 a. quoque qui pr. s. vocatur morbus neg. *P* ‖ 11 omnibus *P* ‖ 12 exilius ... positumq. *P* ‖ 13 que *om. A* | autem medicina *P* ‖ 14 de materia *A* diminuere *ed. pr.* ‖ 15 s. enim i. ex hac *P* ‖ 16 occurratur *P* occurri vel ostes *A* ‖ 19 et *alt. om. AF* ‖ 20 infundas *P* ‖ 21 perfr. *P* ‖ 22 potione *P ed. pr.* | 23 cum adipe s. amilo m. et p. mixtum et coctum *P* | suilli *A* ‖ 24 positione damus *A* ‖ 26 astrinxit *om.* morbi *A*

fusum hordeum herbamque viridem, si inventa fuerit, debebit accipere, ut omni ex parte periculosa ariditas
6 temperetur. Consequenter ei talis potio praeparetur: passi optimi sextarium unum, iridis Illyricae unciam unam, piperis nigri semunciam, croci scrupulum, murrae troglitis semunciam, tracanthi semunciam, pollinis turis unciam unam, ova cruda quinque pariter mixta prima die dabis ex integro ita ut per triduum ipsam misceas semper et offeras, ut tam gravis morbi asperitas potionis dulce-
7 dine mitigetur. Post hoc melle, butyro, axungia, salibus et picula, offis pro aequa omnium portione confectis, suco ptisanae ac passo involutis attritum animal replebis, die prima quinque pilulas, sequenti septem, tertia die
8 novem daturus ex more; nec ungendi extrinsecus cum vino et oleo tepefacto desit industria, et quia amarissimus morbus est aliter non potest nisi amaris potionibus solvi.
9 Contraria enim contrariis medicinis curantur. Potionem diapente, sicut superius monstratum est, non solum per triduum cum vino sed per dies plurimos dabis, ut tantum
10 discrimen possit evinci. Quod si gravior tussis et strangulans urgebit, accipe fabae frictae sextarium unum, sevi caprini uncias tres, alii capita maiora tria, permixta deco-

3 Pel. c. 207 cf. Chir. c. 985 § 6—12 = Veg. II 134, 5—7 cf. III 9, 1. 2.

1 h. si inveneris viridem *P* ‖ 2 debeat *AF* ‖ 3 eidem *ed. pr. P* | talis ei *A* ‖ 4 yris *AP* ‖ 5 nigri *om. P* ‖ 5 trigonitis *AF ed. pr.* troclitem *P* ‖ 6 dragganti *FP*, *om. A vulg.* pulveris *P* ‖ 7 omnia similiter m. *P* simul *M* ‖ 10 haec accipe mel etc. *P* | sive s. *F* | 11 piculam *P* paucula ophis *F* pauulca ophis *ed. pr. A* (al. paucula ospeio *margo*) | offis . . confectis: añ mixe cum *P* ‖ 12 passo et de his an. *P* | attritum *F* attinctum *vulg.* ‖ 14 novem] VIII *PM (corr. M²)* | dabis *P* | expensis autem his nec *ed. pr. A* (*adscr.* vacat) | extr. *om. P* ungere *A* al. nec ungendi e. *margo* ‖ 15 et a.] nam a. m. cum sit *ed. pr.* | quia *om. A* ‖ 17 enim non nisi *ed. pr.* | c. e. c. ratione medicinae *F* c. e. c. sanantur medicinis ratione ut potione d. *P* ‖ 18 dyopenton *A* | in superiori passione monstratum est *P* | et n. s. *P* ‖ 19 dabis *om. AF* ‖ 20 tussis surget *PM* (s *eras.*) ‖ 21 accipe *om. PF* | fractae *vulg. cf. I 17, 14. II 134, 1* ‖ 22 alii] scordon tria cap. quae p. *P*

ques et cum passo vel suco ptisanae hordeaceae tepidum
dabis ad cornu. Quod si tardius profecerit ista curatio, 11
ficus siccae pondera duo diligentissime tundis in pila,
faeni Graeci sextarium decoques, quousque aqua ad medie-
tatem veniat, post colabis et faenum Graecum in mortario
cum ficu conteres; alii quoque uncias tres contundes simi-
liter in mortario et tam rutae quam apii fasciculos ternos:
quibus omnibus pariter mixtis et diligenter contritis addis
tracanthi uncias II. Aqua, in qua faenum Graecum 12
coctum fuerit, superfundis potionemque facias, quae per
cornu possit effluere: quam etiam tussientibus vel vulsis
ruptisque animalibus per triduum dabis. Sequens reme- 13
dium ad aridum morbum: inter nares iumenti scalpello
secabis, et aquam frigidam ei in situla latiore suppones
naresque ipsius assidue diebus plurimis merges, ut suspi-
rium distabescat in aqua. Potionem quoque ei cotidie
dabis huiusmodi: sucum ptisanae cum sevo caprino de- 14
coctae sextarium unum, sulfur vivum, tus quoque mascu-
lum aequis ponderibus deteris atque commisces: ex eo
coclearia singula diebus singulis cum ptisana permixta
defundis ad cornu. Cum vero coeperit esse validior, de
cervice sanguinem detrahes additoque aceto animal per-
fricabis.

---

12 Chir. c. 362.

---

3 duas partes *P* | 3—7 tundis in mortarium, deinde addis alligalicum unc. tres et contrahe et tam rutae *P* || 4 coque *F* || 5 et *om.* *F* || 6 fico *A* | denuo c. *F* | contundas *A* || 7 in pila *F* || 8 q. p. in mortario missis *P* | et *om.* *AF* | tritis *ed. pr.* || 9 dracontii *ed. pr.* | et aqua *P* | aque *A* || 10 facies *P* || 11 tussientibus: *incipit S* | vel *om.* *P* || 12 aut r. *ed. pr.* et r. *P* r. *AF* || 13 iumentis *S* -ta *ed. pr.* | sagitella *P* | 14 fistula latiori *P* s. lata ori supponens *F* per fistulam latam eius ori s. *vulg.* *A* (ei) || 16 det- *S* || 17 eiusm. *S* | sero *P* || 18 vinum *ed. pr.* | tusque *S* | masculinum añ teres atq. commiscebis *P* || 20 coclaria *S* | pt. et infundes per cornu *P* || 21 cornum *S* | autem *A* *ed. pr.* *om.* *F* || 22 cervicem *S* | animalis corpus *M*[2]

XII. Cura morbi subcutanei.

Subcutaneus morbus, cui humor pestifer inter corium
et viscera commorat, hac ratione curandus est. Fistulam
quinquenariam, inter armos eius et ventrem loco con-
sueto ad mensuram incisa cute die sereno et si spatium
est, luna minuente, indis, ut mos est, per quam omnis
visceribus humor educitur, coloris aurei vel crocei, languoris
2 tabe corruptus. Quae si minus traxerit, radicem herbae
tithymalli in eodem vulnere inseres septem diebus, quae
residuum virus educat. Est et aliud remedium: radi-
culam, quam quidam consiliginem vocant quidam pulmo-
naceam, qua mulomedici frequenter [et bubulci] utuntur,
in pectore animalis hac aegritudine laborantis eatenus
3 pones, ut acuto cyprino circines locum. Postmodum per-
forato corio radiculam inseras, quae ibidem sponte sua
tamdiu permanebit, quousque cutis, quatenus cypro fuerit

---

3 cf. Veg. I 43, 3. II 89, 4. 10 Pel. c. 22, 205 cf. Veg. IV 3, 12 [ex Col. VI 5].

---

2 m. est *A* | cum *ed. pr.* | intra *ed. pr.* | i. cutem et carnem vel viscera *FA* (*om.* cutem) ‖ 3 commorat *S:* commeat *ed. pr.* commineat *A* meat *P* comeat al. amoveat *F* | fistulam plusgenariam inter a. *S.* fistulam al. fac incisionem intus a. e. et v. loco consueto dasgenarium inter a. e. et v. l. consueto ad m. incisam cutem *F* f. ei facies vel cauterium *ed. pr. A.* Fac incisionem inter a. . . in cute *P* ‖ 5 et sit lunaris incisio *P* ‖ 6 indis ut mos est *om. P* | moris *S* | induc in die ut mox est *F* fiat ad bito ut m. e *margo* al. in die *A* ‖ 7 de v. *codd. praeter S* e *ed. pr.* | deducitur *AF* educetur *P* | aurei *incipit cod. L* | languor est t. *L* longiori t. *M* ‖ 8 corruptis *AF* | quae si non bene laboraret *PM* (*margo* laberetur) | herbae *et* in e. vulnere *om. P* ‖ 9 in *om. ed. pr.* | inseris *S* ‖ 10 virum *S* venenum *AF* ‖ 10—15 R. unam ellebori nigri perforato corio inseres *P* ‖ 11 polmonaciam *A* pulmoniceam *S* pulmuniciam *L* ‖ 12 quam *SL* | et b. *om. SLF* ‖ 13 hanc aegr. *S* | al. ea tenera *margo A* ‖ 14 ponis *S* | circinis *S* | postea c. p. *ed. pr.* ‖ 15 interseris *ed. pr.* inseras et insuas *A* | sua *om. ed. pr.* suta sp. *A* ‖ 16 tamdiu *om. P* | quatenus *om. F*, q. c. f. *om. P* que cipro fuit s. *A* | q. cuprino signata *ed. pr.*

signata, decidat in putredinem versa; ex toto corpore ad
illum locum humor attrahitur et per vulnus emittitur.
Hinc potionem superius designatam, quae vocatur diapente, 4
cum vino veteri optimo per triduum vel si necesse fuerit,
per dies plurimos dabis. Apium quoque viride et bacas
lauri, vel si ista non inveniuntur, folia lauri et cucumerem sil-
vaticum per partes minutissimas concides hordeoque misce-
bis, ut animal languidum sicut ex potione diapente ita et
ex cibo sentiat medicinam. Huic tamen aquam tepidam 5
cum farina hordeacea vel triticea dare te convenit, et in
loco tepido stabulare, nam frigus humoris augmentum
est [et rheumatis]. Cibum quoque magis siccum quam
viridem in hac passione debet accipere et exerceri vehe-
menter, ut sudore siccetur humor infestus.

XIII. Cura morbi articularis.

Articularis morbus his declaratur indiciis. Claudicabit modo de prioribus pedibus modo de posterioribus diverso modo, et quasi tumor eidem in articulis circa coronas vel certe in genibus apparebit, propterea quod pestilentia

16 Pel. c. 14 cf. Chir. c. 177.

1 recidit *P* decidat *M* in p. sit versa *ed. pr. AF* | ex *SPF* et *L* et a *A ed. pr.* || 2 trahatur *et* emittitur *ed. pr.* || 3 huic *S V* | potionem diapente s. d. *ed. pr. AF* || 4 necessitas *A. F* (n. est) *P* (n. fuerit) *ed. pr.* (n. erit) || 5 et per plurimos dabis *P* | viridem vel *S* || 6 non *et* lauri *om. L* vel istae res si non invenirentur lauri et c. silvatici folia *ed. pr. A et F* (c. asinini *cf. II 6, 5*). vel folia si non i. bacae et c. silvaticum radicem *P* || 8 lang. *et* et *om. ed. pr. AF* (a pot.). et animali l. pro cibo dabis sicut potionem d. pro potu *P* et animali l. p. c. d. ut animal etc. *F* || 9 hinc *A* | et a. *S* || 10 farinam etc. *S* | ordei vel tritici *A* ordei commixtam vel tritici *F* | in *om. L* fac ipsum stare in l. t. *P* || 11 nam fr. humorem auget *P* || 12 et r. *om. SLF* || 13 et *om. LA* veh. debebit *L* *(supra lin.)* || 14 in s. *A* in s. ut siccetur *F*

16 signis *AF ed. pr.* || 17 p. diversis modo post. *LP* de p. pr. diverso modo *A* alternis p. modo pr. modo po. *ed. pr. cf. p. XL* || 18 tumore idem *L* [tumore|idem *S*] || 19 certe *om. P* | genubus *A*

morbi corruptus sanguis nervos et venas implet [et laedit]
2 atque debilitat. Huic sanguinem primo de cervice, hoc
est de matricali vena, detrahes, quem acerrimo aceto per-
mixtum per totum animalis corpus induces ita, ut illa loca,
quae vexata sunt, diligentius ungas, quia creditur sanguis
emissus e corpore et corpori cum aceto rursus adpositus
3 vitia morbosa siccare. Quod si in genibus vel articulis
se morbus ostenderit, de eisdem locis sanguinem detrahes,
cui adicies cretam cimoliam, aceti sextarios tres, usti aeris
libram, cimini triti libram, resinae frixae libram, picis
liquidae libram, salis communis pugillum, stercus bubuli-
num recens, quantum creditur posse sufficere; ex hoc ubi-
4 cunque tumor apparuerit, diligenter saepius illinies. De
palato specialiter sanguinem detrahes, ne contagio occupet
caput; ab armis quoque deplendum est, si in prioribus pedi-
bus claudicatio apparuerit, vel certe de coxis auferendus est
5 sanguis, si a posterioribus coeperit claudicare. Dabis quo-
que ei potionem adversus omnes morbos probatissimam:
centauream, absinthium, peucedanum, serpyllum, sagape-
num, betonicam, saxifragam, aristolochiam rotundam; haec
6 omnia aequis ponderibus tundes et diligenter cernes, si
febriunt animalia, cum aqua; si non febriunt, in vino

7 Pel. c. 15. 19 Chir. c. 346. cf. Pel. c. 14 Veg. I 16, 5.

1 *om. LP, ut videtur etiam S* || 3 aceto acer. *PAF ed. pr.* || 4 animal per totum corpus i. *F* totum animal corpus per totum *A* | illa *om. L* || 6 impositus *P ed. pr.* || 7 siccare habet *A* | vel in g. *ed. pr.* || 8 ostendit *SP* || 9 id est albam *add. A ed. pr.* | aceto *L* | item lib. I *P* uste *F* urticae *ante* ac. *ed. pr.* | ustam libram tres s. aceti exstinctam cim. *A* || 10 cyminum tr. *L* res. liquidae vel una p. l. *P* || 11 st. bub. *om. L.* st. bovinum *P* || 12 quantum sufficit *P* || 13 interlines *L* linies *P* || 15 cap. occ. *AF ed. pr.* | aut ab a. *S* | deplendus *L* sanguis detrahendus *P* | de pr. *P* || 16 claudicaverit *P* clodimen a. *L* | certe *om. P* | auferatur s. *P* || 17 de p. *P* || 18 eidem *L* | ad *P* || 19 herbam c. *L* c. gentianam *in ras. M.* serp. sag. *om. P* serp. sag. *et* sax. *om. L. post* serp. *add.* parve ydamum *AF* (pue idanum) || 21 tunde *LP* tondes *A* | dil. et *AFP ed. pr.* | cribra *P* || 22 febriunt *SL* febrit *ed. pr. AFP* | si vero *AF ed. pr.* | in v. *SL* cum *AFP ed. pr.*

optimo ita ut singulis diebus per sextarium vini vel aquae tepidae cocti praedicti medicaminis singula maiora coclearia plena et cumulata commisceas, et per fauces degeras: ut amaritudinem morbi herbarum amaritudo compugnans possit expellere.

XIV. Cura morbi farciminosi.

Farciminosus autem morbus ad similitudinem farciminis appellatus est, quia velut fistulis quibusdam inter cutem et carnem corruptus humor emanat et per totum corpus collectiones plurimas facit, et aliis velut minuentibus aliae rursum nascuntur. Haec passio licet contagiosa 2
sit, facilius tamen inter principia curatur, quia interna eorum adhuc sana sunt, sed corruptus humor ex morbo inter carnem cutemque versatur. Huic tamen in initio tantummodo, antequam incipiat macescere, aut in fine, cum iam bene fuerit reparatum, detrahendus est sanguis. Nam in media passione si flebotomo uti circa eum vo- 3
lueris, aegrotum animal evirabis. Sed collectiones quascunque fecerit, inuri rectis cauteriis convenit; et ut effi-

19 Chir. c. 364 cf. 181.

1 optimo *om.* *P* | ita] dabis ita *P* dabis *ed. pr.* || 2 cocti *om.* *AFP* praedicti *om.* *LS* | cocl. maiora misceas *P* unum cochlearium maius m. *MV* || 4 digeras *F ed. pr.* immittas *P* || 5 explere *P*

7 a s. *AF ed. pr.* || 8 f. q. *SLP* per f. q. *AF ed. pr.* || 9 corruptus *om.* *AFP* || 10 munientibus *P* || 11 Haec] sed *AF ed. pr.* | contagiononosa *A* || 12 in principio *AFP* | curabitur *ed. pr.* | interiora *P* || 13 ex morbo *om.* *P* || 14 inter c. et cutem *P* inter cutem et c. *AF ed. pr.* | vexatur *P* | in *om.* *GF* etiam initio antequam *P* || 15 carnem incipiat *F* | marcescere *AFP ed. pr.* | finem *S* || 16 iam *om.* *L* | reparatus *L* temperatum *AF* || 17 *sic* *FL* (flebotomum u. c. e. si v.) *P* (circa ipsum). flebotomia u. v. *A ed. pr.* || 18 evirabis *L Chir.* peiorabis *A.* non curabis *FP* nequaquam c. *ed. pr.* | sed si c. *L* || 19 urere *P* | cauteribus *S* | et *om.* *P*

cacius prosint, cyprinis cauteriis est utendum; quae vul-
4 nera pice liquida admixto oleo et melle curantur. Potiones
catharticas vel nimis amaras debet accipere, id est dia-
pente cum vino, sicut superius dictum est, quae ad omnia
5 genera morborum efficaciter prodesse consuevit. Praeterea
radicis ebuli lib. I infundes per triduum in tribus sextariis
vini optimi, post semiunciam optimae aloes, centaureae
unciam I, radicis panacis unciam I diligentissime teres
et de illo vino, in quo ebuli radices infusae fuerint, sexta-
rium mittes et tepidum per cornu dabis. Quam mensu-
ram triduo custodire te convenit, ut etiam per ventrem
6 his catharticis potionibus digeratur humor infestus. Quem
exerceri in cursu usque ad plenum sudorem saepius con-
venit et curatum observatione praedicta in pascua mitti,
ut die noctuque aestivo tempore sub divo et libero aere
pascatur, quatenus et varietate herbarum oblectetur et
solis calore siccetur rursusque noctis aura et rore con-
tactus facilius digerat morbum.

XV. Cura morbi subrenalis.

Subrenalis morbus ut periculi plenus est, ita ad intelligendum apertissimus invenitur. Nam renes iumenti

14 cf. Chir. c. 181, 188.

1 prosit *L* | cipressinis *P* | c. studendum *L* u[r]tendum *A* || 3 et *P* | nimio *A* | oportet *P* | id est *om.* *P* || 4 cum v. *om.* *A* | quod *L* || 5 m. animalium *A ed. pr.* || 6 radices *AP* radicum *F* | infundes *L* infunde *A* infundis *vulg.* | sext. tr. *ed. pr.* || 7 sem. optimae *om.* *P*, post — aloes *om.* *L* | post] cum *A* | optimi *AF ed. pr.* || 8 opopanacis *A* (al. radicis p. *margo*) *ed. pr.* || 12 huiusmodi c. *AF ed. pr.* | Et ipsum *P* ipsumque *F* || 13 exercere *ed. pr.* | cursum *SLM* | quoque usq. *L* quousque *A ed. pr.* usque *FP* | sudorem veniat *ed. pr.* | saepius *om.* *A* | 14 mittes *A ed. pr.* in pastu convenit ut *P* || 15 ut *om.* *AF* | diu *ed. pr.* dio *L* || 16 et *om.* *A* | oblectetur ... siccetur *SL* oblectatus .. siccatus *cett. codd.* || 17 usumq. n. *A* | aura a rore *L* || 18 d. cibum *P*

20 periculis *AF ed. pr.* | plus *S* || 21 invenietur *ed. pr.* | iumento *L*

occupat atque dissolvit; propter quod animal in primis
partibus alacre posteriora trahere consuevit. Huic hac 2
ratione succurretur. De utroque [latere vel de] femore
incisis competenti loco venis copiosus sanguis emittetur,
qui acri aceto mixtus per omne corpus et praecipue
super renes animalis inducetur. Potionem notissimam
diapente ad cornu per os debet frequenter accipere; sed 3
et per anum calidissimis speciebus clysteris iniectione
curandum est. Aloes unciam, pyretri unciam I, euphorbii
semunciam, bacarum lauri unciam I, castorei semunciam,
pulei bene triti unciam I, seminis sinapis uncias III, afronitri uncias III, salis triti heminam: haec omnia diligenter
contusa in tres divides partes, et diebus singulis cum aqua, in
qua furfures tritici decocti fuerint, tepida, sicut curae exigit
ratio, singulos semisextarios clystere per intestinum animalis infundis, ut calefactis intrinsecus renibus solutus
humor per ventrem cum stercore possit emitti. Praeterea 4
lumbi ipsius oleo laurino vino calido permixto confricandi
sunt vehementer et saepe, ut deforis et intrinsecus acerbissima passio possit evinci. Cauteria quoque renibus
imponuntur, ut vis morbi ignis ardore siccetur. Danda
quoque est potio octo specierum decocta, cuius in arti-

20 Chir. c. 465. 22 cf. Veg. I 13, 5.

1 propterea quod *L* ‖ 2 a latere *A* | vix tr. *P* ‖ 3 succurratur *AF ed. pr.* succurritur *P* succurretur *L ut* 4 emittetur 6 inducetur | *om.* *SLP cf. 18* ‖ 4 veris *A* | copiose *F* ‖ 5 mixtus *SL* perm. *AFP ed. pr.* ‖ 6 per r. *A* ‖ 8 et *om.* *P* | caled. *S* | clysterii *ed. pr.* dysteris *G* (cl. *A*) | ingestione *ed. pr.* ‖ 9—12 *sic LP* | pulei *post* euphorbii *SAF ed. pr.* ‖ 11 pulegii *AFP ed. pr.* | semen *L* | afronitri unc. 3 *om.* *A ed. pr.* ‖ 12 emen *L* imina *S* ‖ 13 tonsa *AF* | cum aqua furfures *S* in a. in qua *L* ‖ 14 tepidam *S* | exiget *L* | cura exigit r. *S* ‖ 15 gratior *A* | quasi s. s. *A ed. pr.* s. s. *om.* *P* s. sextarios *F*. *lacuna in L usque ad* I 16, 4 *finis lineae etiam in S* | dystere *A* clysteres *S* per clysterem in int. *P* ‖ 16 interius *A corr.* *A*[2] | solutis *S* solutus *PF* resolutus *A ed. pr.* ‖ 17 cum st.] stricte *A* ‖ 18 et v. c. *SP* ‖ 19 saepius *P* | v. ut saepius deforis *S* | ut et foris *P* | acerrima *P* ‖ 20 possedevinci *S* ‖ 22 de VIII speciebus *P* | septem *A corr.* *A*[2]

culari morbo fecimus mentionem, quia in omnibus efficaciter prodest.

XVI. Cura morbi elephantiasis.

Elephantiasis morbi superius est indicata discretio, cui talis est adhibenda medicina, ut non extrinsecus uredinem vel vulnuscula ipsius curare temptemus. Nam morbus refugiet intrinsecus et penetrabit in viscera ac periculum gignet. Sed primum de matrice tollendus est sanguis et acri aceto miscendus ac toto inducendus est
2 corpore. Post de palato et, si vires patiuntur, de ceteris locis, quae morbus infestat, pro modo [ac tempore] minuendus est sanguis et cum aceto rursum imponendus.
3 Pulli autem a matre depulsi et ad stabula religati praecipue solent hos morbos incurrere, quia et digestio cibi, qua in pascuis utebantur, primae exercitationis aufertur et nondum ad sedendum robusti ad praesepia stare co-
4 guntur. Elephantiasi morbo et omnibus malei passionibus non solum diapente, cuius experimentis indubitatae sunt vires [et sine qua mulomedicus inutilis est], sed haec

4 superius cf. I 9. 5 Chir. c. 196.

1 iterum quiete perfruendum *add. A suprasc.* al. vacat.
2 4 17 elephantiotis *SP* elephantiosi *AF* | discretio *PM* (f. descriptio *margo*) descriptio *F* morbi causa *A ed. pr.* || 5 intrinsecus *S* || 6 vel nuscula *PM* non extr. vulnuscula viridia *A* non extr. ur. vel vulnuscula virida vel nuscula *F* || 7 refugiens intrinsecus p. in v. *P* | intus *AF ed. pr.* | in *om. AF ed. pr.* || 8 primo *A* || 9 commiscendus *AF ed. pr.* | ac] hoc *S* || 10 corpori *ed. pr.* | postea *ed. pr.* | pilato *A* | permiserint *AF ed. pr.* || 11 quae *om. A* | *om. SP* || 12 imp. est *A* || 13 stabulum *AF* ab stabula *S* || 14 hunc m. *ed. pr.* os morbus *S* | quia — utebantur *om. P* (incurrere | primae) | et *S om. vulg.* || 15 quam p. *A* que p. A^2F quam in p. *S* | ⟨et⟩ pr. *Schn.* | prima *S*, *an* priva? penuria *Morgenstern* | auf. ⟨modus⟩ *Samb. Schn.* || 16 ut n. *S* | resid. *A ed. pr.* || 17 et] in *A* | passionibus *margo* al. potionibus *A* || 18 experimenti indubite *P* indub[ie *in ras. M* | sunt *pergit L* || 19 *om. SLFP* | mutilus *ed. pr.* inutilis *A*

quoque potio praeparanda atque servanda est: murrae 5
troglitis lib. I, turis masculi lib. I, mali Punici corium
selibram, piperis unc. I, croci unc. I, acaciae rufae seli-
bram, absinthii Pontici selibram, serpylli lib. I, betonicae
lib. I, centaureae lib. I, sagapeni unc. III, saxifragae seli-
bram, peucedani selibram: haec omnia tunsa et bene 6
cribrata ex melle optimo decoques et in vase vitreo vel
stanneo condita servabis, nam per vetustatem amplius
valet. Ex quo medicamento singula coclearia cumulata
singulis animalibus morbidis in sextario aquae calidae et
tribus unciis olei optimi permixta per triduum dabis. Ubi 7
proficere coeperit, ex vino optimo et oleo dabis, sicut
dictum est, coclearia singula continuis diebus. Ex qua
potione non minus quam ex diapente quolibet morbo
corrupta animalia liberantur. [Pulli tamen beneficio aetatis
evadunt facilius, saepe incurati moriuntur.]

XVII. Causae et curae generales morbi malei.

Ea quae ad curam morbi malei execrabilis pertinebant, abundanter constat exposita. [Nunc de pestilentia

1 Chir. c. 197. cf. Veg. III 11.

1 portio *ed. pr.* ‖ 2 trigonitis *LSA ed. pr. Chir.* (trag.). troclite *FP* | corii m. P. *A ed. pr.* mali Punicorii *P* ‖ 3 piperis — acaciae r. s. *om. P* | cr. unc. I *LAF Chir. om. S.* unc. 6 *ed. pr.* ‖ 4 absentium P. *S om. L* | bictonicae *S* ‖ 5 serapini *P* agapeni *L* ‖ 6 tensedoni *ed. pr.* peucidanisi lib. I *L* | tonsa *A* ‖ 7 cribata *S* | ex m. o. *LP* in m. excoquis *S* cum m. *AF ed. pr.* | in *om. L* ‖ 8 stagneo *S* stangnato *A* | recondita *A ed. pr.* | n. vetustate *L* | magis v. *A ed. pr.* ‖ 9 valent *S* ‖ 10 morbis *PM* | cum s. *A ed. pr.* | calida *S* | et] ex *F* ‖ 11 mixtum *P* ‖ 12 coeperint *SP* | cum v. *A ed. pr.* ‖ 13 d. iam est *AF ed. pr.* | ex aqua potionem *S* ‖ 14 ex *om. AFP ed. pr.* ‖ 15 corrupta *S* correpta *margo* al. corrupta *L* correpta *M ed. pr.* correcta *AP* | *om. SLPF Chir. Sequitur index cap. 17—64 in PM*

17 generales *om. A* ‖ 18 ad m. m. e. curationem *ed. pr.* | pertineant *S* ‖ 19 constant *A* | expositam *S* | 19 — p. 34, 3 *solus habet A suprascr.* al. vacat

videndum rapacissima, quae praedictorum morborum signa
saepe nulla profert, et tamen catervatim quoque obeunt
subito quasi dysenteria vel praedictis mortibus.] Sed tanta
vis ipsius morbi est, ut nihil expediat omitti: nam gregum
in pascuis funestus interitus, animalium quoque in stabulis
mortes innumerae ex ipsius contagione proveniunt, et ab
imperitis vel negligentibus curam aut divinae iracundiae
2 imputantur aut fato. Denique sicut superius declaratum
est, ab uno animali incipit ipsa pernicies et festinanter
3 ad ceterorum transit exitium. Propterea equi separandi
semper sunt, in quibus suspicio tantae pestis coeperit
apparere, usque eo ut etiam corpora mortuorum anima-
lium, quae morbo eodem interempta fuerint, exportanda sint
ad ea loca, per quae aliis animalibus transitus non sit,
et altissime obruenda sub terra. Nam et vivorum, qui
corrupti fuerint, et mortuorum odore foetidissimo sana prius
4 iumenta complentur ac pereunt. Cuius morbi causas plu-
rimi mulomedicinae auctores reddere temptaverunt, asse-
rentes ex nimia lassitudine cursus [vel saltus] violenter

8 superius: cf. I 1, 3. Chir. c. 165, 194. 17 Pel. c. 4 cf. Col. VI 30, 3.

2 proffert *A* praefert *Schn.* | quandoque *Schn.* || 4 est *om.* *A* | graecum *A* grecum *G* || 5 in *alt. om.* *L* || 6 mors . . provenit *P* *qui* innumerae *om.* | imminere *A* | ipsorum *A* | prove[re]niunt *A* || 8 ĩpi . . . . . . aú ĩtitio *PM cf. p. XXV* | fatu[o] *A* | supra *A ed. pr.* || 9 animalium incipet *S* || 10 exitum *A* | *sic LS* pr. semper s. separanda *A ed. pr.* et propter hoc s. repellendi sunt ab aliis illi *P* pr. s. s. separandi ab aliis illi praeparandi *F* || 11 in *om.* *AF* || 12 eo *om.* *S* || 13 m. eodem *S* a m. e. *L* ab e. m. *P* ab illo m. *AF ed. pr.* | sunt *SAF* || 14 aliorum a. *AF ed. pr.* || 15 altissime *SL cf. Veg. IV 2, 15* altitudine *P* profunde *ed. pr.* profundo *A* | o. sint *S* | subter pana[ne] et *L* | quae corrupta *AP ed. pr.* c[a]or (*i.* corpora) *M* || 16 fuerunt *A* | et *om.* *A Schn.* | odorem *S* | feditissimo *A* | primo *A ed. pr.* || 17 complentur ac p. *S* compl[a]entur ac pere[a]unt *L* implentur *P* corrumpuntur *AF ed. pr.* | causas morbi *SL* || 18 nullo pl. mulomed. *P* nullo pl. med. *M cf. p. XXV* || 19 vel s. *om.* *SLFP*

extorti, aut ex caloribus aestatis vel ex perfrictionibus hiemis, **aut** si volentes emittere lotium non sinantur, vel si hordeum **sudantes** acceperint, aut si post cursum calidi biberint [et si plena vesica] vel post potum cogantur ad cursum, aut faenum comederint hordeumque corruptum: ex his vel huiusmodi necessitatibus maleum morbum solere generari. Vitanda quidem ista sunt omnia; nam ex his 5
periculosae iumentis aegritudines saepe proveniunt. Maleus autem morbus ex aeris praecipue corruptione descendit. Nam austro vel Africo vento flantibus, interpositis annorum spatiis, recursu etiam, ut asserunt, catastematis, sicut certo tempore pestilentia homines sic animalia ille aer corrumpit et perimit. Unde probatissimae et plures 6
sunt necessariae potiones, quae adversus tantam vim praestare valeant salutis auxilium. Quarum partem superior iam pagina comprehendit; partem ex omnibus auctoribus collectam competenter adiunximus. Remedium pro- 7
ficiens ad omnes generaliter morbos: semen cucurbitae

---

5 Chir. c. 191 p. 58, 26 (feno). 8 Chir. p. 58, 30. 15 cf. I 16, 4. 18 Chir. c. 346, 814 cf. 201 p. 61, 18. Pel. c. 20.

---

1 extorqui *S* | aut . . hiemis *om.* *L* | calore *AF ed. pr.* | ex p. *S* ex perfricationibus *P* frigiditate *AF ed. pr.* || 2 violentes volventes *F* || 3 aut *L* *om.* *S* et *AFP ed. pr.* || 4 *om.* *SLF*, *P qui habet* vel si ordeum corruptum acceperint, *secl. Gesn.* || 5 h. que corr.] scalmatum *P* || 6 causis *ed. pr.* ex his enim causis *P* | maleus m. consuevit g. *AF ed. pr.* solet g. *P* || 7 haec o. sunt *P* ista *om.* *AF* | nam *om.* *A* || 9 praecipue *om.* *L* || 10 auster[ro] *A* | et *AP ed. pr.* || 11 anni *AF* | recursum *S* | etiam *om.* *P ed. pr.* | asserent *A* | catastematos *S* *om. in lac.* *PM* temporum provenit atque *suppl.* *M*[2] catistegmatis *A qui addit:* si deorum eorum *suprascr.* al. vacat || 12 certo t.] in isto termino *AF* (termuno) | hom. pest. corrumpuntur *A ed. pr.* || 13 aer *om.* *SLF* | sic a. corrumpuntur et pereunt *P* || 14 adversum *AFL* || 15 iam superiori paginam c. *S* superiori iam p. comprehendimus *AF ed. pr.* || 16 auctoribus *om.* *A* || 17 collecta *LF* collectas *ed. pr.* | consequenter *ed. pr.* | *novum cap.* rem. ad omnes morbos *in L* || 18 generales *AF ed. pr.* | g. ad o. m. *P*

Aegyptiae [i. coloquintidem] quantum acetabulum capit,
friges et conteres, addita vini albi optimi hemina, quod
diligenti agitatione permixtum linteolo colabis, et per
dextram iumenti narem suffundes, ut pervenire possit ad
8 viscera: quae compositio ad dysenteriam prodest. Tertia
quoque vilior sed non minus apta curatio est: radices cu-
cumeris silvatici viridis contundes et in aqua una nocte
macerabis, deinde sublatas contundes et colabis, ex quo
suco terna coclearia cum nitro trito permixta in vino,
si animal sine febre est, tepefacto, cotidie faucibus digeres,
9 ita ut septem diebus continuis curare non desinas. Ni-
trum quoque tritum et cucumeris silvatici radices minu-
tatim concisas, addita hemina vini tepidi, in hordeum
bene purgatum animali languenti infundes, ut non solum
potio verum etiam pabulum medicamento temperatum pro-
10 ficiat ad salutem. Item aliud remedium: radices ebuli
et radices urticae aequis ponderibus minutatim concisas

5 Chir. c. 347 cf. 201 p. 61, 19. Pel. 19, 7. 11 Chir. c. 202, 348. 16 Pel. c. 9.

1 Aegyptiacae *A F ed. pr.* | *om. S L Chir. Pelag.* morbos al. coloquintidis semen c. Ae. *F* semen coloquintidem acet. unum tere *P* | capiet *A ed. pr.* capiat *F* || 2 frangis *A F ed. pr.* | et adde v. o. a. eminam *P* | albi *S P Chir. Pel. om. A F ed. pr.* albi triptici (*i.* styptici) *L* || 3 et diligenter misce et cola per linteum et colatum *P* | quodsi *A* | in lentiolo *S* || 4 iumentis *S* | suffundes *S L* eff- *A F* inf- *P ed. pr.* | ei possit *L* | ad vesicam *F* || 5 plurimum pr. *P ed. pr.* pr. hominibus *L* | alia *ed. pr.* quamvis v. sit non *L* || 6 curatione *om.* est *A F* | radicem c. asinini *A F* agrestis *P* || 7 conteres *P* contondes *A* tundes *F* | in *om. P* || 8 deinde . . colabis *om. S* d. misce diu in mortario et cola *P* || 9 tria *P ed. pr.* | trito remixto *L* | cum v. *A P ed. pr.* || 10 fuerit *A F ed. pr.* non febrit *P* | degeres *L* ingeres *ed. pr.* inmittes *P* || 12 bene tr. *A F ed. pr.* | cucumerem silvaticum *L* | radicem minute incisam *P* || 13 concisa *S* || 14 ad pabulum infundas *A ed. pr.* faucibus i. *L* || 15 potus *P* potum *A F ed. pr.* | de medicamento *L* medicamentum *A ed. pr.* faciat *ed. pr. A* (al. proficiat *margo*) || 16 alium *S F* rem. *om. A F ed. pr.* | radicem *A P ed. pr.* radices . . radicem *S* radix . . radix *F* || 17 orticae *S L* | minute *P* minutim *ed. pr.* | concidas et infusas *S* concisas infusas *L* c. et i. *F* incisas et i. *A ed. pr.* incides et infunde *P*

et infusas in liquamine optimo macerabis colabisque per
linteolum. ex quo mensuram unius ovi tepefactam per
nares animalis triduo digeres, consequenter etiam ista 11
facturus, ut iumentum, quod morbum patitur, hordeum
cum apio et cucumere silvatico minutatim conciso semper
accipiat contusumque ipsum agrestem cucumerem et aquae
sufficienter admixtum bibere cogatur. Laudatur et haec 12
potio: herbae Sabinae libram I, trixaginis uncias III,
centaureae uncias II, aristolochiae uncias IIII, bacarum lauri
uncias IIII, murrae uncias IIII, omnia contundes et cernes
et in pulverem minutissimum rediges, et cum necessitas
fuerit, cocleare grande plenum cum vini sextario tepefacto faucibus taediantis infundes. Haec quoque adversus 13
omnes morbos medicina succurret, quod quatenus vires
patiuntur interpositis diebus [cum praescriptis minutionis
observantiis] primo de cervice, post de palato et in qui-

8 Pel. c. 8.

1 optime et fac macerari et cola. *P* || 2 linteum *ed. pr.* | ex equo *S* | mensura . . tepefactum *AFP ed. pr. cui favet Pelag.* || 3 degeres *L* inmittes *P* | etiam haec fac *P* c. ita f. *AF ed. pr.* || 4 quod i. *P* q$\overset{ut}{uo}$d i. q$\overset{ut}{uo}$d *A* | i. morbum patiens *P* || 5 et cuc. silv. *om. L* cum apio m. conciso et cum c. s. similiter conciso *S* cum radice apii et c. agrestis minutim incisa *P* | inciso *AF ed. pr.* || 6 contunsumq. *A* | aqua *LA* aquam *F* cum aqua *om.* et *P* || 7 suff. *om. P* | laudata est *L* | etiam *A ed. pr. om. F* || 8 traxaginis *SA* traxagin$\overset{i}{e}$s *L in lac. om. PM* (gentianae unc. III *M*[2]) || 9 aristolochiae — murrae *om. A in marg. suppl. A*[2] | bac. lauri unc. II *Pelag.* || 10 omnia tere et in p. m. redige *P* || 11 necessitas *SL* necesse *cett. cum Pelag.* || 12 cocleare gr. *LFS* (coclearem gr.) *Pelag.* coclearium gr. *P* coclearium magnum *A ed. pr.* | tepefac$\overset{ti}{tum}$ *A* tepefac$\overset{tum}{ti}$ *G* || 13 tedeantis *ed. pr.* | infunde *P* infundis *S* | adversum *S* || 14 quod q. *SLAF* et q. *P* si q. *ed. pr.* || 15 interpositis *deficit S* | *ante* interpositis *haec A:* nihil auctor enim ille naturae rex tegacio (?) artifex absq. remedio nocere permisit. Bolus (*i.* bolbus *cf. Plin. XX 104*) quoq. armenicus pestilentiae maxime dysenteriae occurrit egregie sed vires (ius?) eius ex vino, si autem febrit, aqua temperata detur ad cornu bibendum. Saepius int. *suprascr.* al. vacat | 15 16 *om. LFP cf. I 22* | diebus plurimis primo *L*

buscunque locis se morbus ostenderit, si in capite de facie, si in primis partibus de armis, si in posterioribus de coxis, sanguis est auferendus et cum aceto miscendus,
14 ex quo animal perfricetur. Cui haec per triduum potio dabitur: panacis radicem uncias III, eryngii radicem ponderis tanti (eryngion autem herba melior est, quae in litore vicina marinis fluctibus nascitur, carduo silvestri paene similis, flore galbino, cuius eruendae sunt radices, nam longius penetrare dicuntur) feniculi quoque seminis uncias III, aloes uncia una semis: contusa et cribrata in tres particulas dividentur, et cum fricti et moliti tritici farinae sextario candenti aqua miscetur et ad cornu per
15 fauces triduo datur animali. Pelagonius adversus omnes morbos efficacissimum pulverem credit esse, si pullum ciconiae nondum adhuc stantem sed iam plumas habentem, vivum in fictilem caccabum mittas et gypses, perustumque vapore furni in pulverem redigas et tritum vitreo vase custodias, exinde grande cumulatumque coclearium cum vini sextario animalis faucibus infusurus, donec recipiat
16 sanitatem. Chiron vero praeter alias compositiones, quae

4 Pel. c. 21. Veg. IV 3, 8. 6 Veg. IV 3, 7. 13 Pel. c 18. 20 Chir. c. 199 cf. 812.

1 humor *ed. pr. margo* al. morbus | ostendit *ed. pr.* ostenditur *A* | ut si *A ed. pr.* | in f. de c. *ed. pr.* || 4 hoc p. tr. pos td. *A* || 5 radice *L* radicis *P* radicum *ed. pr.* | item e. *L* || 6 er. —9 dicuntur *om. P* | melior est quae *om. LF* || 7 vicinā *L* | cardo sibistri *margo* c. silv. *L* || 8 caluino *margo* galbino *L* galbineo *vulg.* || 9 semen unc. III et aloe *L* || 10 una semis *ed. pr.* una *L* semis *AP* || 11 tres *om. P* | et confracti *F* fricti *Pel.* fracti *vulg.* | divide et adde far. t. albissime sext. *P* || 12 candenti *ed. pr. AF Pel.* calenti *L* | misceatur *AFP ed. pr.* || 13 da animali *P* datur a. *L* infundantur *ed. pr.* -atur *A* || 14 esse *om. P M* esse si *om. L* tradidit si *AF* || 16 in cacabo fictili *AF* in cacabum *ed. pr.* in fictile vas mitte et cum argilla opturatum in furnum mitte et in p. redige *P* cum a. gypses et in f. m. *F* | egypsis *L* || 17 vaporem foci *L* || 18 in v. v. custodi *P* | exinde *L om. cett.* | que *om. L* || 19 infusus *AF* infunde *P* infundas *ed. pr.* || 20 Chiron V. C *L* vero *om. P* Cirūm vero Centaurus *A ed. pr.*

iam relatae sunt, asserit catulum lactantem vivum in
aquam ferventem missum ac depilatum ita decoqui, ut
ossa separentur a carne; quibus diligenter ablatis, viscera
cum aqua, in qua decocta fuerint, liquamine optimo, vino
veteri et oleo et pipere cum melle condita ad VI sextarios debere servari, ac singulis animalibus binas cotylas
tepefactas, donec ad sanitatem perveniant, diebus singulis
dari per fauces. Caput quoque haedinum omnesque pedes 17
depilatos ad calidam ea ratione, qua catulum, excoqui
ablatisque ossibus condiri, et binis cotylis ad diem in
potionem per cornu saepius datis animal morbidum liberari. De gallo quoque gallinaceo albo eadem quae de
catulo observanda demonstrat. Radicem quoque herbae 18
tithymalli decoctam cum vino dulci dare morbidis suadet.
Ei quoque animali, quod profluvio Attico coeperit labo- 19
rare, ita ut viridis ei vel pallidus per nares humor erumpat, ex lotio humano veteri vel arietino duas cotylas cum uno cyatho olei rosei putat esse miscendas et per nares,

8 Chir. c. 200, 815. 13 Chir. c. 201 p. 61, 17. 813.
15 Chir. c. 203.

1 asseruit [rit] *A* | lactentem *P* | in aqua ferventi *A ed. pr. Chir.* ‖ 2 decoquatur *P* ‖ 3 sepperentur *A* | viscera *LP* eius caro *AF ed. pr.* ‖ 4 c. a. in aqua decocte fuerint *sic F* cum in aqua d. *P* ‖ 5 aut o. *L*, et *etiam Chir.* veteri et oleo [vino] *A* | usque ad *A ed. pr.* | ad sextarium *LAF ed. pr.* sext. III *Chir.* ‖ 7 pervenient *A* ‖ 8 dari *L* dari debere *ed. pr.* d. debeat *AF* debere dare *P* | pedes eius *L* ‖ 9 ad. c. eandemq. rationem *L* in calida ea r. *P* ad caldarium eadem r. *ed. pr.* | excoquat *AF* excoqui diximus *L* ‖ 10 vinis cotulis *L* | per d. *ed. pr.* | in potione *ed. pr. P* ‖ 11 morbi delib- *F* ‖ 13 catulo fac *P* ‖ 14 dari *LP* | m. animalibus *ed. pr.* ‖ 15 qui *L* | profluo adtequo *L* profluo Attico *P* ‖ 16 ei *om. A* | aut p. *L* | per n. *om. L, habet etiam Chir.* ‖ 17 veteri vel ar. *L* veteri *FP* veteri ei *A* vel ar. *ed. pr.* | cum uno c. *L Chir.* cum vino et c. uno *AF ed. pr.* (*om.* uno) cum vini ciatho et oleo roseo misce *P* ‖ 18 rosacei *A ed. pr.* | putatissimi, iscendas *L* | et naribus siccitatem praestare per nares *A suprascr.* vacat

quae humorem funestum egerunt, digerendas. Quae curatio et pulmonibus salubritatem et naribus siccitatem praestare confirmatur.

XVIII. Potio anniversaria physica.

Pro physico autem et anniversario remedio tradidit ulpicum bene tritum, vel alium maius quod quidam Gallicum vocant capitula singula, cum singulis semunciis sagapeni et singulis cyathis olei optimi diligentissime trita singulis aquae heminis oportere misceri et heminas singulas per caput animalium dari VIII Kal. Iul., hoc est initio canicularium dierum, VII et VI: quo facto ternis potionibus stagnata, ut dicuntur, animalia armentiva vel domita integro anno a morbo intacta servari.

XIX. Compositio suffimentorum contra morbum maleum.

Adversus morbum maleum, cuius diversae sunt species, quae in unctionibus, quae in potionibus, tam per os quam per nares digerendis vel clystere, quae in cauteriis vel

5 Chir. c. 204 cf. c. 199.

1 deg- *L* dirig- *F* infunde *P* | 1—3 *sic L.* quam (quamque *A*) curationem et pulmoni sanitatem .... confirmat *AF ed. pr.* qua curatione .... praestari c. *PM* (*qui* salubritatem)

4 5 feseca *L* ‖ 5 remedia *AF* | ^{ad}tradidit *A* ‖ 6 ulpe: cum *L* umbilicum *P* | u. beticum *ed. pr.* | aliud *L* ‖ 7 capula *P* capitella *AF ed. pr.* ‖ 8 sapeni *L* serapini *P* | diligenter *AF ed. pr.* ‖ 9 ^{s}eminis *L* emẹ^{i}nis *A* ‖ 10 animalis *P* | Iulii *AFP* ‖ 11 in i. *A ed. pr.* | dierum *om. A* | septima et sexta *A* septimum et sextum *PM* septimo et sexto *ed. pr.* *M*[2] dierum VI *L* | factum *A* | trinis *AF ed. pr.* tertias *P* ‖ 12 p. stagnat aut diceretur *L* quo f. ter ac p. saginata ut dicitur *Samb.* | armentiva *F* -na *vulg.* ‖ 13 a *om. P*

14 *et* p. 41, 2 fom- *A et sic ubique,* suffum- *P* ‖ 15 adversum *L* | malei *A* | multae *P* ‖ 16 quae in u. *L om. cett.* ‖ 17 per *om. ed. pr.* ‖ 17 dirigendis *AF ed. pr.* degerendis *P om. L* | vel cl. *om. LP* | quaeque *ed. pr.*

flebotomo facienda sunt, declaratum est; sed restat alia
non minus necessaria efficaciorque curatio, quae suffimen-
torum genere et odore praestatur. Nam cum ipsa tabes 2
ex corrupti aeris foetore nascatur et usque in pulmones
[et viscera] penetrando descendat, non minus odoris austeri-
tate quam potionum amaritudine consuevit expelli. Pro 3
numero itaque animalium eliges locum humilem et ex
omni parte clausum, in quo induces animalia vel iam
aegrotantia, quae curare desideras, vel adhuc sana, et
separatim, quae non vis morbi contagione perfundi. Ori-
ganum asinale, asphaltum, peucedanum, castoreum et opo-
panacem aequis ponderibus permisces, exinde quantum
tribus digitis levare poteris in carbonibus vivis mittis,
animaliumque os et caput super fumum tenebis, ut auste-
ritas odoris per os et nares intrinsecus ingressa omnia
compleat et usque ad pulmones perveniat, et praestet ani-
malibus medicinam.

XX. *Alia compositio vehementior.*

Est et alia compositio suffimentorum ad morbos prohibendos, sumptuosior quidem sed ut putatur utilior.

---

10 Chir. c. 190 cf. Veg. IV 3, 15.

---

1 sint *L* ‖ 2 fumigiorum caldore *PM* nidore M^2 ‖ 4 vetore *A* | pulmonem *A* et pulmones usque penetrando *L* et in p. usque p. *P* et v. *om. LAPF* ‖ 7 et *om. AF ed. pr.* | ex universis partibus cl. *P* ‖ 8 in *del. Samb.* | vel *om. AF ed. pr.* ‖ 10 separari *P* | et — perfundi *om. V* | et s. *del. Schn.* | profundi *FA* (*corr.* A^2) ‖ 11 asinale *Chir.* asium aleum *L* allium *PF* allium mentam *A* (*suprascr.* al. vacat) asium m. *ed. pr.* ‖ 12 permisce *F* -eas *A ed. pr.* | et exinde *A ed. pr.* ‖ 13 elevare *A ed. pr.* | potueris car *deficit L usque ad c. 21 extr.* | carbones v. *ed. pr.* | mittis *P* -as *vulg.* ‖ 14 a. per os et c. supra *P* a. que caput et os *A* ‖ 15 ingressa *om. F* ingr. intr. *P* ‖ 16 et *om. A* | ad p. usque *P* et ad pulmonem u. penetrando p. *ed. pr. ex lin. 5* | animali *P*

18 *cf. p. 3, 20* ‖ 19 et *om. A* ‖ 20 austerior sumptuosior *F* austerior *P* | ut *om. A ed. pr.*

Sulfuris vivi libr. I, bituminis Iudaici libr. I, opopanacis
unc. VI, acanthi unc. VI, galbani libr. I, castorei selib.,
aeris crudi unc. VI, salis Hammoniaci unc. II, salis Cappa-
doci unc. III, cornu cervini, lapidis gagatis masculi, lapi-
2 dis gagatis feminae ana unc. III, lapidis haematitis unc. II,
lapidis sideritis, lapidis argyritis ana unc. I, equuleos id
est caballiones marinos numero VII, caudas marinas, ungues
marinos ana numero VII, uvae marinae unc. III, medullae
cervinae, cedriae, picis liquidae ana pondera III, ossa sepiae
3 numero VII, auri semunciam, ballucae siliquam: et haec
universa commixta atque succensa odore suo morbis tam
hominum quam animalium resistunt et daemones fugant,
grandinem prohibere et aerem defaecare dicuntur. Sed
si memoratos lapides aut invenire nequiveris aut enor-
mitate pretii ab emptione cessaveris, reliqua efficaciter
prosunt.

XXI. De ratione flebotomi.

Medicina omnis animalium, vel si verum quaerimus etiam hominum, nisi rationem curationis ante cognoverit

---

1 Veg. III 12, 3 cf. Chir. c. 193.

---

1 s. v. lib. II *ed. pr.* | aspalti libr. I *P cf. Chir.* || 2 acanthi *AF* achanti *ed. pr. om. P* achatis *Gesn.* chalcanthi *Schn.* | g. et c. *A* galbaniistor. *F* || 3 acris *AF* yreos *ed. pr.* aeris *Schn.* aeris c. *om. in lac. P* | ana unc. VI *A* | armoniaci *vel* am. *codd.* | capadocii *P* capadocie *A* -cis *ed. pr.* || 4 cervi *A* | l. gagatis femininae unc. III, l. galatitis unc. II *P* lapidis galaticis *post* fem. *ins. AF* || 5 unc. II *om. ed. pr.* || 6 argeritis *ed. pr. AF* arthiatis *G*, *om. in lac. P* | equ. id est *om. P* || 7 caballo m. *P qui addit* pallas marinas VII *cf. Veg. III 12, 3* || 9 cedrei *vulg.* | cervinae c.] taedae pini *AF* t. pineae pondo tria *P cf. III 12, 3* | pondo *P* | ossis *AF* | sipie *P* || 10 lauri bacae siliquam *P* | et *om. ed. pr.* haec et u. *AF* et omnia *P* || 12 resistant daem. *F* || 13 grandines *ed. pr.* | et a. def. *om. FP* || 14 aut i.] aut *om. A* || 15 sufficienter *AF*

17 flebotomie *A* || 18 communis *PM* in m. communi *M*[2] | quaeramus *P* || 19 nisi *om. A*

atque praedixerit languentis periculum, errabit frequenter.
Exposita enim curandi ratio cum genere congruens passionis
indubitanter praestat auxilium. Ideoque pluribus membris
ac morbis generale remedium diligenter oportet exponi,
quod praecipue in sanguinis detractione consistit, si rationa-
biliter pro tempore et viribus animalium et pro aetate
perfecti mulomedici adhibeatur industria. Quodsi ignarus 2
fuerit huius rationis, non solum per detractionem sanguinis
non curabit, verum etiam periculum iumentis frequen-
tissime generabit. Nam cum vita utriusque animantium con-
sistat in sanguine, rursus tempestive detractus sanguis a
corpore praestare solet sanitatem. Cuius rei talis redditur 3
ratio. Sanguis enim ciborum humorumque indigestione
corruptus per membra discurrit et languorem doloremque
aut universo corpori aut aliquibus partibus consuevit in-
ferre. Nam per constrictionem nervorum venarumque ten-
sionem inflatio indigestioque generatur: quae tensura (ut
ita dixerim) corporis aliter laxari nisi per detractionem
sanguinis non potest. Unicum enim compendium atque
remedium est, corruptionem illam, quae nocet et quasi

---

3 Chir. c. 3. 10 Chir. c. 4.

---

1 languentibus periculum *F ed. pr. Gesn.* languentis periculo *A Schn.* languentis periculum *P* | evitabit *P om.* fr. | creabit *ci. Gesn.* || 2 ratione *F* | et cum *ed. pr.* | cum genera cognoverit p. *A* | congruentis p. *F* || 3 indubitatum *P* || 4 morbis ac membris *P* | diligentius *P* || 6 et *alt. om. P* | pro aequitate *ed. pr.* proprietate *A* || 7 adhibeantur *F* | qui *ed. pr. P* || 8 huius *om. FP* || 9 non curabit *om. A* | freq. *om. A* || 10 cum *om. P* | utriusque *AF* virtusq. *ed. pr. P* | animalium *P* || 11 a corpore *AFP Chir.* corpori *ed. pr.* || 12 adsolet *ed. pr.* | illa *P* || 13 h. que *om. FP* et thimorum *A* (thimus [*i.* χυμός *cf. gloss.*] grece, humor latine *margo*) || 15 aliquibus *AF* certis *P* certis quibusdam *ed. pr.* | membris al. partibus *A* || 16 *sic ed. pr.* p. c. suarumque venarum tensionem *A* p. c. nervorum suarum tensionemq. venarum *F* p. c. nervorum tensionemq. venarum *P* || 17 indignatioq. *F* indignationesq. generantur *P* || 19 non *om. A* || 20 ad corr. *P* | correptionem *M corr.* M^2

infesta tabe aegritudinem vel periculum gignit, cum sanguinis ipsius vitiosa parte detrahere.

XXII. Quae diligentia adhibeatur in sanguinis detractione.

Hinc plerique veris tempore quotannis de cervice iumentis sanguinem detrahere et sic in herbam mittere necessarium putant, ne veteri corruptoque novus sanguis admixtus natura calescens debilitatem valetudinis vel periculum faciat. Veteres autem prudentioresque auctores absque necessitate depleri animalia vetuerunt, ne consuetudo deplendi, si tempore aliquo facta non fuerit, statim intra
2 corpus morbum ac valetudinem generet. Rectius ergo est minoris aetatis animalibus et bene valentibus ex nulla parte corporis sanguinem detrahi absque palato: de quo assidue tam minoribus quam maturis detrahendus est humor, ut caput oculi cerebrumque relevetur. Maturis vero animalibus non incommodum est pulsare venam cum
3 mittuntur in pascua. Illa tamen in omnibus qui deplendi sunt consuetudo servanda est, ut pridie quam vena pulsetur sustententur levioribus et parcioribus cibis, ut per diastema composito corpore sint, non turbato per indi-

---

5 Chir. c. 5. 9 Chir. c. 6 cf. c. 564 Veg. II 40.

---

1 infecta *AF* quasi viam quae morbum vel p. *P* | sanguinis *pergit L* ‖ 2 detinere *A* detrahere detinere *F*
3 in sanguine detrahendo *L* ‖ 5 quotannis *om. A* ‖ 6 sanguinem *om. L* | demere *ed. pr. FP* trahere *G supra lin.*, *om. A* detrahere *L* ‖ 8 nat. cal. *om. LPF* nature calescens *A* natura coalescens *ed. pr.* (*cf. Chir.* fervore suo) | vel *LPF* illis *A* ve *ed. pr.* ‖ 9 que *om. A* ‖ 10 vetaverunt *L* | ne si c. *L* | deplendis in tempore *L* | minuendi *AF ed. pr.* ‖ 12 morbos ita ac v. *L* | igitur *P* ‖ 13 animalia et b. valentia *AF* ‖ 15 tam maioribus quam minoribus *P* ‖ 16 releventur *A ed. pr.* ‖ 17 v. matricalem *L* ‖ 18 quae deplenda *P* ‖ 19 conservanda est c. *A ed. pr.* ‖ 20 paucioribus *LP* ‖ 21 diastemam *L* ieiunium *P* | composita *A* quieto *P* | sint *om. P*

gestionem. In solo autem aequali statues iumentum cer-
vicemque illius loro cinges, quod strictius super scapulas
teneatur ab aliquo, ut vena possit clarius eminere. Tunc 4
spongiola cum aqua venam ipsam saepe deterges, ut altius
emineat. Pollicem quoque sinistrae manus interius de-
primes, ut non eludat et tumidior atque inflatior vena
reddatur. Consequenter iuxta praeceptum artis vel ani-
malis ipsius positionem sagittam exiges cotibus bene acu-
tatam. Observabis quoque ne altius imprimas manum et 5
gulam atque gurgulionem rumpas et arteriam praecidas,
hoc enim factum vitae periculum consuevit inferre. Per-
cussa vena faenum vel farraginem viridem ad edendum
appones animali, quatenus agitatione maxillarum per venam
melius acontizet sanguinis impetus. Cum autem niger 6
vel corruptus humor egressus est et coeperit rubicundior
manare vel purior, statim iumentum tolles a cibo et im-
posita fibula venae vulnus adstringes. In plaga vero pitta-
cium pones, ut diligentius claudat, licet quidam utantur

3 Chir. c. 7. 9 Chir. c. 9. 14 Chir. c. 10.

1 loco *P* ‖ 2 stringes *P* | quo *ed. pr.* quae *A* quo districtius *L* | scapulis *AF* ‖ 3 tangatur ut v. p. ab aliquo clarius intueri *ed. pr.* | eminere *LP* emanare *AF* ‖ 4 spongiola *L Chir.* spongia *AF ed. pr.* axungia *P* | ipsam lavabis et s. d. *ed. pr.* | terges *L* ‖ 5 ad p. *L* | dextrae m. *A* ‖ 6 eludat *L* ludat *ed. pr. Chir.* cedat *P* ut ne claudat *A* ut de nec deludat *F* ‖ 7 recidatur *A* ‖ 7—9 consequenter — observabis *om. P* ‖ 8 s. dari (duri *Gesn.*) chalibis *A ed. pr. om. FL* | exues *A* exues cotibus bene al. acutam *F* s. ex binis cutibus adcuratam *L* ‖ 9 manu *A* manus *LP* | *ante* quoq. *ponunt* stude *V* cave *M* ‖ 10 gurgionem *P* | artariam *A* arterias *F* arteriamq. *L* ‖ 11 facto *L om. ed. pr.* | cons. inf. per. *ed. pr. A* (nocumentum *pro* per.) | percussa quoque *FP* ‖ 12 fe[a]rraginem *L* | viridem *LPF Chir. om. ed. pr.* videre *A* | v. consuevit apponi a. *FA* ‖ 13 adponas a. *ed. pr.* a. dabis *P* | per v. *om. ed. pr.* ‖ 14 medius *P* | adcotidiet i. erumpat *L* erumpat *vulg. cf. corp. gloss. V 560, 3* | sanguis inpectus *PM* ‖ 15 egeretur *ed. pr.* egestus est *AF* egressus est *P* cessatus est *L* | vel *ed. pr.* | rubicundior *om. AF* rub. *et* vel *om. ed. pr.* ‖ 16 stantem *L* | tolle *AF* ‖ 17 fistula *AF ed. pr.* | venae plagam *P ed. pr.* | in *om. L* ‖ 18 imponas *ed. pr.* ponas *AFP* | claudas *F*

7 et creta. Deinde tenebroso loco et calido statues iumentum et farraginem, si tempus est, vel faenum mollissimum dabis septem diebus ac noctibus; aquam etiam offeres, ut si voluerit bibat. Sed triticea farrago hordeaceae prae-
8 fertur; quae si defuerit, hordeaceam dabis. Memento etiam quod ea melior est atque utilior, quae vicinior marinis fluctibus fuerit, propterea quod ventrem facilius
9 solvit humoresque deducit. Pulsata ex quocunque loco vena omnem sanguinem diligenter excipies et aceto oleoque permixtum vel aliis medicamentis quae ratio deposcit, animalis ipsius corpus perunges praecipueque illum locum, ex quo detractus est sanguis et qui esse putatur in causa.
10 Constat enim quadam ratione naturali, ipsum sanguinem cum superfusus est languentibus membris praestare medicinam vitiumque siccare. Quam sollemnitatem curationis
11 non oportet omitti. Praeterea interpositis diebus post flebotomum animalia producentur ad solem et sanguis detrahetur etiam de palato. Despumantur autem tertio gradu a dentibus caninis. Quos oportet suspendi altius propter sanguinis fluxum, ita ut eadem die mollibus ciba-

---

5 Chir. c. 11. 8 Chir. c. 8. 16 Chir. c. 11. 20 Chir. c. 12.

---

1 et *om.* *P* | certam *L* | in t. *ed. pr.* *AF* | tenebricoso *L* || 2 nobilissimum *A* || 3 dies ac noctes *P* || 4 praeferatur *A* || 5 quod si *AF* | def. triticia, et illam ord. dabis *AF* (et i. *om.*) || 6 etiam] enim *L* | m. sit *ed. pr.* memento e. meliorem *AFP* | atq. ut. *L Chir. om. vulg.* || 7 maritimis *P* | propter *ed. pr.* *AF* *om.* *P* | quae *A* || 8 solvat . . deducat *L* | humoremq. *ed. pr.* *AF* | educit *P* | ex *LFP* etiam *ed. pr.* *A* || 9 totum s. *P* | expies *L* accipies *AP* || 10 medicaminibus *ed. pr.* || 11 et pr. *P* || 12 causam *A* || 13 *sic* *LAFP* naturali q. ratione atq. beneficio ut quidam aiunt *ed. pr.* || 14 fuerit *L* | languescentibus *L* || 15 curationis sollertiam *ed. pr.* || 17 producuntur *ed. pr.* *AP* (perd-). -cantur *F* || 18 etiam] et *F* eis *ed. pr.* | dispumantur *LP* disponuntur *F* disprimentitur *margo* al. dispumantur *A* | etiam *A* *ed. pr.* || 19 grado abentibus cannis *L* | canis *P* | equos *ci. Schn. sed cf. Chir. p. 7, 17, Gesn. ad h. l.* || 20 eadem *LP* ea *AF* eo *ed. pr.* | mollissimis *ed. pr.*

riis utantur et furfure. Sequentibus diebus non ex integro
hordeum consequantur, sed a bilibribus incipiant et ad
consuetudinem per singulorum dierum augmenta perve-
niant. Consequenter tepido die ducantur ad mare vel 12
fluvium diligenterque loti tergantur. Vino quoque et oleo
in sole perungendi diligenterque confricandi sunt, ut cor-
pora eorum calefacta aut repellant aut perferant perfric-
tionis iniuriam. Quibus perfectis equi nobiles tum demum
ad laborem cursus itinerisque revocentur.

XXIII. Castrata animalia non deplenda.

Sciendum praeterea, castrata animalia nunquam oportere depleri hac causa, quia iam partem virium cum testibus amiserunt et, si depleta fuerint, vehementius enervantur. Hinc est quod asinis de matrice nunquam detrahendus est sanguis, quia naturaliter minus habent sanguinis graciliores que sortiti sunt venas.

XXIV. Admissum facientes non deplendos.

Admissarios etiam equos flebotomare non opus est: partem enim virium et sanguinis in coitu digerunt.

5 Chir. c. 13. 11 Chir. c. 14. 14 Chir. c. 15.

1 ut f. *P* | s. autem *ed. pr. AF* ‖ 2 a vilibus *F ed. pr.* a bilibus *A* a libri *L* duas libras accipiant *P* per singulos bilibres *Chir.* | incipient *A* ‖ 3 singulis diebus augendo *P* ‖ 5 lota *P* | vino et oleo et sale d. unguenda et *P* ‖ 6 dil. et *AF ed. pr.* | perfricandi *GP* (-da) ‖ 7 perfricationis *A ed. pr.* ‖ 8 qui n. *P* ‖ 9 ad labores cursusq. itineris *ed. pr.* a laboris cursu itinerisq. *A* ad l. cursum i. q. *F*

11 sc. est *ed. pr. A* | animalia *om. P* | non *L* nunquam *etiam Chir.* ‖ 12 hac causa quia *L* causa haec est quia *PF* causa herbae quae *A ed. pr.* | iam *om. LFP* ‖ 13 amiserint *ed. pr. A* (adm-) $\overset{a}{e}$miserunt *L* ‖ 14 est enim *ed. pr. FP* est etiam *A* | de m. nunquam *L Chir.* de m. *om. et* non *vulg.* ‖ 16 sunt *om. P*

19 vel s. *F* | d$\overset{i}{e}$gerunt *L* egeritur *F* amittunt *P* natura digerit *ed. pr. A*

Si tamen ab admissura cessaverint, nisi annis omnibus herbarum tempore depleantur, incidunt in caecitatem, quia id quod per coitum egerere consueverant, redundat in oculis.

XXV. In quibus passionibus et ex quibus locis sanguis est auferendus.

Nunc, ne quid relinquatur ambiguum, in quibus passionibus et ex quibus locis sanguis emitti debeat, indicabimus. Morbidis et quibuscunque totum corpus in causa est sicut febrientibus de matrice detrahendus est sanguis.
2 Cephalargicis autem, apiosis, insanis, cardiacis, caducis, freneticis, distentis, sideraticis, rabiosis [quoquo modo], praecipitur de venis auricularum sanguinem demere. Verumtamen melius est, ut de temporibus, quae dextra ac sinistra sunt, detrahatur: id est sub cavatura temporum tribus digitis ab oculo interpositis, inferius vena perqui-
3 ritur et ex utraque parte sanguis emittitur. Eis vero, quibus suffusio contigit oculorum vel cetera vitia, quae oculis nocent,. inferiores venae sub oculis positae, quae descendunt sub angulis oculorum inferioribus, quatuor

---

6 Chir. c. 16. 17.

---

1 si autem *L* si tamen *etiam Chir.* | admissaria *P* -ura *in ras.* M^2 || 2 in *om. LAF* || 3 coitu *A ed. pr.* | egerere *L* digerere *vulg.* | declinat in oculos *ed. pr.* declinant in oculis *A* red. in oculis *FP* (o. eorum) *Chir.* oculos *L*

4 ex *om. L* || 9 febr. unde infra dicendum *ed. pr. A* | tollendus *P* || 10 aut *F* | opiosis *P* || 11 distentis *L* distenticiis *F* (distentiosis *Chir.*) bistentitiis *A* disentricis *P* bistrutitiis *ed. pr.* | sideraticis *L* -ticiis *F Chir.* sicardiciis *ed. pr. A* sideratis *P* | rabiosis *AFP ed. pr. Chir.* babaticis *L* | quoquomodo *om. LFP Chir.* || 12 de vena $\overset{u}{a}$rticularum *F* de auriculis *A ed. pr.* | verumtamen *ed. pr. A Chir.* t. *om. LFP* || 13 ut *om. ed. pr. AFP* | de *om. L* | d. ac s. s. *LPF* in d. ac s. s. parte *A ed. pr.* || 15 perquiretur . . emittetur *L* || 16 parte *om. AFP ed. pr.* || 17 suffusio confusio *A* | contingit *ed. pr. AF* || 18 nocent m. m. *deficit L usque ad II 23* | vel aliud vitium quod o. noceat *in ras.* M^2 | venas . . positas *PM corr.* M^2 || 19 ab ang. *F Chir.*

digitis inferius quam oculi sunt inciduntur. Quibus vero
fastidium inerit vel arteriarum vel faucium tumor vel
praegravatio capitis, de palato auferendus est sanguis.
Quibus autem pulmo est in causa vel iecur vel cetera, 4
quae his vicina sunt membris, de pectore minuendus est
ex venis quae positae sunt dextra ac sinistra, ubi bra-
chiola coniunguntur et flexura fit, cum armus plicatur.
Quibus vero armi in causa sunt, et cretiacis de brachiolis 5
sanguis minuatur; quae venae positae sunt interius, ubi
centriae id est musculi brachiolares sunt, sex digitis supe-
rius quam genu, tribus vel duobus digitis inferius quam
centriae. Hae venae sagitta percutiantur sed caute, ut
mediae tangantur, propter debilitatem animalis, quia hae
commixtae sunt nervis. Quibus autem articuli in causa 6
erunt vel si articulus exemptus vel intortus fuerit, aut
aquatilia habuerit vel quidquid simile in articulis conti-
gerit, desub cirro sanguis detrahi debet: quae venae po-
sitae sunt inferius quam articuli tribus digitis sub cirro,
tribus digitis super coronam; quae venae cum summa
cautela tangendae sunt, quia articulorum coniunctae sunt
nervis. Cretiaco autem vel si basem moverit, de coronis
rectius tollitur sanguis.

1 Chir. c. 18. 8 Chir. c. 19. 14 Chir. c. 20. 21 Chir. c. 21.

1 flebotomo incidito *P* | qu. quidem *ed. pr.* || 2 inhaeret *ed. pr.* erit *Chir.* || 4 quibus — 5 est *om. P* || 4 erit *F* | iecor *A* || 5 in his *A* | vicia sunt memoris *G* || 6 in d. *ed. pr. A* || 8 quibus quidem *ed. pr.* | armus est *A ed. pr.* | et creticis *FV Chir. om. ed. pr. AP* || 9 aufertur *P* || 10 centiriae *A* centuriae *ed. pr.* centriae *P Chir.* c̄c̄ie *F* | id est m. *om. P* || 11 sup. a genibus vel d. *P* || 12 centrias *P Chir.* centrus *F* centiriae *A* | ut mediae *F Chir.* ne mediae *P* modesteque *ed. pr. A* || 13 quia hae] quae venae *P* || 14 autem *ed. pr.* etiam *A* vero *F om. P* || 15 exemptus *P Chir.* exceptus *F* incertus *A* insertus *G ed. pr.* | tortus *P* | aut *FP* vel *vulg.* || 16 quidquid *AP Chir.* quidvis *vulg.* | in] n̄ *P* || 17 de subito *P* | subtrahi *ed. pr.* || 18 *sic P* (circo) *Chir.* art. tribus dig. sub coronam *vulg.* || 20 sollicitudine *P* || 21 cretico *P* | autem *om. ed. pr. A* | 22 rectis *ed. pr. AF* rectius *P* melius *Chir.*

XXVI. His qui ungulam cogunt, quomodo sanguis tollatur.

Quibus autem iumentis vel suffusionis vitio vel per voluntatem extrusicia ungula fuerit, quae vulgo ungulam cogere dicuntur, vel quibus emota basis longi temporis
2 claudiginem fecerit, eiusmodi curatione sanantur. Componis pedem ad gulbiam et omnem ungulam ad vivum allidesque iumentum ac suffraginem illius alligatam lino vehementer stringes totumque simul ungulae solum in circuitu scalpello circumgyrabis, ut a corona ungulae sublevetur ex parte, tunc circumcisorium inseres inter unguem et solum; et cum bene elimpidaveris, suffraginem solvis et invenies de calcaneo venas fluere, et cum sufficienter emanaverit cruor, sale perfricabis, postmodum aceto et
3 oleo inunges et linteolis munies diligenter. Spartea calciare curabis, ut post egestionem humorum ungula reparetur. Huiusmodi autem curam nunquam nisi singulis pedibus adhibere debebis, ut in tanto dolore animal duret

3 Chir. c. 22 cf. 662. 12 Chir. c. 23.

1 His qui sanguinem in gulam tollatur al. qui u. c. vel eiecerint *A* ‖ 4 vetustatem *Chir.* | extrusicia *FM* excruciata extrisia *A* excruciata *ed. pr. P* | quae . . dicuntur *om. ed. pr.* ung. cogere *om. A* ‖ 5 rememorata b. *A* remora *P* remorata *vulg.* | longo tempore *FP* ‖ 6 claucedinem *P* | componito *P* componis (sitis) *A* ‖ 7 pedem *add. Samb.* | ad gulbiam et *AP, F* (gubbiam), *om. ed. pr.* | quasi ad v. *ed. pr.* ‖ 8 ium. *FP* virantum *A ed. pr.* allides, tumentemq. *Gesn. cf. Chir. p. 209, 26* | ac *FP* hanc *A* hinc *ed. pr* | suffragium illis *P* ‖ 9 astringis *FP* | simul *om. FP qui* solum u. ‖ 10 scalpelletur et c. *ed. pr. AF* scalpello c. *P Chir.* sc. circumscribis *Samb. Schn.* | a cor. u. *M*[2] a c. ungula *vulg.* a cornu ungulae *Chir.* ‖ 11 inferes *vulg.* inseres *A* | ungulam *AM*[2]*V* ‖ 12 suffr. soli inv. *P* ‖ 13 et *alt. om. A* ‖ 14 effluxerit *ed. pr. F* | postea *ed. pr.* ‖ 15 inunges *om. FP Chir. cf. § 4* | et *et* munies *om. A* | sparciam *ed. pr. A* (-a) spatio *P* spatio sparcia *F cf. Veg. II 82, 2* | carciare *P* ‖ 16 humoris *FP* ‖ 17 autem *et* nisi *om. P* ‖ 18 debes *A* | ut] ne *Samb.* | duret. Constat quodsi in a. *P*

ac stet. Si autem in alio pede similis est causa, cum in illo, qui prius curatus est, firmiter animal stare coeperit, tunc eum elides et, ut dictum est, simili observatione curabis. Si vero in his causis animal stremmare volueris, 4
semissabis hoc modo. Compones ungulam eius ad vivum et contra venam sagitta pertundis, ut possit sanguis acontizare per solum quod sagitta pertuderit. Simili autem modo sale fricabis oleoque et aceto linteolisque curabis, dumtaxat singulos pedes, ita ut portare se possit. Hi plane qui semissantur non eliduntur.

XXVII De opisthotonicis vulsis colicis strophosis et qui morbo subrenali tenentur, unde sanguis tollendus sit.

Opisthotonicis, vel qui morbo subrenali laeduntur, vulsis etiam, colicis et quibus venter frequenter dolet, de cauda sanguis emittitur, licet melius putetur propter huiusmodi causas ortas de visceribus debere sanguinem tolli. Quodsi de cauda detrahere volueris, sic facies: 2
erige et resupina caudam ad lumbos, quatuor digitis ab ano, ubi pilos non habet, caede caudam cum tabula ali-

4 Chir. c. 24. 13 Chir. c. 25.

1 si] quodsi *F* | in *om. P* || 2 firmiter a. *om. P* || 3 eum] bene *A* | ut *ed. pr.* sicut *A* sic *PF* || 4 cremare *ed. pr. P* stermare *AF* stemare *M* instremmare *Chir.* || 5 s. illud *ed. pr.* s. ipsum *P* || 6 addita s. *ed. pr.* | perfundis *AF* | exire *P* al. exire acontizare *sic F* || 7 quae s. pertonderit *A* | pertunderit *P* || 8 confricabis *AF* | et *om. A* que et *om. FP* | linteoq. *AF* | munibis *ed. pr.* || 9 ita *om. AF* ita ut *et* se *om. P* || 10 hi plane *ed. pr. A cf. Chir.* ita pl. *F* hoc modo sane *V* hu . . . . sane *cum lacuna P* equi *(in ras.)* sane *M* | laeduntur *AFP*

11 et 13 epistomicis *ed. pr.* epistonis *P* epistostonicis *A* | 11 colicis *om. P* | strophis *A* strophis subrenalibus unde *P* | tollatur *P* || 13 *post* morbo *ras. P lacuna M* | tenentur *FP* || 14 et colicis quibus *P* || 16 eiusmodi *P Chir.* | causas ortas *om. P* ortas *om. F* || 17 tollere *ed. pr.* trahere *P* detrahere *AF Chir.* | nolueris *A* | facias *A* facis *P* || 19 de tabella *P Chir.* caudam tabulam cum aliqua p. *F* | a. non p. *ed. pr.*, *sed cf. Chir.*

qua ponderosa, quousque se vena demonstret, et in caudae media divisura quatuor digitis ab ano sagitta percuties venam, ut acontizet sanguis; post decursionem fasciola
3 colligabis. Cum autem de visceribus emittere volueris, sub inguinibus dextra et sinistra in singulis femoribus eminentes venas medias sagitta percuties, sed caute, propter vicinam mixturam nervorum; post decursionem sanguinis
4 cretam impones. Si laccae in gambis fuerint aut aliquis dolor coxae vel gambae, sanguis detrahatur sub gambis: sunt enim venae a visceribus descendentes per gambas interius, quas medias propter vicinam mixturam nervorum caute transverse flebotomo percuties, et post decursionem fasciola ligabis.

XXVIII. De ratione foci atque cauterii.

In animalium curis ac medicinis duplex remedium auctores esse voluerunt, minutionem sanguinis per quam constricta laxantur, et ustionem cauterii per quam laxata firmantur. Sed cum flebotomi ratio evidenter videatur exposita, cauterii quoque, licet novissima cura sit, tamen
2 aperienda videtur utilitas. Nam ustio laxata constringit, inflata attenuat, humectata desiccat, coagulata solvit,

8 Chir. c. 26. 15 Chir. c. 27. 20 Chir. c. 33.

1 et *om.* *FP* | in caudae dimidietatem div. *A* in cauda media div. *FP* ‖ 3 egrediatur *P* | fasciolam *A* ‖ 4 velis *P* ‖ 5 unguibus *A* *om.* *ed.* *pr.* | d. et s. *P* d. s. *Chir.* de d. de s. *F* de d. s. ve *ed.* *pr.* *A* que *Schn.* ‖ 6 *verba* sed . . nervorum *post* impones *ponuntur vulg.*, *corr.* *Morgagnius* ‖ 7 misturam *ed.* *pr.* ‖ 8 cetera *A* | imponas *A* | laxe *A* ‖ 9 sub *om.* *ed.* *pr.* *A* *cf.* *Chir.* ‖ 12 caudae *P* | transverse *P* *Chir.* -o *ed.* *pr.* -us *AF* ‖ 13 fasciolam *A* colligabis *MV*

15 curis ac *om.* *G* (curis m. *A*) *FP* ‖ 16 e. vol. auctores *A* | nihil minutione . . et nihil ustione *A* in mutatione . . . et in u. *F* ‖ 17 cauteris *P* | quod *vulg.* ‖ 18 doceatur *P* ‖ 19 tamen eius *FMV* *om.* *ed.* *pr.* *A* ‖ 20 adustio *ed.* *pr.* *AF* ‖ 21 tenuat *P* *Chir.* | humecta siccat *P* | coagulat *A*

carcinomata praecidit, veteres dolores emendat, alienatas
corporis partes ex qualibet causa ad statum suum revocat,
super naturam excrescentia sublata et adusta crescere
non sinit. Nam cum candente ferro ruperis cutem, vitium 3
omne concoquitur atque maturatur et beneficio ignis dissolutum per foramina, quae facta sunt, effluit cum humore;
atque ita sanatur passio et tollitur dolor. Post quae
cicatricibus clausis constrictior et robustior redditur locus
ac prope insolubilis cutis. Sciendum quoque cyprina cauteria plus effectus ad curandum habere quam ferrea. Praeterea 4
si in capite morbus est, inuritur cervix, si subrenalis est,
lumbis ignis adhibetur. Interdum autem puncta infiguntur,
interdum ad similitudinem lineae candens ducitur veru,
aliquando velut palmulae fiunt. In hoc enim mulomedici
cum arte laudatur ingenium, si ita animal cauterio curaverit ne deformet. Pro locis autem, in quibus est passio, 5
et pro pellis aestimatione cauteria vehementius imprimuntur aut levius. Memoria autem retinendum est, fracturas
et emota vel extorta aut eiecta de locis suis uri penitus

4 Chir. c. 34. 7 Chir. c. 35. 9 Veg. I 14, 3. 10—12 Chir. c. 38, 39.

1 farc- *A ed. pr.* | alienas partes c. *A* ‖ 3 sublata et *ed. pr. AF Chir.* subtrahit et cr. n. s. *P* ‖ 4 non patitur *ed. pr.* | cadenti f. vero *A* cadente *Schn. at cf. Chir.* | vitium *om. A* | nam cum cadentis vero cauterii beneficio ruperis cutem, coquitur atq. m. *F* nam beneficio cauterii rumpentis cutem [rumpitur cutis *M²*] caro coquitur et m. *PMV* ‖ 5 desolutum *A* dissoluta *VM²* ‖ 6 f. fuerunt *MV* ‖ 7 post quod *P* ‖ 8 rob. et constr. *P* ‖ 9 hac proprie *A* propria *G* | quoq.] vero *ed. pr.* ‖ 10 ad cur. *om. P* ‖ 12 infiguntur *A* adhibentur vel i. *P* ‖ 13 candentis d. verum *A* candentis d. veru um *sic F* candens d. veru *P* c. deducitur ferrum *ed. pr.* ‖ 14 palmale *A* (palmulae *G*) *FP* | mulomedicinae *A* ‖ 15 cum arte *A om. vulg.* ‖ 16 in l. *P* ‖ 17 extimatione *A* | cauteris *P* | infiguntur *P* ‖ 18 memoriter *FP* | fracturas *FP Chir. c. 37* quassaturas *margo* al. fracturas *ed. pr. A* ‖ 19 et *P om. vulg.* | et exorta *AFP* | aut] vel *FP* et *A* | suis uri] moveri *P*

6 non debere, nam perpetua debilitas consequitur. Sed melius est, cum locis suis reposita fuerint et ligaturis diligentius communita atque ita naturae industriaeque beneficio corroborata, calasticis unctionibus et malagmis ad postremum causticis eadem percurare ad spem perpetuae sanitatis.
7 Quod specialiter admonendum est, ne mulomedici festinantes, dum foco curare cupiunt, animalia debilitent aut deforment, cum flebotomis, potionibus, unguentis, syringis medicaminibusque diversis ante sit temptanda curatio; et si nihil profecerint, ad extremum ignis adhibetur.

XXIX. De passione et curis febrium.

II 1 Schn. Quaecunque passiones plus iumentis periculi inferre consueverunt et difficilioribus obscurioribusque indigent curis, has primo amplectimur libro, ut et facilius repeRiantur, quae in exordiis ipsis occurrent, et legentibus fastidium non possint adferre.
2 Febrientibus itaque animalibus quam primum convenit subvenire; nam non

---

1 sequitur *A* ‖ 2 ut cum *AFP* | imposita fuerit *AF* ‖ 3 diligentibus *P* diligenter *A* *om.* *F* | composita *P* commonita *A* al. composita cōīta *sic* *F* | industriaeq. *om.* *P* ‖ 4 roborata *FP* | ut cal. *FA* | colasticis *ed. pr.* calasticis *P* calẹ[a]sticis *F* cọọ[cola]|casticis *A* colacasticis *G* | malagmas *F* ‖ 5 et ad postremum *P* ad *om.* *ed. pr.* | causticis *ed. pr.* calasticis *FP* cas[cola]|ticis *A* casticis cola *G* | procurare *FA* ‖ 6 et sp. *AF* | admonendus *A* ‖ 7 mulomedicinae festinanteṣ (s *ex* r) cum ferro *A* ‖ 8 potius necant [*suprascr.* al. vacat] atque deformant *A* | aut p. *F* ‖ 9 syringis *om.* *FP* | at sit temptata *A* ‖ 10 profeceris *F* | ad ultimum *AF*

12 pass. et *om.* *P* ‖ 13 afferre *P* ‖ 14 et *om.* *P* | diff. et durioribus *P* diff. al. durioribus obsc. q. *F* ‖ 15 uno compl. *P* | intelligantur *FA* ‖ 16 ipsis *ed. pr.* ipsius *codd.* | occ. ne l. possint f. a. *P* ‖ 17 possent *A* | *post* adferre *tit.* De curis quae prima sunt *ed. pr.* De curis pr. sunt quae febr. *A*. Prima sunt quae f. *F*. De lassitudine quae videtur febribus similis *P* | itaque *om.* *P* ‖ 18 quam *om.* *ed. pr.* *AF* | non] quo *P*

amplius quam triduo caloris vim sustinere posse creduntur, intra quos si curata non fuerint moriuntur. Oportet
igitur prius passionis huius signa causasque praedicere
et mox medicinas exponere. Febriens iumentum deiectum 3
caput a terra levare vix poterit, erit oculis apertis, labiis
demissis, tristitia turpis et gravitas corporis insequitur,
testiculi tumidiores laxius pendent, membra caloribus fervent, venae vehementi pulsu saliunt, anhelitusque creber
et calidus, tussis assidua, incessus nutans, fastidium cibi,
bibendi cupiditas, vigiliae iuges. Causa autem huius 4
passionis ex magno labore et fatigatione est, si negligentia consequatur. Interdum aestu nimio aut perfrictione
vehementi vel ex cruditate ciborum aut sudoris subita
infrigidatione vel ex fervore hordei novelli evenire consuevit. Curatio autem ista solemnis est: continuo san- 5
guinem eis de facie vel de temporibus aut palato oportet
emitti, ab omni esca prima die penitus abstineri, tunc
faeni optimi aut herbae viridis subinde pusillum offerri
oportebit, et quiescere etiam ab omnibus rebus et [etiam]
sequestratum temperato tempore et inambulationibus levibus animal commoveri: calidis quoque locis coopertum stabulari. Cum coeperit melius esse, herbam minutatim concisam 6

1 cf. Chir. c. 119. 4 Chir. c. 115 cf. Pelag. c. 33. 10 Chir. c. 116 cf. Pelag. c. 33. 15 Chir. c. 117 cf. Pelag. c. 34.

1 calorem s. *P* caloris inde *A* ‖ 2 quos *AF* quidem *P* quod *ed. pr.* | o. ergo *AF* ‖ 3 huiusmodi s. passionis *A* | praedi| *A* (-ci *G*²) ‖ 4 et postea ponere medicinam *P* | febres *F* ‖ 5 e t. allevare *ed. pr.* | non p. *A* | o. asperis apertis *F* ‖ 6 dim- *A* | turpis *om. P* ‖ 7 calore *AF* ‖ 9 mutans *A* ‖ 11 ac f. *AF* | est *om. FP* ‖ 12 consequitur *AF* | perfricatione *FP* perfrictione *Chir.* perstrictione *ed. pr. A* ‖ 13 vehement$\overset{i}{e}$r *A* ‖ 14 accidere c. *P* ‖ 15 c. autem *A* ‖ 17 penitus *om. P* | abstineat *AFP* | tunc *A om. vulg.* ‖ 18 vel h. *AP* | subinde *om. A* | dare oportebit *AF* pus. off. *om. P* ‖ 19 quiescere . . . tempore et *om. F* et quiescere . . . tempore et in *om. P nec habent Chir. p. 38, 10 Pelag. p. 42, 10 Hipp.* | etiam *delevi* ‖ 20 segestratum *Schn.* ‖ 21 commoveri *om. A* | parum coop. *A* ‖ 22 melior *P Chir.*

porrigito; quae si defuerit, hordeum maceratum ablatisque suis folliculis tusum in modum ptisanae paulatim offeratur et frequenter exiguum.

XXX. *De lassitudine quae videtur febribus similis.*

II 2 Schn. Plerumque autem equi ultra vires ad cursum coacti aut ponderibus praegravati aut sudore defecti similia febrientibus signa demonstrant. Quos sic intelliges: oculi sublacrimantes erunt et tanquam suffusi sanguine, praeterea spiritum crebrius agitat faenumque fastidit et de posterioribus pedibus melius se sustentabit, nam priores quasi subtritos tardius ponit.

XXXI. *De febribus internis.*

II 3 Schn. Quod si febris interna fuerit, non facile animal dormiet, et cotidie deterior fiet, interdum furunculos in dorso vel in lateribus habebit: scias eum a morbo, de quo superius disputatum est, maleo teneri. Cui lotium aliquot diebus tam hominum quam arietum per nares infundes. Et sic potiones, quae de isto morbo supra scriptae sunt, dabis.

---

5 Chir. c. 121. 13 Chir. c. 125.

---

1 quae *om. P* ‖ 2 suis *om. FP* | tunsum *A om. P* | pt. particulatim frequenter offertur exiguum *P*

4 lax- *A* de febribus internis *inscribit P qui c. XXX et XXXI coniungit cf. p. 54, 17* ‖ 6 ac s. *ed. pr.* ‖ 7 febricitantibus *vulg.* s. de febrientibus *P* | quod *P* ‖ 10 priores *FMV Chir.* primos *ed. pr. AP*

12 de f. interaneis sive i. *F* ‖ 13 febres i. fuerint *P* ‖ 14 deterius *ed. pr.* | ferunc. *A* ‖ 15 et tunc sc. *P* | eum *om. P* | qui superius disputatus est malleus *A ed. pr.* quod s. disputatum est malleus *F* ‖ 16 detineri *ed. pr.* | a. dierum *ed. pr. A* aliquibus diebus *P* quibus aliquibus d. ante aut lotium tam h. *F* ‖ 17 quam a. *om. A* ‖ 18 scripta *F*

XXXII. Si in autumno febrierit.

Si autem autumni tempore coeperit febrire iumentum, II 4 Schn.
statim de cervice sanguinem detrahes vel gradu tertio de palato; post herbae trixaginis sext. I, tracanthi, rosarum ana unc. I in pila lignea pisabis cernesque subtiliter, ex aqua cum mulsa et oleo potionabis atque ita restitues sanitatem.

XXXIII. Si in aestate febriat.

Si autem aestate febrire coeperit, totum sudabit, sataget II 5 Schn.
salientibus venis, naturam mincturo similis demittet ad terram, transverse ambulabit. De coxa media quatuor digitis ab ano venam inquiris et ex ea sanguinem detrahes. Si autem non inveneris, de cervice tollendus est. Cui hanc potionem pro tempore dabis: herbae portulacae plenam manum tundis sucumque eius cum tracantho et ture et suco rosae Campanae mulsa addita offeres, potionem non satis grandem, ne plus quam oportet infrigides, quia, cum quasi splene careat, simul et defectione sanguinis calore privatur.

---

2 Chir. c. 126. 9 Chir. c. 127. 14 Chir. c. 128.

---

1 si a. febriant *P* ‖ 2 autem *om. FP* | autumno t. *A* | febriere *A* ‖ 3 s. demito *P* ‖ 4 palatu *A* | ros. ana *om. F·P* ‖ 5 pistabis *vulg.* | concinisq. *A* concidisq. *F* | ex qua *PA fort. recte* ‖ 6 commulsa *A*

8 in *et* febr. *om. P* ‖ 9 satagat *AP* (sal. v. sat.) ‖ 10 mincturam et n. simul dimittere *ed. pr. A* (*qui* in m.) | dimittit *FP* ‖ 11 transversus *P Chir.* | coda *Chir. cf. Veg. I 27, 2* ‖ 12 venam maris et *A* | et *om. P* ‖ 13 autem *om. P* ‖ 14 hanc p. parabis *P* | herbam portulacae *A ed. pr.* ‖ 15 contundis *P* | et cum thure *A* ‖ 16 vel s. *F* vel sucum *P* | r. cum pane *AF* | addito mulsa o. *P* ‖ 17 ne] ut non *P* | infrigidet *P* inferes *F* ‖ 18 quia . . privatur *om. PF* | defectatione *A qui* calore *om.*

XXXIV. Si in hieme febriat.

II 6 Schn. Hieme vero si febrierit, suprascriptas species aridas
contundito diligenterque misceto et per sinistram narem
dato: sanitas consequitur. Febrientibus autem haec potio
utilis traditur: mannae turis unc. II s., iris Illyricae
unc. VI, piperis unc. I, bacarum lauri, seminis apii ana
2 unc. I, cum passo potionabis. Item post detractionem
sanguinis de matrice aut de palato sic potionabis febrientem:
hyssopi libr. I, abrotoni unc. VI, lactis caprini sext. I,
amyli cyathum, olei optimi unc. III, herbae urceolaris suci
cyathum, misce cum ceteris et per cornu faucibus infunde,
3 erit salutare remedium. Item alia potio: lactis sext. I,
olei cyathos II, croci scrup. I, murrae scrup. II, apii seminis
coclearium plenum, miscebis pariter et dabis ad
cornu. Hieme farinam triticeam cum aqua tepida, aestate
autem farinam hordeaceam cum aqua frigida dabis in
potu. Si febrienti tensura non desinit iliorum, loca cauterio
4 inurenda sunt et usta curanda. Item alia potio: lactis
caprini heminam, amyli cyathum, ova IV, olei cyathum,
sucum herbae urceolaris, cotidie potionabis usque ad sanitatem.
5 Item unctio qua perfricandi sunt febrientes: rosae
lib. s., olei veteris lib. I, aceti heminas III, olei cyprini
lib. s., portulacae seminis et nucis amarae unc. VI, mentae

---

2 Chir. c. 130. 4 Pel. c. 36. 7 Pel. c. 37. 12 Pel. c. 38. 15 Pel. c. 39. 21 Pel. c. 40.

---

1 in *om. ed. pr.* ‖ 2 febrit *A* | s. dictas *ed. pr.* ‖ 3 tundito *P* cum digito *A* ‖ 4 sanitatem *P* ‖ 7 compasso *G* ‖ 8 pot. sic *A* | febricitantem *FP* ‖ 10 amyli] quieti *P* | olei . . cyathum *om. F* ‖ 11 in f. *A* ‖ 12 l. asinini *Pel.* ‖ 14 pl. cochleare *P* ‖ 16 frigida *om. MV* ‖ 17 potum *ed. pr.* | dedit *A* desit *FP* si febrient mensuram non des, illorum autem loca *ed. pr.* ‖ 19 olei quantum succi h. *A* olei ciatum quantum sufficit h. *F* ‖ 20 potionabis *P Pel.* potum dabis *vulg.* ‖ 21 unguentum quo *P* | rosarum lib. s. *P* unc. 6 *A Pel.* libram *ed. pr.* ‖ 22 lactis caprini *AF ed. pr.* ‖ 23 seminis et] *lacuna PM*

vel rutae quantum sufficit, teres et commisces et tepe-
facto utere, ita ut diutissime confrices contra pilum, et in
loco tepido unctum animal coopertumque statues. Item 6
potio alia si hieme febrierit: gentianae unc. I, aristo-
lochiae, hyssopi, absinthii, abrotoni ana unc. I, caricarum
unc. VI, seminis apii unc. III; rutae fasciculum bonum in
caccabo cum aqua decoques ad tertiam, et cum nigrescere
videris, coctum est. Exinde unam heminam misceto cum
suprascriptis et per cornu faucibus infundito.

XXXV. Si ab indigestione vel pletura febriat.

Si quod iumentum ab indigestione vel pletura febri- II 7 Sohn.
citaverit, naribus spiritum ducet et ilia frequenter agitabit,
anhelitusque erit fervens et olidus, spinam facilius flectet:
nam qui ex perfrictione febrit rigidus est, quia calor
membra dissolvit, frigus astringit. Ex pletura igitur fe-
brienti copiosus sanguis emittitur de cervice, nares aceto
perfricantur, ut sternutet saepius. Venter quoque febrientis 2
si durior fuerit, per anum iniecta manu stercus extrahatur,
a cibo abstineat, parcissimum potum per intervalla susci-
piat, et unctum suprascripto medicamine diuque fricatum

---

3 Pel. c. 41. 11 Chir. c. 143. 17 Chir. c. 133 cf. 136.

---

1 et r. *Pel.* | q. expedit s. [*i.* sufficit] *ed. pr. A* quantum s. vinctum *sic F* || 3 unctum *A* vinctum *F* | constitues *P* | item p. a. *om. AFP* || 4 in h. *F* | febriant *P* || 5 ana] singulorum *ed. pr.*, *Pelagonii numeri differunt* || 6 seminis *om. P* | fasciolum *ed. pr. A* fasciclum *F* | bonum *P* f., omnia *vulg.* || 7 usque ad *P* || 8 videbis decoctum *P* | unam *P* vini *vulg.* | cum s. scriptis *P Pel.* ut s. scriptum est *F* sicut s. s. est *ed. pr.* cum s. s. est *A* || 9 infundes *A* -as *G* -is *P*

12 ducit *A* || 13 que *om. AF* | frequens *A* | olidus *A Chir.* aridus *vulg.* | flectit *A* flectis *P* spina facilius frequens flectit *F* || 14 n. et qui *A* | perstrictione *A ed. pr.* perfricatione *FP* | calet *P* || 15 plectura *A* || 18 per a. *om. P* | st. egreditur *et* abstinebitur *P* || 19 paucissimum *ed. pr.* parv- *codd.* || 20 uncto *A* unctus *P qui* et *om.* | suprascr.] stomacho *F* stȯ *P* | fricato *A* fricatur *P* confricatur *M*

loco stabit calido horis tribus aut quatuor coopertum, postea ad ambulandum producetur nihilominus involutum.

XXXVI. Si ex vulnere oris aut faucium febriat.

II 8 Schn. Si quando ex vulnere aliquo vel suppuratione oris aut faucium nascitur febris, de temporibus nec non etiam de palato detrahendus est sanguis. De maxillis quoque sive de cervice et ad postremum quicunque locus febrienti doluerit, ex eodem cum mensura sanguinem oportet auferri. Quod si cibum penitus respuerit, farinam aquae mixtam ad amyli instar faucibus eius infundes. Offas quoque de passo facies iustae magnitudinis et septenas cum oleo digeres, ut possit habere substantiam. Ita denique febrienti utilis est, ex quacunque parte detractio sanguinis fiat, si consideratis viribus animalis mensura servatur, nam ut emissus rationabiliter humor relevat, ita enormiter ablatus evirat vel turbat.

XXXVII. De coactione i. de nimia lassitudine.

II 9 Schn. Coactio in animalibus passionis est nomen, ex qua aegritudinum diversa genera nascuntur, ideo sic appellata,

---

9 cf. Chir. c. 145. 18 Chir. c. 148, 149.

---

1 coopertus *P* ‖ 2 post *P* | ducitur *A* producitur *P* | involutus *P*

4 Quodsi ex *P* | vuln. vel aliqua s. *AF* | aut s. eius o. *P* | aut] vel *AF* ‖ 5 nascatur *P* | de palato nec n. e. de temporibus *FP* ‖ 7 de *om.* *P* ‖ 8 dolebit *P* | ex eodem fricandus est et omni m. s. o. a. *F* eodem (idem *V*) fr. est et oportet cum m. s. auferre *PV* | omni m. *A* ‖ 9 f. cum a. mixtam *P* ‖ 10 amyli *scripsi ex II 7, 3:* cibi *vulg.* olivae *Gesn.* ad diui instantiam *P* | infundis *A* | offeras *AP* ‖ 11 iuxta m-is *A* | et ptisanas *FA* ‖ 12 ita d. *ed. pr.* demum *P* ac demum *A* at (*ex* ad) demum *F* ‖ 14 fiat *om.* *P* ‖ 15 ratione *A* (*margo* al. rationabiliter) | humor *om.* *ed. pr.* | ita in e. *A* ita ut e. *P* ‖ 16 curat vel t. *A* errat *F* occidit *P*

17 de c. in n. l. *P* ‖ 19 a. est *AF*

quod ab iniuria vel labore vel ex coactione contingit. Quotiens enim lassum animal fatigatione itineris vel nimietate cursus vel magnitudine ponderum non studiose refovetur, vel aestate sitire vel hieme algere compellitur, vel certe penuriam sustinet cibi aut hordeo novo aut faeno pessimo laeditur, et per dies aliquot circa curam eius nulla adhibetur industria: sic totius corporis compago et interiorum viscerum dispositio per iniuriam et fatigationem vitiatur.

XXXVIII. Quae genera aegritudinum ex coactione nascantur.

Ex qua coactione haec passionum genera nascuntur. II 10 Schn.
Ex perfrictione enim fiunt opisthotonici, podagrici, phthisici. Ex aestu autem evenit gravedo, febris, insania, capitis dolor. Ex sudore oritur tumor in cruribus, suffusio in pedibus, febris, spasmus et tussis. Ex humore quoque, 2
qui de naribus profluit, passio apertissime declaratur. A cerebro enim vel a capite venit multa pituita crebra et spissa, a perfrictione erit humor tenuis aquaticus et frigidus: ex qua re fiunt coriaginosi et tetanici et tussici.
A tolibus et glandulis et arteriis humor erit candidus et 3

---

12 Chir. c. 152. 16 Chir. c. 153 p. 48, 5 cf. Veg. II 36. 17 Chir. c. 154 p. 48, 13. 20 Chir. c. 155.

---

1 vel ex] et *P* | contingat *ed. pr.* ‖ 2 laxum *A* lapsum *P* ‖ 4 aut h. *P* | compellatur *AF* ‖ 5 iniuriam *FA* | cibi] convictus *P* | vel f. *AFP* ‖ 6 al. d. *A* ‖ 7 et sic *AF ed. pr. om. P*

12 ex quo *P* | coactione *om. PF* | signa *P* | nascantur *A* ‖ 13 perstr. *ed. pr. A* | epistomici *ed. pr.* epystonici *P* epitostonici *F* epistomachi *A* | tussici *Chir.* ‖ 14 ex aestu autem] aut *Chir.* ‖ 16 et *om. FP* ‖ 17 ex n. *P* | apertissime *P* verissime *Chir.* -a *vulg.* ‖ 18 enim] vero *P* | pravitas *APF* | crebra] crassa *Chir.* ‖ 19 perstricatione humorum erit *P* ‖ 20 corriginosi *A* corgiosi *F* | epatici et phthisici. a colibus et gl. *ed. pr. corr. Chir.* tenatici et tussici et a talibus et gl. *P* eptetici et tussiculatores et glandulosi. ex gl. *A* tetanaci et tectraci et tusiculatores et glandulis *F* ‖ 21 calidus *AF sed cf. Chir.*

viscosus, ex quo evenit fastidium et faucium praefocatio
et synanche. A pulmone autem humor crassus, sanguino-
lentus et male odoratus emanat, colore pallido: ex qua
causa fiunt peripleumonici, vomicosi, orthopnoici et phthi-
4 sici. A morbo autem maleo venit humor multus et
crassus et pallidus: ex qua re fit catarroicus, profluvius
Atticus et suspirium articulare. A iecore humor erit
lividus et viridis et tabidus, non valde crassus neque
olidus: ex qua re fiunt syntectici, hydropici, febricosi.
5 Ideo autem signa passionum causasque divisimus, ne igno-
ranti error noceret et facilius evidens doctrina curaret.
Apsyrtus huiusmodi de coactionibus prodidit medicinas:
si equus, inquit, coactus de via venerit, oculi eius intro
abibunt vel versabuntur, spirat calidum frequenter atque
suspirat, et auriculae huius ac reliquum corpus extensum
erit. Cuius talis est curatio, ut parum hordei accipiat
6 faenumque non multum. Potio autem huiusmodi prae-
parabitur: hyssopi, abrotoni ana unc. I., sampsuci unc. VI,
faeni Graeci lib. I, lini seminis pondo II: haec omnia tusa
et cribrata in caccabo novo cum sex aquae sextariis in-
fundis addisque IX duplices ficus, quae cum ad partem
dimidiam decocta fuerint, universa conteres atque liquabis;

5 Chir. c. 156. 12 Chir. c. 157.

1 ex hoc *P* ‖ 2 sinances *FP* ‖ 3 malus odor *AF* (*corr. F*[2]) ‖ 4 peripn- *A* | vamicosi *P* | ortomici *ed. pr. A* (orth.) ortonoici *P* | tussici *Chir.* ‖ 6 crossus *F* | et *om. AFP* | a *A* ex qua re f. *om. PF* | ortomicus *ed. pr.* orthonoicus *A* catacroitus *FP* ‖ 7—8 Atticus—lividus *om. P* | 7 pr. arteticus *A* profluus et articus *F* | suspiriosus articularis *Chir.* | iecinore *FA*[2] ‖ 8 luridus *Chir.* l. yricus et v. *ed. pr.* | et t. *om. FP* | gr[a]ossus *AG* ‖ 9 albidus *P* | sciatici *ed. pr.* sintetici *AFP* ‖ 10 passionis obmissaque dimisimus *AP* | ingratus *ed. pr. A om. FP* ignoratus *Morgagnius* ‖ 13 inquit *om. FP* | oculi intro adhibunt eius *A* oculos suos intus habebit *P* o. eius adhibetur intus *F* ‖ 15 et *om. FP* | huius *om. AFP* ‖ 16 ista c. est *P* ‖ 19 pondera *A* lib. *P* | tonsa *A* tunsa *P* ‖ 20 infundes *P* ‖ 21 addis etiam *FP* | XVIII f. *P* ‖ 22 conteret atq. levabit item v. *P*

praeterea vini veteris optimi sext. III, mellis heminam, 7
piperis triti drachmam adicies suprascriptis rursumque
fervere facies omnia, ex qua calidam potionem plurimis
diebus dabis, quae mirifice iuvare consuevit. Si de labore 8
itineris suffusio pedum forte provenerit, cave ne sanguinem
calido detrahas, sed requietum flebotomabis huiusmodi
beneficio potionis usurus: turis masculi drach. II, foliorum
caprifici lib., grana piperis XXV, fermenti unc. III, croci
drach. quartam partem: omnia bene trita in tres partes
divides et exposcatum iumentum triduo cum oleo potio-
nabis et vino. Si hiems fuerit, tepida os ablues, aestate 9
frigida: si tardius [aut non] rectus ambulat, furfurem et
resinam calentem ungulis imponis, non semel tantum sed
aliquotiens, donec rectus incedat. Si vero ista non pro-
fuerint, semissabis eum, ut de ungulis sagitta contactis
competenter profluat sanguis, et vulnera traumatico cura-
bis. Farnax autem de lassis haec signa monstravit: toto 10
corpore gravabitur et posteriora crura quasi inligata habe-
bit. Posca itaque et puleio nares eius et totam faciem
fovebis, panem et merum dabis ut manducet, offeresque

1 Chir. c. 158. 7 Chir. c. 159. 17 Chir. c. 160.

1 opt. *om.* *P* | III: IIII *Chir.* || 2 triti unc. I *P* | addes *P* || 3 facies ex quo *P* || 4 adiuvare *P* || 6 calidum *F* | r. pausatumq. *ed. pr. om. etiam Chir.* | huius *FP* || 7 usus *AFP* | folia *A* || 8 croci q. p. drachmae *P Chir.* croci drach. pars quarta *F* cr. dr. partem q. *A* p. q. *om. ed. pr.* *G* || 10 divides *om.* *P* | exposcatum *P* expuscatum *M V; an* ex posca *cum Chir.?* expausatum *vulg.* || 11 ablue, si aestas f. *P* || 12 aut non *om.* *AFP* | recte *AG*[2] *ed. pr.* rectius *FG* rectum *P* si t. rectus factus fuerit *Chir.* | sulphurem *margo* al. furfurem *ed. pr.* || 13 resine[a]m talentem *A* -am [c]tal- *G* | tantum *om.* *P* || 14 si nec i. p. *FP* (*qui* profecerint) || 15 ipsum *P* | sagittis *A* velud sagittis *F* vel sagittis *P* || 16 trinatico *margo* al. tragmatico *A* || 17 pharmaco *ed. pr. om.* *P* ph. autem *G* Farnax autem *A* Farnax i. sapiens de l. *F* | laxis *ed. pr.* *AF* | monstrabit *F* -is *A* erunt *ed. pr., in P nova rubr.* de febre ex lassitudine, *deinde* Febris ex l. per haec signa monstratur || 18 quasi *om.* *F* inl. quasi *A* quasi longa *P* || 19 pusca *AP* | pulegio *vulg.* || 20 dabis *om.* *AF*

ei lactucas vel gramen diligenter lotum atque concisum,
11 consequenter daturus huiusmodi potionem: sucum ptisanae,
passum, ova, oleum roseum, quae omnia pariter mixta
per triduum dabis, ita ut hordeum primo decorticatum
siccatumque manducet. Praemonendum autem est, ne
iumento ex coactionis iniuria laboranti pulses venas calentes;
continuo enim nervorum contractio et debilitas
12 consequitur. Oportet autem armos eorum et genua vino
calido et oleo tepido suffundere, totumque corpus multorum
manibus diutissime confricare et loco statuere tepido,
mollia de siccato stercore vel de paleis strata praebere.
Posteriorem partem flebotomo lassis non oportet attingi,
ne penitus evirentur. Quod si venae in cruribus tument
et plenae sunt humore, de coronis sanguis auferatur.

XXXIX. De diversis passionibus ventris.

II 11 Schn. Non minus multae et obscurae valetudines in internis
animalium quam hominum existere consueverunt, immo si
verum quaerimus prope pares atque consimiles sumus.
Nam animalibus, quia rationales sumus, sola mente praestamus;
corporis vero natura communis est, maxime in
2 doloribus. Dolorem ventris in iumentis veterinariorum

5 Chir. c. 161. 12 Chir. c. 162. 13 Chir. c. 163. 21 Chir. c. 205.

1 diligentissime *P* | confisum *P* || 3 rosatum *ed. pr. A* | par. m. *om. P* mixta *om. A* || 4 h. pro modulatum *APF* || 5 autem *om. P* || 6 calenti *ed. pr.* | ne iumentum ex enactionibus iniuriam laborum impulses v. calentes habens *P* || 7 nervo contracto *A* | contritio *F* || 9 tepido *om. P* | et t. *AF* || 10—11 et l. t. ipsum ponere et supponere ei mollia ut paleam et cre *P* || 11 sicco *F* || 12 p. autem p. *P* | laxis *ed. pr. AF* | contingi *ed. pr.* attingi *APF* || 13 enerventur *FV* || 14 et] hac *A* ut *F* | sint humores *A* sint humoribus *F* | decoctionis *A* | s. auffertur *AF*

16 aegritudines *P* || 18 atq. *om. A* cons.que *F* | sumus *om. P* || 19 quia r. s. *om. P* || 20 max. in d. *om. P* || 21 dolor enim v. *AF* | in ium. *om. P* | veterinorum *ed. pr.* vectariorum *A* imperitia vetus arriorum *P*

imperitia putat facile posse curari, quod grave nescit, et ex ventositate vel constipatione vitium tortiones vocant et interiorum incisiones, quibus aut praecantationes anicularum more aut aliquod quasi physicum remedium ad- 3
ferre conantur. Cum quid enim intrinsecus iumentis dolere coeperit, statim se allidunt et volutant et solius ventris creditur esse causa, cum plures et difficiles sint passiones, ex quibus dolor et volutatio illa contingit; et nisi singulis pro causarum genere competens medicina subvenerit, sanitas redire non poterit. Efficaciter autem curare potest nemo, nisi qui internarum aegritudinum signa rationesque cognoverit.

XL. *De aqualiculo i. stomacho.*

Primum venter ipse, qui aqualiculus nominatur, totius II 12 Schn.
corporis obtinet dominatum, in cuius capacitate cibus potioque miscetur ac per digestionem naturali calore decoctus, separatis humoribus, partem ad substantiam membrorum convertit in sanguinem, partem in urinas resolvit partemque secernit in stercora. Quodsi loca illa per- 2
frictio longi temporis vitiaverit, intestinorum dolor et corruptio digestionis necessario sequitur. Nam pars humoris coagulatur ex frigore et fit conglutinosa in praecordiis atque in intestinorum partibus, quae ducuntur ab aqualiculo usque ad colum quod appellatur typhlon enteron,

3 cf. Pel c. 121, 138. 14 Chir. c. 208. 19 Chir. c. 209.

1 ex facile *FPA* (-li) || 1—3 quod — incisiones] et tortiones vocant *FP* || 2 torsiones *ed. pr.* || 3 aut verborum rationes *FP* || 4 aliquid *AF* | quasi *om. FP* | conphysicum *P* || 6 inceperit *ed. pr. A* c. dolere ium. *FP* || 7 d. et diversae sint *FP* || 10 reddi *F* | c. non p. *P* || 11 interiorum *P*

13 stĭmaço *A* || 14 plurimum ipse *A* || 16 potusq. *P* || 18 et p. *ed. pr. A* | urina *A* || 19 secum trahit *ed. pr. AF* | stercore *AF* | praestrictio *ed. pr. P* perstrictio *AM* perfricatio *F* || 20 et cor. dig. *om. P* || 21 necessarie consequitur *P* || 22 glutinosa *FP Chir.* | in pr. *om. FP* || 23 in *om. FP* | ducunt *P* || 24 ap. ⟨Graece⟩ *Schn.* | tyflon interon *AF* cyflon interim *P* enteron *ed. pr.*

retinetur et haeret: per quod in colum quod latine ieiunum dicitur humor pessimus transit et interclusione sua cibum non patitur ad inferiores partes more solito descen-
3 dere. Hinc [etiam tortura et] extensio ventris dolorque cum magno periculo generatur: quae passio Graece emphragma, Latine praeoccupatio dicitur.

XLI. De colo et coli dolore.

II 13 Schn. Exoritur et alia causa doloris asperior, quae Graece cordapsos appellatur, cum praeclusa intestina viscerum vento [fumove se] urgente colligantur usque eo, ut aquam et cibum et stercus etiam animalia interdum revomere cogantur. Praeterea ad similitudinem hominum propter perfrictionis iniuriam coli quoque dolore vexantur, propter quam necessitatem animalia diu se vehementerque volvendo rumpuntur, quod curari iam non potest, et ideo moriuntur.

XLII. Cura longanonis et ilei.

II 14 Schn. Alia quoque vitia ex perfrictione huiusmodi humoris nascuntur. Qui cum intestina maiora praecluserit et in

1 Chir. c. 210. 8 Chir. c. 211. 18 Chir. c. 213.

1 et *om. P* | colon *P* | quod l. i. d. *post* enteron *ponit Schn. post* haeret *vulg.* | ieiunium *A* ieiunum intestinum (= stenon enteron) *Chir.* || 3 inferiores *AF Chir.* int. *ed. pr. P* | descendere *AF* pervenire *ed. pr. P* || 4 *om. FP Chir.* autem *A* || 5 Graece] generatur *PM* | infragma *FP* || 6 obturatio *Chir.*

8 a superiori *P* || 9 cor lapsum *A* cardapsus *P* | viscerum *om. FP* || 10 fumove se *om. F* fumove *om. P* se *om. A* | colligunt *P* colligant *vulg.* | adeo *P* usque quo a. *F* | et a. *P* || 11 etiam *om. P* | an. et. *vulg.* | removere *P* refundere *Chir.* || 13 frictionis *AF* instrictionis *P* inflationis *ed. pr.* perfrictionis *Chir. p. 64, 9* | que *AF* || 14 diverse *ed. pr. AF* diu se *P qui om.* que || 15 rumpunt *P* | curare *A*

17 *etc.* longaonis *codd.* || 18 alia *AF Chir.* aliqua *P* ilei *ed. pr.* | perfricatione *AFP* | istius h. *P* huius *F* || 19 et pr. *ed. pr.*

eorum sinibus stercora coeperit detinere, prohibet illa ad
cataclidem longanonis decurrere — longanon autem inte-
stinum vocatur, per quod stercus egeritur —, tunc ventus
crassus vel praeclusione ipsa intra viscera increscit ac
saevit et dolores morsusque excitat vehementes, ex quo
iumenta se proiciunt ac volutant extensisque pedibus cal-
citrant. Sed per impatientiam se saepe iactando ventus 2
increscit et mixtus stercori usque in intestina descendit;
nec iumentum ut supra rumpitur. Quod vitium ileos
vocatur ab eo, quod intestina locis suis exclusa quasi helices
faciunt; quae valetudo periculosa est, nisi cum celeritate
subveneris. Huiusmodi autem sunt adhibenda remedia: 3
aqua calida renes animalis diutissime fomentabis faenum-
que cum calida, ut magis vapor penetret, frequenter apponis,
post ciliciis diligenter absterges, oleum vetus et picem
liquidam et oleum laurinum misces, calefacies et diutissime
perfricabis, ita ut testiculos ipsius perungas et in auriculas
calidum medicamen infundas. Tam diu autem fricabitur, 4
ut sudare incipiat et ventum emittere, ex quo spes osten-
ditur sanitatis. Quod loco calido statues ac sagis coope-
ries diligenter, hanc daturus cotidie potionem: piperis

---

3 Chir. c. 214. 6 Chir. c. 215. 12 Chir. c. 216. 21 Chir. c. 217.

---

1 renibus eorum *FP* renilibus e. *A* sinibus *ed. pr. Chir.* | illam *A* || 2 catochidem *P* catadidem *F* cataclidem *Chir.* cataclidum *A* catachlytum *ed. pr.* || 3 ventus *F* venter *vulg.* || 4 crossus *A* cr. vel *om. FP* | praeconclusione *A* | intrinsica v. crescit *AF* | ac s. et *AFP* ac sibimet *ed. pr.* || 7 saepe iam i. *ed. pr. AF* || 8 in *om. P* ad *ed. pr.* || 9 iumentum *scripsi,* iam *ed. pr. A* nec — rump. *om. FP* omentum *Chir. c. 211. 216* | quod v. *FP* sed in v. quod etc. *A* sed iumento quod in vitium qui i. v. . . . inciderit ea val. *ed. pr.* | yleon *AP* || 10 ex eo *ed. pr.* | obices *P* elices *ed. pr. FA* helicas *Chir.* | animal q. h. facere f. *ed. pr. A* || 15 cilicii *A* stamine *P* | abstergis *AP* | item o. *P* | et *om. P* || 16 et cal. d. *FP* || 17 ita et *ed. pr.* | ipsius *FP* eius *vulg.* | perunges *codd.* || 18 infundas *A* -es *vulg.* | fricabis *P* || 19 sudari *P* | ventos *P* || 20 loco *om. P* | saccis *A* satis *P* | cooperi *P* || 21 continuo *P*

grana L, petroselinum quantum quatuor digiti comprehen-
dunt, cumini Alexandrini tantundem, cumini quoque Africi
tantundem, semen apii, murram, nepetam, trixaginem ae-
quis ponderibus, quibus ad dimidiam omnium partem
nitrum admiscere te convenit. Quae omnia bene trita ex
vino calido et oleo aequis ponderibus et melle quantum
5 satis fuerit dabis. Haec autem potio calefacit et ventrem
resolvit. Quod remedium si tardius subvenerit, saccella-
tiones ex furfure calidissimo plenas super totum dorsum
et renes animalis imponis. Clysterizabis etiam ex aqua
calida et oleo, quod cum sale et melle et afronitro miscebis
ovoque, et ita ventre laxato et stercora emittuntur et
6 ventus. Quod si clyster defuerit, salem bene tritum et mel
coques pastillosque longos et duros facies et in anum
iumenti immittes interius. Quae res omnem spurcitiem
humoris intus obstantem abstrahit, et ad sanitatem per-
ducit; nec est aliud quod magis valeat subvenire.

XLIII. *Causae et curae strophi.*

II 15 Schn. Sunt animalia quibus assidue ventris intervenit dolor, qui strophus appellatur et hac ratione concipitur. Interdum sudor animalium vel nimio cursu vel labore profluens in internis residet intra ventris intestinorumque compaginem, qui punctiones doloresque praestat interius;

8 Chir. 218. 19 Chir. c. 219, 220.

1 digitis comprehenditur *P* || 2 afri *F* africi *P* africani *vulg.* || 3 seminis *A* | mirre n. t. *P* | trax- *AP* || 6 et m.] cauelle *F* || 7 autem *om.* *FP* | et c. *ed. pr.* | ventum solvit *A corr.* A^2 || 8 sacellationes *PF* saccellatores *A* saccellos *ed. pr.* || 9 calidissime ex f. *A* ex f. calidissime *F* ex f. calidissimo plenas *P Chir.* cum f. calentes *ed. pr.* | per t. *ed. pr.* *A* || 11 et a.] afro et nitro *ed. pr.* || 12 ovoq. misc. *ed. pr.* *P* (quoq.) || 13 clisteria defuerint *FP* clistere *A* || 14 coques et misces *P* || 15 iumentis *A* | int. im. *ed. pr.* | immittis *A* | interius *om.* *A* spurcitiam *P* || 16 stantem *A* *ed. pr.* || 17 nec] et non *P*

18 de living stropho causae et curae *P* || 19 impendit *ed. pr.* || 20 strophosus *P* || 23 tortiones *F*

et cum totum a labore cessaverit ac refrixerit corpus
animalis, cessat et dolor: sed cum a labore calefieri coe-
perit, rursus exoritur. Et ideo strophus vocatur: nam 2
frequenter volutatur, et cum surrexerit terram pedibus
tundit et interdum quasi manducare conatur, et iacens
videtur quasi pusillum requiescere et surgens citius am-
bulare se cogit. Sed ex hac iniuria frequenter volutando
ventum sibi nutrit intrinsecus et fit tympanites, ex quo
et omentum rumpitur et praesens vitae periculum conse-
quitur. Quod vitium si in perpetuum auferre volueris, 3
paracentesim facies sic: quatuor digitis sub umbilico ad
veretrum versus medio climate ventris sagittam inicies, ut
non solum cutem verum etiam peritoneum ipsum aperias;
peritoneum enim dicitur membrana quae intestina omnia
continet. Ad mensuram autem cum magna cautela peri-
toneum aperies, ne intestina laedas et praesens discrimen
inferas. Post exempta sagitta subicies fistulam centetalem, 4
quam mulomedici portare consueverunt, minutis foramini-
bus multisque pertusam, per quam foras humor emanat:
quem suscipies in vase et invenies limpidum lotio similem,

---

3 Chir. c. 221. 7 Chir. c. 222. 11 Chir. c. 223.

---

1 et c. *ed. pr.* sed c. *codd.* | et . . . dolor *om.* *A* | refixerit *P* refriguerit *F* || 2 sed *om.* *FP* sed . . exoritur *in marg. suppl.* *A* | cum totum *A* | in l. *FP* | incipit *margo* al. ceperit *A* || 3 rursusque *A* | strophosus *AP* (str. appellatur) *cf. Chir. p. 66, 15* || 5 tondit *A* tendit *P* | i. terram *ed. pr.* *AF* *om* *P* *Chir.* || 6 quasi vid. *FP* *Chir.* || 7 sed *om.* *F* si *A* || 8 nutrit *margo* al. inmittit *A* || 9 omentum *P* *Chir.* ium- *vulg.* | praesentis *AF* | sequitur *AF* || 11 paratentesim *A* paracentasim *P* | ad *om.* *ed. pr.* || 12 medium *A* | cl. veri *P* || 13 sed e. *FP* | 13, 15 peri$\overset{c}{\text{ṭ}}$onium *A* perytoneon *P* | ipsum . . . enim *om.* *A* (p. quod dicitur) || 14 enim] autem *FP* | membr$\overset{a}{\text{ọ}}$num quod *AF* || 16 pr. ad d. *P* || 17 post *om.* *A* | exemptam sagittam *P* | continalem *margo* al. centimalem *A* centinalem *P* gentialem *F* centimalem *vulg.* *cf. Veg. II 89, 4* || 19 per quam *om.* *A* per q. fistulam *P* || 20 et *om.* *AF* | limpido *ed. pr.* limpidum *AF* lotei s. limpidum *Chir.* limpidũ locũ *M* locii *M*[2] limpidii locii *sic* *P*

5 tolles vero non minus sextario. Haec cura etiam illa animalia sanabit, quae vel stupida vel macra sunt ex coactione longi temporis, quibus nitrum diligenter cribratum in hordeum debes aspergere, quod omnes acerrimos humores et spurcitias corporis purgat. Sed strophosis dabis potionem superius declaratam plurimis diebus. Etiam acopo thermantico renes eorum totumque corpus perunges et diebus aliquot a pluribus facies confricari. Ad ultimum renibus eorum causticum inducis et sic revocas ad laborem.

XLIV. De lumbricis cossis tineis et pediculis.

II 16 Schn. Intolerabilem dolorem intestinis inferunt lumbrici et vermes et tineolae, quas alii pediculos appellant. Nam coagulare et aqualiculum intus erodunt et vulnera faciunt: ex qua necessitate animalia macrescunt et coriaginosa fiunt, et sine febre non sunt et celeriter moriuntur. Huiusmodi passionis signum est, cum invenitur humor in ano fabae coctae similis: est autem sanies ex illis vulneribus, quae
2 bestiolae intrinsecus fecerunt. Ieiuna animalia ex hac necessitate vehementius torquentur, nam cum his deest cibus, magis vitalia consumuntur a vermibus. Hi non sunt inflati et tamen per dolorem se volutant et in spinam

---

3 Chir. c. 224. 6 Chir. c. 222. 11 Chir. c. 224. 12 Chir. c. 225. 20 Chir. c. 226.

---

1 tolle *A* tollis *P* | hac c. etiam sanantur *P* || 2 stipida *A* || 3 cribellatum *A* crebellatum *F* || 4 in hordeo *AFP* | asperrimos *ed. pr.* acres *Chir.* || 5 corporis *om.* *P* | sed si strophis p. dabis *P* || 7 acopotinantico *A* a. etiam term. *P* || 9 induces . . . revoces *ed. pr.*

11 et v.] et *om. ed. pr.* || 12 tineae minimae *PV* t. minutae *M* | nam quagulare et aquaticulum *AF* (et q.) namq. agulare et aliquantulum *P* || 13 ellidunt *P* || 14 coriatiniosa *AF* coria gibbosa *P* || 15 et s.] et *om. A* | erunt *AF ed. pr.* | huius p. *F* || 16 in anum *F* || 17 est namq. *ed. pr.* | cum autem s. exit a v. *P* | et quae b. i. *A* *qui om.* fec. || 18 v. ex hac passione t. *P* || 19 his *om. FP* || 20 haec animalia n. s. inflata *P* || 21 propter d. *P* | spina *F*

se proiciunt et caput sibi intra pedes mittunt et ostendunt doloris sui locum, dentibus ilia sibi quasi scalpunt et rodunt non nunquam lumbos et caudam parietibus fricant. Cum ista signa ostendere coeperint et crebro clamare, hoc est vehementer hinnire, scias eos iam morti
esse vicinos. Quibus adhibetur ista curatio: olei viridis 3
amari sext. II, fasciculum absinthii Pontici concoques; praeterea nasturtii seminis, santonici, coriandri seminis, radicum seminis, sinopidis Ponticae unc. I misces et faeni Graeci selibram: haec infusa et decocta in oleo illo facies permanere, ex quo heminam olei et aquae tepidae heminam dimidiam per cornu dabis, quia virtus medicamentorum et lenitas olei animalia ipsa intus occidit et foras
eicit. Ex qua potione si per multos dies acceperit per- 4
mixto nitro tunso et castoreo, omnes lumbricos et tineolas et vermes excludit a corpore et cum stercore eicit et re-
stituit sanitatem. Alia potio ad lumbricos tineolas et 5
cossos: santonici, absinthii Pontici, pollinem lupini crudi, seminis nasturtii, scobis cornu cervini, seminis radicum unc. III, sinopidis Ponticae pastillos III, pollinis ervi unc. III, vini austeri sext. III, olei Hispani sext. I, opo-

10 Chir. c. 227.

1 in p. *A* | et o. dolorem cum d. *P* ‖ 2 inscalpunt *P* ‖ 3 et r. *om.* *P* | caudas *F* ‖ 4 fricant *AFP* confr. *ed. pr.* | haec s. *FP* | crebre *A* crebro clamore *P* ‖ 5 frequenter *G* vehementer G^2 *cum* *A* | 7 et a. *ed. pr.* | a. P. fasc. haec simul coques *P* | decoques *AF* ‖ 8 semen *P* ‖ 8—10 santonicum coriandi semen sinopidem Ponticum aequis ponderibus unc. I mixti et fenugraeci selib. *P* ‖ 9 enopitiden *margo* al. sinopiden *A* | ponticum an. *AF* | mirtis *ed. pr.* *AF* murti *Gesn.* ‖ 10 facias *P* ‖ 11 ex quo oleo h. *P* | emine s. *AF* (e. dimidium) eminamq. d. *P* ‖ 12 quae v. *ed. pr.* *Chir.* ‖ 13 levitas *F* ‖ 15 tonso *A* | lombricos *P* ‖ 16 vel cossos et v. *P* | excludit *P* discl. *ed. pr.* deducit *A* discutit *Chir.* ‖ 17 vel c. *FP* ‖ 18 santonici *ed. pr.* santonicum *P* | absinthium P. pulverem *A* absinthium P. pollinem *FP* ‖ 19 semen *P* | scrobem *P* | scoben *A* | cervinum *A* | semen radicum[cis] *A* s. radicis *P* ‖ 20 past. IIII *P* | pollis herbi *A* pollinos orobi *P* ‖ 21 sext. IIII *P* | sext. II *PF*

panacis unc. I, seminis coriandri heminam: haec omnia diligenter trita decoques et cotidie ieiunis heminas singulas dabis.

XLV. De clysteriis ad curam lumbricorum et tinearum.

II 17 Schn. Sed quia pestes ipsae saepius ad coagulare se con-
ferunt et potio per os data ad loca, ubi morantur, rarius
pervenit, ideo etiam per anum adhibenda sunt clysteria:
2 aceti acerrimi sext. semis, olei viridis tantundem, opopa-
nacis unc. semis, centaureae unc. III, absinthii Pontici
unc. III, santonici unc. III, farinae lupini crudi unc. III,
farinae orobi unc. III, seminis rafani, seminis coriandri
unc. III, nitri triti unc. III, radicis capparis tunsae unc. III:
haec omnia decoques cum oleo et aceto et per triduum
singulos sextarios bene calentes per anum de clystere in-
3 fundis animali. Memento autem quotiens per os potionem
das, animal contra clivum teneri debere, ut facilius quod
acceperit ad interiora descendat. Quotiens autem clysteri-
zabis, caput animalis in valle statues et clunes ad altiora
convertes, ut quod per clysterem diffundis ad interiora
perveniat. Diutissime autem in talibus locis post potionem
animal retinetur, ut facilius necentur vel eiciantur pestes

---

6 cf. Veg. III 10.

---

2 et *om.* *FP*

4 et t. *om.* *P* ‖ 6 saepius *margo* al. peius *A* quia peius (ad qua) pestis est ipsa ad *F* quia saepius p. i. *M* | ad c. *F* aquagulare *A* ad quogulare *P* ad coagula *ed. pr.* ‖ 7 potio quae *ed. pr.* *AF* ‖ 8 pervenitur *A* ideoque *AM* ‖ 9 sext. unum *A* s. unum semis *ed. pr.* ‖ 10 unc. s. *marg.* al. unam *A* unc. s. *F* unc. IIII *P* unc. I *ed. pr.* | cent. unc. II *ed. pr.* | a. P. unc. IIII *margo* al. III *A* ‖ 12 far. o.] ervi *ed. pr.* herbi *A* ‖ 13 tonsae *A* *om.* *P* ‖ 15 singula s. b. calentia *AF* | a cl. *F* ad clistere *AP* (-em) | infundis *P* diff- *vulg.* ‖ 16 autem *om.* *A* | potiones a. *A* animal potionabis *P* ‖ 17 divum *FP* clutium al. clivum *A* clivum *G* ‖ 20 convertis *A* connectis *P* | defundis *Gesn.* | interna *P* ‖ 22 animalia retinentur *P* animal retineri *F*

internae. Ad cossos specialis potio: herbae chamaeleontis 4
radicem ex aqua ad tertiam decoques et cum opopanacis
duabus unciis misces ac vini hemina et ad cornu per
sinistram narem infundes. Item alia ad lumbricos: seminis 5
coriandri quantum una manus ceperit friges, nasturtii
quoque seminis tantundem diligenter teres, quae utraque
cum aqua tepida per triduum faucibus infundes. [Ad
matricis dolorem medicamen: aloen epaticam, masticen, castoreum, lauri bacas, ammoniacum cum vino et melle
mittis in ollam et bullita atteres dabisque ad bibendum.]

XLVI. De calculosis iumentis.

Si quod iumentum calculosum fuerit, haec signa mon- II 18 Schn.
strabit: torquetur, gemit, extendit se ad conatum mingendi,
stillat veretrum eius guttis et urinam modicam mittit, ex
pleno mingere non potest; quod cotidie patitur. Sed
huiusmodi vitium teneris aetatibus plerumque contingit,
quod sic invenies: digitos ad interiorem partem mittes et 2
a cervice vesicae sub ipso ano ad hypotaurium versus
palpabis digitis et calculum ibi invenies. Quod vitium
difficile curatur. Nam interdum nimio conamine prope
ipsum anum vesica disrumpitur et lotium per anum emittit
et quasi aquam assellatur. Ideoque missis digitis per

1 cf. Pel. c. 502. 4 Pel. c. 504. 12 Chir. c. 228. 21 Chir. c. 229.

1 c. et lumbricos *ed. pr.* | herbae *om. A* || 2 rad. ex a. *om. P* | in oleo et aqua dec. *P* || 3 heminam *vulg.* || 4 diffundis *ed. pr.* infundis *AF* | item alia *om. AF* alia *om. P* | semen *A* || 5 manu *P* | fringis *A* || 7 in f. *P* | infundis *FA* (*ex* -as) || 7 ss. *sola habet ed. pr.* | 8 aloe epaticum || 9 cum *add. Gesn.*

12 monstrabunt *ed. pr.* || 13 torquentur *F* | gemet extendet *ed. pr. AF* || 14 guttas *P Chir.* | et ur. m. *FP* materiam modicum *ed. pr. A* (modicam) | mittit *P Chir.* mingit *vulg.* || 15 et plene *ed. pr. FA* (-e *ex* -um) ex pleno *P* || 16 eiusm. *P* || 17 digitos *AFP Chir.* manum *ed. pr.* | ab interiori parte *AF* ad interiora parte *P* | mittas *A* -is *F* || 18 hippocentaurum *ed. pr. A* (ip-) *F* versus ypocentarum *P* || 22 et quasi aquam asella *F corr. Chir.* et quasi aquam *AP* (*om.* et) et q. aquae adsimulatur *ed. pr.*

foramen quod fecerit longanonis et ipsius vesicae, lithulco calculum eximis et curabis clysteriis colleticis, id est quae glutinent, ut foramina illa sanentur. Potionabis autem illos diuretica potione. Difficilis autem huiusmodi cura est, quia vim patientes ex corruptione vesicae tortione moriuntur.

XLVII. De emphragma.

II 19 Schn. Quodcunque iumentum ex qualibet causa inveneris volutare, statim oleo manum perunges et ipsum anum oleo satiabis; post quod manum in interiorem partem longanonis protendis, et si inveneris ipsum longanonem clibano subtili patere, scias eum strophum pati: et continuo stercora eicies paulatim ad anum; quibus egestis cito noveris
2 animal percurandum. Si vero manu iniecta longanonis praeclusionem inveneris et stercoris modicum, hoc est duas aut tres pilulas, scibala et praefocatum longanonem, qua manus vix introeat, scias eum emphragma pati et periclitari; et ideo curandi sunt renes medicaminibus supra scriptis et clystere utendum, quod indignationem intestini resolvat et curet.

---

8 Chir. c. 230.

---

1 longaoni *P* | ipsi *P* | liculco *F corr. Chir. om. P* reticuleo *margo* tituleo *A* aculeo *ed. pr.* || 2 clisteribus colecticis *P* collecticiis *ed. pr. A* || 4 illos] ea *P* | diuretica *AP* duritica *ed. pr.* || 5 et t. *P*

7 *continuatur cap. in PF, v. l. 14* || 8 quod cum i. *F* | se i. *P sed Chir.* volutantem || 9 *post* volutare *lacuna P* voluntate *margo* volutans volutare statim *MV* | ipsumq. *FP* || 10 sanabis *P* | ponesq. manum *om.* protendis *P* || 12 patere] *cum ed. pr. Chir.* parte et *A* similem *FP* | ipsum *AFP* | et *om. P* || 13 ad|nũ *P* ad anum *M* ad manum *vulg.* | volueris *F* || 14 *novum cap.* de enfragma *PF* || 15 non i. *F* | et st. m. *om. A* || 16 pustulas *margo* al. pillulas *A* | squibala *ed. pr. A (ut gloss. III 606, 4)* sq. scias pr. *F* scias pr. *P* | et *om. A* | quod *A* cum *P* || 17 scies *F* et scias *P* | pendituri *sic P* periclitari *M sed* -ricl- *in ras., a ex* u || 19 s. dictis *P* | cl. interdum *F* || 19 indignum in intestinis *A* || 20 curat *AP*

XLVIII. De ileo.

II 20 Schn.

Si manum inieceris et totum ventrem tympano similem pertractando senseris, scias eum ileum pati et cito periclitari. Et ideo unctionibus calidis fricandus est vehementer et diu. Si ventum coeperit emittere, tunc in illo spes incipit esse vivendi.

IL. De dolore ventris.

II 21 Schn.

Item si manum miseris et inveneris valde patere longanonem et stercora non multa habere nec esse vehementer inflatum, scias ipsum ventrem dolere, id est aqualiculum. Cito requiescere solet, si celeriter supra dictas calidas acceperit potiones diligenterque ex calido unguento fuerit perfricatum. Si moram curationis attuleris, difficile evadet: nam ex hac passione cordapsus fieri consuevit.

L. De dolore coli.

II 22 Schn.

Si manum miseris et similiter longanonem patere sine ulla inflatione repereris et non frequenter volutantem sed proicientem se subinde in dexteram partem et quasi extendentem se interdum ad conamen minctionis et invenies duritiem in intestino ingentem cucurbitae similem: scias animal

---

2 Chir. c. 231. 8 Chir. c. 232. 16 Chir. c. 233.

---

1 yleon *AP* ‖ 3 senseris *om. F* | ipsum *P om. F* | 3 ylion *P* ydylion *F* ilium *A* | et *om. A* ‖ 4 perfr. *P* ‖ 5 et dimissi *A*
8 nec valde *Chir.* | pati *AF ed. pr.* ‖ 10 veterem *P* | aliqualiculum *P* aquaticulum *A* ‖ 11 s. scriptas *P* | et c. *ed. pr. P* ‖ 12 ex c. u. *om. A* ex *om. F* ‖ 13 si autem c. a. *A* | non abstuleris *ed. pr.* | vadit *P* ‖ 14 et h. p. *P* | eorum dapsum *A* cor lapsum *F*
16 manum m. e. s. *om. P* | pati *A ed. pr.* ‖ 17 reperieris *A* reperis *P* | vol. se *ed. pr.* ‖ 18 se *om. ed. pr. P* | subinde ... ext. se *om. A* | dextera parte *P* | extensionem i. *ed. pr.* ‖ 19 conatum *P* | et i. *A om. vulg.* | duritiam *FP* ‖ 20 in *om. F* | intestinis *ed. pr.* | ingentem *om. A* magnam *P*

coli dolore vexari: et quanto durius intestinum inveneris, 2 tanto pluribus diebus dolore cruciatur. Ex qua causa raro periclitantur et dolent biduo vel triduo vel, si nimium, quinque diebus. Sed quanto inveneris molliorem ipsum locum, tanto velocius mitigabitur dolor: nam quaedam stercora in longanone reperies, et erit salubris curatio, si post clysterem vel potionem multum stercoris assellatus fuerit. Quo facto statim intestinum, quod de colo induratum fuerat et tumebat, non apparebit reddita sanitate.

LI. De dolore vesicae.

II 23 Schn. Si currendo fuerit inversa vesica, similis dolor sine inflatione ex cursus iniuria et nimietate frequenter emergit. Huic manum subicies in anum et deprimes usque ad veretrum versus, ubi invenies vesicam eius lotio plenam, quam a dextra et sinistra parte leviter adduces sursum ad anum versus et deprimes cum oleo, et minctionem provocas, tam diu donec urinam faciat: liberabitur periculo, de quo animalia difficile evadunt.

LII. Cossi et lumbrici qua cura tollantur ad manum.

II 24 Schn. Sunt alii qui assidue dolorem ventris patiuntur sine ulla inflatione nec vehementer se volutant et quasi in

---

2 Chir. c. 234. 11 Chir. c. 235. 20 Chir. c. 236.

---

1 nam q. *F V* | invenies *A* || 2 tanto *om. AFP* || 4 eum *AFP* || 5 longo t. *F* | refrigerabitur *P Chir.* || 6 etiam in l. *P* || 7 adsellatus ediderit *ed. pr.* reddiderit *P* reddit invenies *F* invenies *A* || 8 a c. *ed. pr.* | praeduratum *P Chir.*

10 de dolore retentione urinae in vesica *F* || 11 si ⟨vesica *Gesn.*⟩ currendo fuerit inversa similis d. sine i. *vulg.* si curanda fuerint universa simul d. in i. *A* si passio fuerit in vesica et facilis d. sine i. *FP* || 12 ex c.] et urinam de iniuria nimia *P* et urinandum iuria nimia quidem *F* | erumpit *A* irrumpit *G* || 15 ad dexteram et s. partem *F* ad d. partem *A* | leniter *ed. pr.* | adducis *ed. pr.* | aliquid adversus a. *A* || 16 et d. c. o. *P Chir.* et d. *om. ed. pr.* et opprimas c. o. *AF* | tantum donec *A* || 17 l. enim de p. a quo *P*

19 de cosulis et l. *A* de coxis l. *F* | ad m. *om. P*

cursu provocant, aliquando se proiciunt et ilia sibi corro-
dunt, quasi scalpant. In huiusmodi dolore manum mittis
in longanonem et per circuitum in interiore parte plurima
loca diligenter temptabis et invenies vermes collectos
haesisse in singulis locis et intestinum pertundere, ex qua
necessitate nascitur dolor periculosus. Digitis evelle eos, 2
qui quidem vix evelluntur, et ipsa hora tibi in manu
cohaerent, ut difficile eos proicias. Ex qua ratione multa
iumenta caudam frequenter parietibus fricant propter mor-
sus vermium: quos purgare de longanone studiose debebis
et potionem dare per plurimos dies eam, quae ad lum-
bricos facit; ita omnes vermes, quos cossos appellamus et
tineolas, purgabis. Similiter etiam qui lumbricos habent 3
in ventre, sic eos convenit mederi: pice liquida et oleo
calido renes et totam spinam cum dorso perfricare oportet
tam diu, donec calefactionem patiantur ex manibus, et
auriculas eorum et anum ex oleo complebis; ventrem quo-
que et testiculos perunges. Salem tritum et cum melle de- 4
cocto mixtum in anum subicies, animal crebris ambula-
tionibus potionatum exercebis. Si ex hac ratione non
mitigaverit, clysterizabis eum calida et afronitro et sale.
Praeterea super renes et dorsum eius saccellationes cali-
das ex furfure plenas imponis, et tam diu innovabis cale-
factiones, donec ventum reddat. Potionabis cum potio-

8 Chir. c. 237. 14 Chir. c. 238.

1 se corr. *AF* ‖ 2 et qu. *ed. pr.* | scalpant *AFP Chir.* -unt *ed. pr.* | inmittis *ed. pr.* ‖ 3 et *P om. vulg.* | in interiori p. *AP* interiorem partem *F* | per pl. *ed. pr.* ‖ 5 haesisse *A Chir.* exisse *vulg.* | pertondere *A* ‖ 6 et dig. *P* ‖ 7 vix *om. A* | hora *om. ed. pr. AF* ‖ 8 occasione *P* ‖ 9 morsum *ed. pr.* ‖ 11 potionem] post *AF* potes *P* | singulos *P* | ea quae . . . faciunt *AFP* faciat *vulg.* ‖ 13 etiam *om. A* ‖ 14 eis *P* ‖ 15 caledo *A* ‖ 16 calif. *A* | patiantur *om. A* | et m. a. *P* ‖ 17 a. oleo perfricabis *P* ‖ 18 perunges *om. P* | decoctum *om.* et *ed. pr. AF* ‖ 19 potionibus cr. *ed. pr.* pot. *del. A om. GFP* ‖ 21 refrigeraverit *P Chir.* ‖ 22 renes eius s. *P* | eius] et *A om. ed. pr.* | saccellos calidos ex f. plenos *ed. pr.* ‖ 23 et *om. FP Chir.* | calefactionem *ed. pr.* ‖ 24 verum *A* | cum *om. A* autem *FP fort.* eum

nibus supra dictis et clysteribus, ut a discrimine liberetur.

LIII. De syncopatis i. confixis.

II 25 Schn. Si quod iumentum syncopaverit, his agnoscitur signis: pigrius ambulabit, tanquam suffusione constrictum. Inter suffusos autem et syncopatos haec distantia est, quod suffusi, licet a terra tardius elevent pedes, flectentes crura incedere solent, syncopati autem universo corpore constricti et rigidi sunt; etiam cum se proiciunt, non sine gemitu
2 et toto corpore decidunt. Hi vero non sine febre erunt, cibum et potum fastidiunt, magis iacere cupientes; qui cum se levare voluerint, impetu conantur exsurgere, sed propter dolorem omnium membrorum tardius exsurgunt.
3 Quod contingit ex magno labore et cursu nimio vel ex oneribus nimiis, cum plurimus sudor fatigatis nervis membra conquassat, unde syncope id est defectio nascitur. Cuius ista cura est: calida cum flore faeni eum fomentabis a spina armis et renibus tepefactumque diligenter tergendo siccabis, tunc vino et oleo calido totum perunges diutissimeque perfricabis: coopertum deinde locis calidis statues,
4 mollissima quoque substernes ut dormiat. Quod cum per triduum feceris, hac potione refovebis: murrae unc. II, tracanthi unc. IV, croci drachm. IV, meliloti unc. I,

4 Chir. c. 239. 11 Chir. c. 240. 17 Chir. c. 241.

1 s. scriptis *P*
3 et c. *ed. pr.* ‖ 5 suffosionem constrictam *PM corr.* M^2 s. c. patiatur *V* ‖ 6 autem *om.* *P* | ista d. *P* | ut *ed. pr.* ‖ 7 t. a terra levent *ed. pr. Chir.* | tamen fl. *add. Samb.* ‖ 8 sincupatu *A* | corp. un. *A* ‖ 10 deiciunt *A* | hi s. f. non erunt *FP* ‖ 11 c. potumq. *P* | quod c. l. v. *A* ‖ 13 surgunt *P* ‖ 15 on. *Chir.* honibus *P* humoribus *vulg.* | plurimum *A* ‖ 16 conquasset *ed. pr.* | unde sui corporis d. n. *A* u. et sincopis et d. *FP* ‖ 17 curatio *ed. pr.* c. ista *A* haec est c. *P* | aqua c. ipsum cum fl. *FP* ‖ 18 tegendo *A* ṭạṇgẹṇdọ tergendo *G* ‖ 19 desiccabis *P* | et d. *P* ‖ 20 perfricabis *P Chir.* confr- *ed. pr.* fr- *AF* | deinde *om.* *F* | locum calidum *A* ‖ 21 molliaque *ed. pr.*

anagallici libram, turis masculi pondus I: quae omnia cribrata in pulverem rediges, ex quo duo coclearia cum aquae calidae hemina et mellis coclearibus duobus et olei rosei cyathis duobus potionem dabis pluribus diebus, donec sanum fiat. Et vulsis haec potio et tensione laborantibus prodest.

LIV. De his qui sanguinem per nares mittunt.

Saepe ex cursu nimio iumenta sanguis infestat et per nares emanat, qui difficile, ruptis venis labore et calore, substringitur et velocissimam postulat medicinam. Sucum itaque viridis coriandri vel si defuerit, porri sectivi sucum naribus periclitantis infundes; pollinis triticei drachm. I, pollinis turis drachm. I, anagallici unc. I, amyli semunciam, commixta et in tres partes divisa ex vino nigro suffundes naribus sanguinemque praecludes. II 26 Schn.

LV. De infestatione sanguinis.

Animal sanguine laborare haec signa declarant: oculi tumebunt, frigidum erit corpus et cervix, tristitia fasti- II 27 Schn.

1 Chir. c. 242. 8 Chir. c. 243. 17 Chir. c. 244.

1 simphiti p. II *P cf. thes. gloss. s. v.* alica loticia p. I *Chir.* anagallici *vulg.* a. unc. semis *A* | quae *om. P* ‖ 3 m. coclearia duo *A* melle cocleariis d. *P* | et — duobus *om. FAP habet Chir.* ‖ 4 plurimis *ed. pr.* ‖ 5 sanetur *P* | etiam *ed. pr.* evulsis *P* | tentione *A* ‖ 6 pr. haec potio *P*

7 emittunt *P* ‖ 9 veluti r. v. *ed. pr.* | disruptis *P* ‖ 10 stringitur *A* | etiam p. *ed. pr. A* | postulant *A* | quibus sic (ita *F*) subvenias *add. PF* | sucum — infundes *om. P* ‖ 11 Itaq. cor. lib. II *AF* (*om.* itaq.) | vel *om. A* vel si def. *om. F* | sativi *ed. pr.* ‖ 12 in n. *ed. pr.* | p. tr. unc. I *AF* ‖ 13 thuris pulverizati *ed. pr. A* | consolide maioris *P cf. thes. gloss. s. v.* algallici radicem pondo *Chir.* anagallici *vulg.* | amoli *F* canioli *A* ‖ 14 in tres dividis p. omnia commixta *A* | divide *F* | cum v. *P* ex v. *etiam Chir.* ‖ 15 suffundis *AFP* | procludis *A*

17 sanguinem *AF* ‖ 18 ex ceruice fastiumque inungitur *A* | ex cervix *sic F* | tr. et f. adest *P* tr. f. que disiungit *F*

diumque iungetur; difficile cubabit. Hac ratione curandum: a cibo potuque temperabitur somnique indulgebitur copia mollibus stratis, tum de matrice quantum ratio postula-
2 verit sanguis auferatur, nec potionis cura cessabit: [sucum itaque viridis coriandri vel si defuerit, porri sectivi] trixaginis itaque et centaureae violaceae et nitri aequis ponderibus mixtura iungitur. Ex quibus tunsis atque cribratis diurnum cocleare ex hemina aquae tepidae infundatur faucibus. Quae potio humorem et sanguinem imminentesque alios morbos purgat atque sanat.

LVI. Quae diligentia adhibenda est, ut animalia sana perdurent.

II 28 Schn. Obscuras difficilesque curas prima fronte digessimus, consequenter ad cetera pergentes. Sed necessarium credimus ostendere rationes, ex quibus incolumitas iumentorum incorrupta servetur. Melius enim est diligenti studio custodire sanitatem quam aegritudinibus praestare remedia.
2 Diligens itaque dominus stabulum frequenter intrabit et primum dabit operam, ut stratum pontilibus emineat ipsumque sit non ex mollibus lignis, sicut frequenter per imperitiam vel negligentiam evenit, sed roboris vivacis duritia

---

19 Pel. c. 30 p. 41, 4 *ex* Col. VI 30, 2.

---

1 d. que *ed. pr.* | cubabit *P* curabitur *vulg.* se iactabit *Chir.* | sanandum *F* s. est *P* || 2 somnoq. *AP* | copiam *FA* || 3 de cervice *Chir.* || 4 potionibus cura cesset *P* || 4, 5 *ex c. 54 falso repetita* || 5 traxaginis *AFP* || 6 quoque *ed. pr.* i. et *om. P* | violariae *FP* | aequi ponderis *ed. pr.* || 7 mixta i. *F* mixtura inungitur *ed. pr. P* (m. iungatur). impetura ungitur *A* | tonsis *A* || 8 diuturnum *AP* || 9 humores *ed. pr.* | i. et alios m. *P* minuens i. alios m. *Schn. sed cf. Chir.* || 10 p. prohibet et s. *ed. pr.*

13 o. et difficilesque *sic A* || 14 pergemus *P* || 16 nam m. *M* nam m. enim *F* || 17 aegrotantibus *P* || 19 ut cum str. . . ipsum sit *P* || 19 stratus pontilis *ed. pr.* stratum pontiles *AP* stratum ponti hemineat *F* || 21 vivaci *FA*

et soliditate compactum. Nam hoc genus ligni equorum
ungulas ad saxorum instar obdurat. Fossa praeterea, quae 3
lotium recipiat, deductorium debet habere cuniculum, ne
pedes iumentorum redundans urina contingat. Patena
quae appellatur, hoc est alveus ad hordeum ministrandum,
sit munda semper, ne sordes aliquae cibariis admisceantur
et noceant; loculis praeterea vel marmore vel lapide vel 4
ligno factis distinguenda est, ut singula iumenta hordeum
suum ex integro nullo praeripiente consumant. Nam sunt
alia ad edendum avidissima, quae cum celeriter propriam
devoraverunt, partem consortis invadunt. Alia vero naturali fastidio tardius comedunt, et nisi separatim acceperint, vicinis rapientibus macrescunt. Cratis, quae occa 5
vocatur a vulgo, pro equorum statura nec nimis alta sit,
ne cum iniuria guttur extendatur, nec nimis humilis, ne
conterat oculos et caput. Luminis plurimum stabulo in- 6
fundi oportet, ne tenebris assueta, cum producuntur ad
solem, vel caligent vel aciem visus minuant. Aestate in
apertis locis tam noctibus quam diebus iumentis libera
aura praestanda est, hieme vero tepere debent stabula
potius quam calere: nam nimius calor licet custodiat pin- 7
guedinem et reficere videatur, tamen indigestionem facit

1 cf. Veg. II 58. Pel. c. 30, 226.

1 sollempnitate *F* $\overset{summo}{sompno}$ lenitate *margo* al. et soliditate *A* | equorum *om. F* e. ung. *om. P* || 2 tum pr. fossa *FP* || 3 h. vel cursiculum *F* fossae ... canaliculum *Schn.* || 4 urina *om. A* || 5 illa quae ap. patena *P* || 6 aliqua sordes c. admisceatur et noceat *FA* || 7 loculi ... distinguendi s. *ed. pr.* || 9 exigendo *A* | praeeripiente *A* eripiente *F* impediente *P* || 10 alia *P* animalia *ed. pr. A* alia ad e. a. animalia *F* | propria *ed. pr.* || 11 partem, c. partem i. *P* || 12 ea ceperint *A* || 13 v. edentibus *F* parentibus *P* pascentibus, sc *in ras. M* petentibus *V* | cratis *margo* i. rastrellaria *A* | iacca *ed. pr.* cocca *P* gaza *F* zaca *A*, *v. ind.* || 15 nec cum *G* | inedia aguntur extendant *P* | ne o. contingat aut cap. *ed. pr.* || 16 stabulis op. inf. *PF* || 17 assueti *FP* | producitur *F* || 18 imminuant *ed. pr.* || 19 coopertis *A* || 20 pr. est l. aura *A* | hieme vero tempore *A* hiemis vero tempore *P* || 21 potius esse temperata *AF* (*qui tamen* tepere). temperare *P* | nam vel nimis calor *A* | ad custodiendum p. proficere v. *P* || 22 rectificare *F*

et vehementius nocet. Nam praeter haec, quod diversa
genera morborum ex vapore ipso animalibus generantur,
si producuntur ad frigus insolitum, statim aegritudinem
8 ex frigoris novitate percipiunt. Curandum est praecipue,
ut, sive faenum sive paleas vel manipulos viciae pro regio-
num usu vel copia animalibus praebeas, incorrupta ac bene
olentia et munda mittantur. De hordeo quoque non est
sollicitudo dissimilis, ne aut pulverulentum sit aut lapi-
dosum aut mucidum aut vetustate corruptum aut certe
recens de areis sumptum et ipsa novitate praefervidum.
9 Aqua etiam limpida ac frigida et perennis ac profluens
ministranda est, nam quicquid in potu noxium est, veneni
10 virus imitatur. Bis in die multorum manibus animalia
sunt toto corpore confricanda; quae cura et mansuetudinem
docet et laxata cute pinguedinis praestat augmentum.
Hordeum quoque non semel nec bis sed pluribus portio-
nibus praeberi convenit: quidquid enim paulatim accepe-
rint, legitima digestione conficiunt; quod vero semel et
enormiter sumpserint, cum fimo indigestum integrumque
11 transmittunt. Vicinum vero stabulo convenit esse locum
arido stercore vel paleis mollibus adopertum, in quo ante
potum animalia volutentur. Quod exercitium et sanitati
proficit et initium aegritudinis monstrat, nam quotiens ani-

---

13 Pel. c 30 p. 40, 19 ex Col. VI 30, 1.

---

1 et *om.* *A* | nam *FP* nocet naturae *vulg.* | propter quod *ed. pr.* *A* pr. hoc quod *F* praeter haec quod *P* || 3 producantur *P* | aegr. *om.* *P* || 4 est *et* animalibus *om.* *P* || 6 praeberi *A* praebere *F* | non corr. [sed *add.* *F*] omnia bene o. *FP* non c. des sed b. o. *V* || 7 ac m. *A* | et m. m. *om.* *P* | erit *ed. pr.* || 10 aeris *F* de areis recens *P* | praeferendum *ed. pr.* perfervidum *AF* || 11 ac *om.* *P* | etiam per. *ed. pr.* *A* | perhemnis *A* | perfl. *G* *corr.* G^2 | profl. nimis m. *P* || 12 quidquid importunius fluit, virus non admittit *ed. pr.* || 13 virtus *F* *fort.* vires | comitatur *P* || 14 perfr. *P* perconfr. *A* || 15 pinguedini *AF* || 17 conveniet *ed. pr.* | quod e. *A* *corr.* A^2 || 20 transmittant *A* | vicino *F* | vero *om* *P* | stabulum *et* loco *ed. pr.* || 21 p. lenibus op. *P* || 23 aegr. vitium *ed. pr.* *A* (v. ae.) | commonstrat *ed. pr.*

mal aut non solito more se transvolvit aut omnino de-
trectat accumbere, scias illud ex taedio laborare et ideo
separari debere atque curari. Ad quod opus quoque 12
plurimum iuvat, si saepius et cum moderatione animalia
sedeantur: nam imperitia rectoris et incessus eorum debi-
litat et mores, praecipue servorum impatientia, qui absen-
tibus dominis ad cursum equos vehementer stimulant et
non solum flagellis sed etiam calcaribus caedunt, dum aut
inter suos velocitatem cupiunt experiri aut cum alienis
vehementi obstinatione contendunt, nec revocant aliquando
currentes nec temperant. Neque enim de damno domini
cogitant, quod eidem contingere gratulantur. Quam rem 13
diligens paterfamilias summa severitate prohibebit, et
iumenta sua idoneis et moderatis hominibus scientibusque
tractare permittet. Post sudorem quoque si aestus sit, 14
posca os ablui convenit; si hiems, muria. Vinum quoque
et oleum faucibus infundi oportebit ad cornu, aestate fri-
gidum, hieme tepefactum, ita ut meri sextario hieme olei
unciae tres, aestate autem duae tantummodo misceantur.
Nec convenientium potionum debet cura cessare. Nam 15
languor macies et tussis et internorum dolor facile sub-
movetur, si sulfuris vivi semunciam, murrae scrup. IIII

1 cf. Veg. I 1, 1. 15 Pel. c. 30 p. 41, 1. 20 Pel. c. 32.

1 detractat *A* desinit *P* || 2 ex *om. F* | et exinde s. *A* || 3 ad quod *om. FP* || 4 iuvat etiam *A* || 5 serventur *margo* al. equitentur *AF* equitentur *P* | et *om. A* | debilitant *AF* || 6 impotentia *ci. Gesn.* || 8 calcibus *FP* || 10 neq. sevocant *A* || 12 quod enim c. *G* (eidem *A*) quod dum contingit gr. *P* | quam ob r. *A* || 14 et m. *om. A* | que *om. P* || 15 permittit *FP* permittat *A* committet *ed. pr.* | aestas *P* aestus *etiam Pel.* || 16 os lavari c. pusca *P* | mirra *A* mirtam *P* || 17 v. oleumq. f. *AF* v. et o. *P* | cum c. *P* || 18 ut hieme meri sext. *ed. pr.* meri s. hyeme tres unc. olei, aestate *P* hieme remedium sext. et olei *A* medium sext. yeme III al. olei allii unc. aestate *F* || 19 duas *AP* | adm. *A* admixe [sce] *P*^{2} *in lac.* || 20 conv.] ob hec *P* ob hoc competentium *F* || 21 et int. dolor et tussis *P* | interiorum *FA* || 22 vivi *om. A* | unc. *P* | sem. I scrup. 12 *add. ed. pr.* | m. autem *FP*

redactos in pulverem ovoque crudo immixtos cum hemina
16 vini optimi per os frequenter infundis. Est alia sump-
tuosior sed accommodatior potio ad omnes morbos quae
et celeriter reficit et cum intrinsecus purgaverit, curat
omnes morbos: tussim veterem phthisicos vulsos et quae-
17 cunque vexata sunt in opertis: ptisanae sext. I, seminis
lini heminam, faeni Graeci heminam, croci unc. I, acronem
salsum porci pinguis vel longanonem, vel si porcina de-
fuerint caput haedinum depilatum, cum pedibus suis et
cordulis intestinorum mundis, hyssopi fasciculos II, co-
cleas germanas XV, bulbos XV, ficus duplices XX, rutae
fasciculum, bacarum lauri dum virent sextarium, dacty-
los XX, alii capita III, sevi caprini unc. VI, pulei sicci
18 fasciculum: haec omnia purgata leniterque contusa deco-
ques in aqua cisternina, donec acron ille vel caput haedi
liquescat et dissolvatur ab ossibus; propter quod assidue
aquam infundis ne aduratur, sed fervendo pinguis sucus
19 appareat. Post haec diligentissime colabis ad colum, tum
tracanthi unc. I in tres divides partes, ita ut exinde in
unam potionem missurus pridie infundas in calidam ut
inturgescat; tunc addis passi sext. III, tribus diebus sin-

---

2 Pel. c. 508 cf. Veg. III 8. Chir. c. 201.

---

1 ovaq. cruda cum h. *P* | immixto *A* mixto | cum cymino vini *F* || 2 p. os dederis *ed. pr.* | est et a. s. quidem *P* || 3 ad o. m. *om.* *FP* πρὸς πάντα *Hipp.* || 4 et *prius om.* *FP* || 6 in o. locis *FP* || 7 faen. *om.* *P Hipp. Veg. III 8* || 7, 8 acronem — defuerint *om.* *P* || 8 salsum *om.* *F* || 10 corbulis *P* | mundissimis *FA* mundissime depilatum *P* | fasces duas *ed. pr.* || 11 bulbos XV *om.* *P* || 12 cum v. *ed. pr.* viridium *P* || 14 leuiter *P* | tonsa *A* | 15 cisterne *A* | donec caput illud liquescat *P* | acro *A* | vel certe c. *ed. pr.* vel capitellum liqu. *F* || 16 saepe *P* || 17 refundis *ed. pr.* | cumburantur *A* adurantur *P* | pinguedo sua *FA* pinguis sucus *P* pinguescat vel sucus ipse pinguior efficiatur *ed. pr.* ὥςτε μὴ . . λιπαρὸν ποιῆσαι τὸν χυλόν *Hipp.* || 18 cum tr. unc. III divides in p. *P* || 19 ita ut *P* i. quod *vulg.* || 20 m. es *vulg.* es *om.* *P* | infundis i. c. ita ut *A* || 21 turg. *P* | adde *P* | et tribus d. sing. sext. *ed. pr.*

gulis singulos sextarios dabis, ova n. VI, hoc est in die II,
olei rosei ova plena n. VI, butyri unc. III, in die I, alii
Gallici unc. III, amyli unc. III, pulveris quadrigarii selib.,
lomenti fabae selibram. Quae omnia misces et, ut dictum 20
est, aequis ponderibus per triduum divides et ieiunum
animal potionabis et horis aliquot deambulare facies, usque
ad septimam a cibo abstenturus et potu. Animalia vero 21
macie attenuata non absque studio diligenti revocantur
ad corporum firmitatem. Nam oleo veteri vinoque per-
mixtis et tepefactis in sole per totum corpus unguntur
et contra pilum multorum manibus perfricantur, ut nervi
mollescant cutisque laxetur et sudor erumpat. Quo facto
cooperta in pontili tepido collocentur. Et si hiems fuerit, 22
conditum cum semuncia apii seminis triti et olei tribus
unciis calefactum per os ipsius oportet infundi. Si aestas
fuerit, absinthium vel rosatum cum IV scrupulis croci et
duabus unciis olei frigidum per os similiter debet accipere;
quorum si non suppetit copia, vinum simpliciter convenit
praebere cum ceteris. Praeterea eiusmodi species tempore 23
hiemis cum hordei modiis IV misces: fabae sext. VIII,

20 Pel. c. 24.

1 sextarius sing. *A* ‖ 1—4 ova n. VI hoc est in quolibet die duo olei (rosei *om. PM*) ova plena num. VI butiri unc. III pulveris origani unc. III. quae *PMV* | dabis quoli ova n. VI hoc est quolibet in die II, o. ro. ova pl. *F* hoc est *(om. ed. pr.)* in die secundo olei ro. ova pl. *A ed. pr.* ‖ 2 butiro *A* | in die tertio *A ed. pr.* amili unc. III in die I *F* ‖ 3 anag. *ed. pr.* allium gallicum *A* añ gallici allii gallici *F* | p. quadrigani *margo* al. origani *F* ‖ 4 linimentum f. *F* lumenti *A* | et *om. ed. pr.* ‖ 6 potabis *P* ‖ 7 abstenturus *AFP* abstineatur *ed. pr.* | 8 ten. *P* ‖ 9 sanitatem *P* | commixto *F* ‖ 10 tepefacto *sscr.* -is *A* | omne c. *F* ‖ 11 et n. m. et c. *ed. pr.* ‖ 13 coopertus *A* | in p. strato *ed. pr.* in potili loco tepido *F* in loco tep. *P* ‖ 14 condita *ed. pr.* | seminis *om. P* ‖ 15 calefacta *AF* -am *P* -o *ed. pr.* | aestus *AF* ‖ 16 absinthii *AF* absinthiatum *Morgagnius* | rosarum *A* rosacii *F* | III scr. *P* ‖ 18 vini *A* unum *F* ‖ 19 praeberi *ed. pr.* | cum c. *om. F* | huius sp. *P* ‖ 20 miscentur *FP* -eantur *A* | *differunt numeri Pel.* | 20 — p. 86, 2 fabae sext. VIII foenugr. sext. IV *cet. om. A*

tritici sext. IV, ervi sext. I, ciceris sext. VIII, faeni Graeci
sext. IV, et, si meritum equi vel facultas domini suppetit,
24 uvae passae et nuclei sextarios singulos: quae omnia
sollerter commixta cum fuerint, unum modium in aqua
mundissima pridie debes infundere et paululum mane sic-
care, ex quo dabis equo semodium ante prandium et semo-
dium ad vesperum dabis per plurimos dies in loco optimo;
25 viginti uno die ita stabuletur ut intrinsecus bibat. Quod
si ultra modum sagina provenerit, ne pletura noceat,
auferendus est sanguis de matrice. Praeterea graminis
radices, quas aratrum frequenter evellit, studiose collige,
quantas potueris, et lotas minutatim concide hordeoque
26 commisce et cotidie praebere non dubites. Aestate vero,
excepto ervo, species illae, quas diximus, pro aestimatione
mensurae farraginis ad invicem praebeantur, hoc est hordei
viridis plures maioresque fasciculi, tritici et ciceris vel
faeni Graeci minores et pauci. Quae omnia confusa oportet
27 apponi. Praecavendum autem ut in longiore vectatione
vel itineribus iumentis urinae copia non negetur, quae
res non sine periculo plerumque differtur. Pedes quoque
eorum post viam abluendi sunt diligenter, ne quid luti vel

10 Pel. c. 27. 20 Pel. c. 226.

1 horobi *F* herbi *P* *post* faen. *ponit ed. pr.* ‖ 4 sollemniter *P* | adm. *AFP* ‖ 5 paulum *F* ‖ 6 dabis *om. ed. pr. A* | ante — sem. *om. A* ‖ 7 vesperam *ed. pr.* | per p. d. *om. P* ‖ 8 vicesima prima die *AF* | et *A* | al. in stabulo *margo A* ‖ 9 saguis *margo* al. inpinguetur *A* | plenitudo *P* ‖ 10 a m. *ed. pr. A* | graminum *ed. pr.* ‖ 11 evertit *P Pel.* ‖ 12 quantum *A* quantas *FP Pel.* | volueris vel p. *F* et quam p. longas *ed. pr.* | minutatim cotidie cum hordeo miscebis et pr. n. dubitabis *P* ‖ 14 illas *A* ‖ 15 ferragines *ed. pr. A corr. Gesn.* adi. cum farragine *V* a. ferraginae *PM* ‖ 16 fasciculos *vulg. corr. Samb.* | vel c. *ed. pr. P* et eieceris ceteris vel f. *F* ‖ 17 confusa (tun) *A* confusa (sum) *G* commixta *P* contusa *ed. pr.* ‖ 18 procurandum *P* | tamen *ed. pr. AF* ‖ 19 itineris ium. vescere c. *A* | autem in longa via i. ne u. c. denegetur *P* ‖ 20 deff. *A* ‖ 21 eruendi *ed. pr.* eluendi *F Gesn.* | luti vel *om. P*

sordium in articulis basibusque permaneat. Unguento 28
etiam confricandi sunt, quo ungulae nutriantur, ut medi-
caminis beneficio subcrescat quod itineris attriverat iniuria:
alii capita tria, rutae viridis fasciculum, aluminis tunsi 29
et cribrati unc. VI, axungiae veteris pondo II, stercoris
asinini recentis manum plenam, quibus commixtis atque
decoctis domi ut volueris, in itinere uteris ad vesperam.
Praeterea aliud quod ungulas nutrit et firmat: picis li- 30
quidae lib. III, absinthii lib. I, alii capita IX, axungiae
lib. I, olei veteris lib. s., aceti acrioris sext. I, universa
contundes et misces et decoques, et ex eo coronas vel
ungues animalium confricabis. De palato singulis men- 31
sibus minuente luna sanguis detrahetur; quo facto si qua
fuerit capitis passio relevatur et ciborum fastidium tolli-
tur. Oportet autem ferramento lotiosorum animalium
soleas ranulasque purgari, quod evaporat atque refrigerat
et fortiores ungulas reddit. Si animal domi forisve per- 32
frixerit, calidioribus unguentis, quae multa sunt, lumbi
eidem confricentur et cerebrum, potionesque ex pigmentis
et herbis, quarum ferventior est vis, per os continuo

---

1 Pel. c. 231 cf. Veg. II 58, 1.

---

1 sordidum *A* fordium *P* sordium *sed* s *in ras.* *M* | basiq. *ed. pr.* *AF* || 2 perfricandọ[i] quo *F* sunt *om.* *A* | enutriantur *P* nutriuntur *AF* | et m. *ed. pr.* || 3 subcrescant quoṣ[d] *A* | attrivit *F* attinuit *PM* || 4 trita *P* | r. veteris *ed. pr.* *A* | a. scissi *ed. pr.* *AF* tunsi *P Pel. Veg. II 58* || 5 pondera *AP* | stercorum *A* || 6 quibus commixtis in it. veteris ad vesperum *P* || 9 ax. lib. III *P* || 10 ol. vet. *om.* *P ante* abs. *habet* *M* | s.: *margo* al. I *A* | acerrimi *P* | omnia c. *P* || 11 contondes *A* contunde *etc.* *P* || 12 palatis *ed. pr.* || 13 sanguinem detrahes *P* | et si *AP* || 14 est *ed. pr.* *om.* *A* || 15 ferramenta *A* | otiosorum *P* lot. *AF* concisorio *vulg.* | an. *om.* *A* || 16 solo *AF* solea *P* | ranulaq. *F* anulasq. *P* sole amilasq. *M* ramulaq. *A* ramulasq. *ed. pr.* | atq.] ad quod *A* || 17 d. vel foris friguerit *P* d. f. que *vulg.* | friguerit perfrixerit *F* || 19 eiusdem *A* | confricantur *FP* | potionibusq. *ed. pr.* | et p. *ed. pr.* ex pergmentis *A* experimentis *F* || 20 per os] pedes *margo* al. os *A*

oportet infundi, ut perfrictionis incommodum evincatur
atque pellatur. Nam si in visceribus permanserit algoris
33 iniuria, diversos periculososque procreat morbos. Si vero
dierum canicularium tempore aestu animal fatigabitur, vel
aquis frigidis est perfundendum vel in mare flumenve
mittendum, frigidis etiam potionibus recreandum, ut ne-
cessitati laboris aut temporis aptior medicina succurrat.
34 Sed in equis non solum utilitas, verum etiam decoris
ratio servanda est. Nunquam itaque nisi necessitas pas-
sionis exegerit, de articulis resecandi sunt cirri. Naturale
enim ornamentum pedum natura ipsa in illis constituit.
Cervicem etiam ipsam diligens debet ornare tonsura.
Multi enim sicut currulibus, ita et sellaribus iumentis
35 pressius colla radunt. Quae res licet praestare credatur
augmentum, tamen sub honesto sessore deformis est. Alii
ita tondent, ut arcum videantur imitari. Nonnulli Arme-
niorum more cirros aliquos in tonsura ipsa per ordinem
derelinquunt; sed gratiora sunt quae translata de Persis
posterior usus invexit. Nam media iuba ad omnem accu-
rationem ex sinistra parte tonditur, a dextra vero omnino
36 intacta servatur. Et nescio quo pacto plurimum decet,
quia illud, quod naturaliter laudat Vergilius, imitatur:

1 perfricationis *AP* ‖ 3 iniuriam et d. *A* | et d. et p. *FP* | 4 aestatis *A* *om.* *P* ‖ 5 est *om.* *P* | flumenq. *P* flumineq. *A* ‖ 6 m. est *A* | recreatur *F* ‖ 7 necessitate laboribus *G* (-ti -ris *A*) | et t. *AP* et ipīs *F* | altior *A* ‖ 8 aquis *P* | utilitatis *P* ‖ 9 ita *A* ‖ 11 autem *sscr.* enim *G* enim *A* ipsa *add.* *P* ‖ 12 etiam *om.* *FP* | diligens *om.* *A* | diligentes debes *P* ‖ 13 dimilibus *PM* | sicut cruribus iumentis colla pre suis radunt *A* ‖ 14 c. pressius *F* c. studiosius *P* | creditur *ed. pr.* *A* ‖ 15 argumentum *A* | sub h. sexu re *A* | alii — imitari *om.* *A* ‖ 16 tundent *P* | videatur *P* *fort. recte* | Arm. more *om.* *P* ‖ 17 crines *ed. pr.* *A* cirros *FP* ‖ 18 gratiosa *F* ‖ 19 peior u. *A* | introduxit *P* ‖ 19, 20 nam a sinistra parte medietatem cyrrorum tundi iubent sed a d. *P* | occur. *A* ‖ 20 tonditur *F* -etur *vulg.* | omnis *F* ‖ 21 insecta *ed. pr.* intacta *AF* omnes intactos servant *P* | pactu *A* | d^{e}ocet *A* docet *F* deceat *ed. pr.* ‖ 22 laudatur *ed. pr.* imitantur *P* illud plurimum (-a *G*) n. laudatur virga emittatur *A* illud n. laudat Virgilius emittatur *F*

densa iuba et dextro iactata recumbit in armo. Quodsi
bicomis fuerit quod vulgus appellat, mediae cervicis setas
aequaliter oportet attondi, ita ut tam dextri quam sinistri
limitis continuata series iubae relinquatur intacta. Quod 37
nihilominus inventum constat a Parthis, quibus consuetudo
est equorum gressus ad delicias dominorum hac arte
mollire: non enim circulis atque ponderibus praegravant
crura, ut tolutim ambulare condiscant, sed ipsos equos,
quos vulgo trepidarios militari verbo tottonarios vocant,
ita edomant ad levitatem et quaedam blandimenta vecturae, ut
asturconibus similes videantur. In sicco itaque aequalique 38
solo L passus in longum et V in latum plenis cofinis digeritur
per ordines creta, ad similitudinem stadii, quod aulacibus asperatum difficultatem coronam velocitatis optantibus ingerit, in
quo spatio cum equus frequentissime exerceri coeperit, in
illos aulaces necessario et priores ungulas et posteriores impingit, et aliquando vel cadit vel sic offendit, ut cadere
videatur, post quod admonitus iniuria tollit altius crura

1 Verg. georg. III 86.

1 deversa *A* | et *om. P* | iuanuo *A* (in anno *G*) anno et cet. *F* | sibi comis *A* conus fuerat *P* || 2 quod *A* et sic quod *F* et haec *P* ut *ed. pr.* | setas et si ae. *P* || 3 tundi quod tam dextra quam sinistra *P* || 4 continua *A* | intacta *om. P* | c. serie i. reliquantur intactae *ed. pr.* | quo^{d}s *A* || 5 patribus *AF* || 6 de hac a. *A* || 8 cura *F om. ed. pr.* | soluti *ed. pr.* attolantim *A* -atim *F cf. Plin. nat. hist. VIII 166* | ambulare *om. A* | equos *om. F* quos *om. A* || 9 trepidiarios *ed. pr.* | trectonarius *AF* || 10 vecturae *om. A* || 11 atturtionibus *A* atq. turconibus *F* | s. v. *om. F* praestent *A* | itaq. *om. A* igitur *F* || 12 solum *F* | passuum *A* per L passuum in longo *F* | et p. X *AF* | confiniis *A* || 13 aducibus *A* aulicibus *vulg.* | asperius sit tum difficultate *ed. pr.* || 14 velocitatem *AF* || 15 freq. *om. A* ex. fr. *F* || § 37, 38 *sic in PMV*: Parthi cum primo equitant pullos, vadunt cum eis in siccum aequalemq. solum cuius longitudo sit L passuum, latitudo V ubi sit creta ad similitudinem (modum *MV*) stadii (spatii *V*) in quo loco (sive spatio *add. PM*) cum pullus coeperit fr. exerceri || 16 suos *P* | aulices *vulg.* | nec. offendit *ed. pr.* || 17 ita o. *P* || 18 monitus *P* amonitus *A* | in initia *PMV* iniuriam *A*

et inflexione geniculorum atque gambarum molliter vehit.
39 Praeterea minutos gressus imitatur, ut inter aulaces ungulas ponat: nam si extendere voluerit, offendit in cumulum. Minutim autem equus ambulans commodius vehit et pulchrius videtur incedere.

Potiones etiam hiemales aestivasque conscripsimus, quibus aut conservetur sanitas perpetua aut vehemens aegritudo pellatur.

LVII. Potio danda in aestivo tempore.

II 29 Schn. Cum aestus incanduit, haec potio animalibus commoda est, quia humectat et refrigerat: croci unciam infundes in vino veteri, tracanthi unc. III infundes in aqua calida, his adiunges fasciculum porri virginis, item fasciculum apii viridis, herbae portulacae suci heminam, lactis caprini sext. III, ova VII, olei rosei lib., mellis unc. III, passi sext., vini veteris quod sufficiat; ex quibus omnibus diligenter commixtis atque contritis ad cornu per triduum
2 sextarios singulos animalibus dabis. Alia quoque refrigeratoria potio: vini veteris sext., olei lib. semis, ova III, suci coriandri cyathum, suci lactucae cyathum, solerter commisces et in tres divides partes, daturus per triduum

---

10 Pel. c. 374 cf. Chir. c. 971.

---

1 et *om.* *A* | inflect. *codd.* | gen. at (ut *G*) harum *A* || 2 aulices *vulg.* ut i. orilices u. ponatur *A* et crura applicat cum intra u. p. *P* || 3 ostendere (off. *G*) v. ostendet *A* | offenditur in c. *PM* (ů c.) || 4 minutum *A* minutum e. ambulat *P* || 6 potionesq. e. *A* | quibus ut c. *A* || 7 servetur *P* | veniens *FP* | valitudo *AFP*

9 p. aestiva *P* || 10 dum *ed. pr.* | aestas fervescit *P* | utilis *P* || 11 unc. III *P* | infundens *A* || 11 *et* 12 fundis *P* || 13 virginis *AP* *Pel.* viridis *ed. pr.* virgis *F* | item *om.* *A* i. f. *om.* *P* || 14 virginis a. *AP* virgis *F* viridis *ed. pr.* *Pel.* | herbae *om.* *P* | portaclae succum *A* porca clesucum *F* || 15 rosacii *A* | unc. IIII *A* (III *etiam Pel.*) || 16 sufficit *AF* || 18 a. vero *A* || 20 lactucarum cy. *ed. pr.* *AF* succi lactucae *P* | diligenter *P* || 21 admisces *ed. pr.* admisceri *A* | divide *P* | sol partes daturus *margo* solerter admisces cum III divide *F*

iumentis aestuantibus salutare remedium, tamen eo momento quo potionem defusurus es, per singula animalia singulas heminas aquae frigidae et recens sumptae potioni debes adiungere.

LVIII. Potio hiemalis.

Hieme quoque potio ista praebetur: vini veteris II 30 Schn. sext. III, olei selib., piperis unc. I, rutae viridis unc. VI, cerefolii viridis vel seminis ipsius unc. III, tracanthi unc. III, seminis feniculi unc. III, bacarum lauri unc. I, mellis unc. VI, ova quot volueris et passi quantum usus exegerit.

LIX. Potio in autumno et vere praebenda.

Vere vero et autumno haec detur potio: costi semunc., II 31 Schn. casiae fistulae unc., Celticae semunc., petroselini semunc., betonicae semunc., glycyrrhizae semunc., sagapini semunc., spicae Indicae semunc., saxifragae, eupatorii, meliloti, iris Illyricae ana semunc., centaureae, gentianae, aristolochiae longae ana unc. I, amomi, aristolochiae rotundae ana semunc., schoenoanthus semunc., asari aloes ana semunc., murrae unc., opopanacis radicis, draconteae ana semunc., croci

6 Pel. c. 378. 12 Pel. c. 454.

2 quod fussurus es *A* | potionem *om. F* | per s. a. *om. AF* || 3 recenter *et* debebis *A* || 1—4 tamen addendo hora qua datur potio eminam aquae frigidae *P*

6 in h. *A* haec p. *P* || 7 sext. *Pel.* s. III *ed. pr. P* s. VI *A* || 8 cepulle *P* c. v. lib. s. ipsius seminis unc. III *A* | eius *P* | tr. sem. f. unc. III amborum tantundem *A* || 9 mellis unc. II *P* || 10 exigit *P*

11 in *om. P* || 12 vere — potio *om. ed. pr. FA* || 13 vistulae *AF* | unc. s. *P* | celticae — sagapini sem. *om. P* || spicae C. *Pel.* | celt.] seminis petr. *AF* | betonicae — sagapini sem. *om. AF* || 14 samsuci *ante* sp. Ind. *add. P cf. Pel.* || 15 iris Ill. *ante* amomi *ponunt AFP* || 18 squinoanti *AFP* | $\overset{s}{a}$sari *A* asari — opopanacis *ante* castorei *P* | mirrae *A ante* croci *F* || 19 op. radicem unc. s. oppopanacis unc. I *P* | tragonteae *A*

unc. I, tracanthi unc. VI, castorei unc. I, absinthii Pontici fasciculos II: haec omnia in pulverem redacta ad XII animalia per triduum sufficere creduntur, ita ut cum vino optimo digerantur.

LX. Potio omni tempore necessaria.

II 32 Schn. Alia potio, quae omni tempore exhibetur: costi, meliloti, hyssopi, iris Illyricae, aristolochiae, sampsuci, murrae troglitis, asari, draconteae, centaureae, iunci, marrubii, gentianae, spicae Celticae folia: aequis ponderibus misces redactaque in pulverem cernes. Sed si aestivam dare volueris potionem, commisces croci mellis et tracanthi quod sufficit. Si autem potionem facies hiemalem, addis piperis, apii seminis et seminis sinapis. Utroque autem tempore cum boni vini sextario plenum cocleare miscetur faucibusque animalium diffunditur.

LXI. De difficultate urinae.

II 33 Schn. De urinae difficultatibus ordine suo multa dicenda sunt, sed viatorium istud et physicum et semper paratum te scire convenit. Lutum ex cuiuscunque equi lotio factum

---

6 Pel. c. 373. 17 Pel. c. 155 cf. Veg. II 79, 20—23.

---

1 unc. VII *P* || 3 p. trid. *om. A* || 4 misceantur *P*

6 alia — exh. *om. ed. pr. AF* || 7 astrologiae *A* | m. tr. *Pel.* m. tragotidis *FA* (*om.* m.) dragaditis *P* dracontii *ed. pr.* || 8 azari *A* laseris *Pel.* | draganti *ed. pr.* dragontae *A* drac- *P Pel.* | c. iuncide *A corr. Pel. om. P* c. minoris *ed. pr.* || 9 folii *P Pel.* | aequas portiones m. *A* ae. portionibus insimul miscens pulveriza *P* || 10 redactusq. *A* | cernes *om. A* | et si aestate *P* || 11 pot. *om. P* | adde draganti cr. m. quod sufficit *P* com. drag. [*om. GF*] zucari quantum sufficit et m. *AF* || 12 sufficiat *ed. pr.* | si hieme adde *P* || 13 seminis p. *ed. pr.* | sem. apii sem. sin. *P* ap. sem. semen sin. *AF* || 14 t. b. v. sext. miscetur *P* || 15 que *om. A* | an. *om. P*

18 sed in adiutorium *P* | et *alt. om. P* | partum *A* || 19 lotum *P* botum *M* potum *M*[2] | e. lotium *A*

vino permisces colatumque per nares infundes, et confestim provocat urinam. Item alium conteres et in anum inicies, in veretrum etiam quo micturus est inseres: mox egeret lotium. Item: pulverem quoque turis cum ovo 2
vinoque permixtum, addito suco apii et caulium, si in potione dederis, provocabit urinam. Item: betas ac malvas ad tertiam decoques, ex quibus aquam calentem ad medium sextarium cum melle commisces et per os digeres, proderit minctioni. Item: cimicem quoque vivum in aurem eius mitte et alterum supra naturam in ipso foramine quo mingit confrica, facillimum certumque remedium est.

LXII. De stropho.

Itinerum casibus subvenire cupientes de plurimis II 34 Schn.
pauca sed manifesta libamus. Nam animalia sub sessore vel onere dolor ventris frequenter affligit ita, ut volutentur et procumbant. Semen itaque rutae silvestris vel hortensis, si illa defuerit, diligenter tritum cum vino calido per fauces oportet infundi. Praeterea aquam, in qua usque ad tertiam betae decoctae sunt, sucumque earum nitro trito sollerter admisces oleique addes heminam, tepefactaque in intestinum per clysterem diffundes, cum prius pronum animal statueris, ut iniectio ad interiora perveniat.

6 Pel. c. 152, 153. 16 cf. Veg. II 121. 18 cf. Pel. c. 133.

1 miscens naribus eius infunde *P* | collatumq. *A* | et *om.* *P* ‖ 2 in anum] manu *A* naribus *P* ‖ 3 et v. *ed. pr.* et in v. *P* | feretrum qui micturus (mint. *G*) est *A* | etiam — inseres *om.* *ed. pr.* *P* ‖ 4 egerit *ed. pr.* ‖ 4, 6, 9 item *om.* *AP* ‖ 5 si potionem d. *vulg.* *corr.* *Gesn.* ‖ 6 provocabis *A* | bletas *P* ‖ 8 dirigis *A* | per os ad cornu dabis, statim conficit *P* confert *MV* ‖ 10 equi *ed. pr.* | mitte et in foramen virgae, certum r. est *P*

13 pluribus *ed. pr.* ‖ 14 dicamus *P* libabimus *ed. pr.* | sessione *P* ‖ 18 diffundi *A* | item a. *P* | a. in aqua ad tertias bletae *A* | usque *om.* *P* ‖ 19 eorum *A* ‖ 20 sollemniter admiscens adde *P* | tepefactamq. *P* ‖ 21 diffunde *P* *om.* *A* ‖ 22 st. pr. *A* | iniectio *A* iniectum *ed. pr.* quod inicitur *P* | ad intestinum *A* | decurrat *P*

2 Quae si forte defuerint, mel coctum cum tertia parte salis triti cogis in pilulas, ita ut collyria ad ovi magnitudinem facias, similiterque prono animali in intestinum vel quinque vel septem vel novem collyria inicere curabis; post quod resolvitur venter et mitigabitur dolor. Item physicum traditur, os limacis neque manu immunda neque terra neque dente contactum alligare umbilico dolentis, curare continuo.

LXIII. De dorso curando.

II 35 Schn. Plerumque dorsum animalibus aut sagma laedit aut sella, propter sternentis negligentiam vel oneris iniuriam; quod in itineribus interdum necesse est evenire, sed recens tumor hac ratione palpatur: mallonem ceparum vel ipsas cepas in ferventi aqua decoques et calentes, quantum corium valet sustinere, tumori superimpones et fascia ligabis: una nocte omnis aufertur inflatio. Praeterea sal tritum cum aceto miscebis additoque vitello ovi loca quae tumere coeperint perfricabis: recens indignatio astricta siccabitur.

LXIV. De potione probatissima diapente.

II 36 Schn. Cui curae est animalium salus, potionem superius declaratam, quam specierum numerus diapente Graeco vocabulo nuncupavit: gentianae, aristolochiae, murrae, baca-

---

6 cf. Plin. nat. hist. XXIX 113. 10 Pel. c. 168. Veg. II 60. 20 Veg. I 10, 6.

---

1 defuerint *P* ‖ 2 coges *A* reducis *P* ‖ 4 aut n. *ed. pr.* | inserere *ed. pr.* | post solvitur *ed. pr.* post quae et r. *P* ‖ 5 mitigatur *ed. pr.* | item — continuo *om. P* item *om. A* ‖ 6 ossum vel os l. *A* ‖ 7 et curare *A*

10 sagma *F* figma *P* sarcina *vulg.* ‖ 11 sternentis *P* stramenti *vulg.* ‖ 13 palpatur *P Veg. II 60* palpantior *F* compellatur *A* curatur *ed. pr.* ‖ 15 superponis *P* superpone *A* ‖ 17 et loca *A* ‖ 18 destricta *ed. pr.* sicc. ast. *A*

20 cura *A* ‖ 21 diapenton *A* | numero d. Gr. voc. nuncupant *ed. pr.* ‖ 20—22 Potio diapenton nominata superius capitulo curae morbi humidi [*V* M^2, huius *PM*]. praeterea haec est *PMV*

rum lauri, rasurae eboris paria pondera diligenter trita atque permixta domi sive in itineribus prius condita habere oportet in promptu, ut, quotiens maestum aut horridum videris animal aut morbi alicuius labe temptatum, statim plenum cocleare ex pulvere memorato cum sextario vini optimi per fauces diffundas, et per triduum etiam equo in labore constituto digeras, ut adversus virus internum subveniat: probata curatio. Tussienti autem cum passi hemina dabis, et statim sentiet curam.

Si liber, cui iam ponendus est finis, legentium non offendit 2
auditum, sequenti volumine inchoantes a vertice usque ad ungulas, ex universis auctoribus enucleatas animalium publicabimus curas, ut ordo, qui a natura datus est, in medendi dispositione servetur, ne indigesta ac membrorum consequentiae repugnans pagina quaerentem confundat aut tardet.

LIBER II.

PROLOGVS.

Mulomedicinae ars iamdudum vitio cupiditatis et exiguitate mercedis nullo studiosius discente collapsa est. Nuper vero exemplo Hunnorum sive gentium aliarum artis

---

1 eburis *A* || 1—3 ana ad libitum tere et permisce domi vel itinere prius dictam op. hab. *P* || 3 prumptu *A* | vel *A* aut m. aut h. *FP* || 4 animal *om.* *A* *post* quotiens *ponunt* *FP* | labore temporatum *A* || 5 de dicto p. *P* || 6 diffundes *A* | etiam *om.* *P* | equo *om.* *A* || 7 constitutum *A* constituto equo digerat *F* c. e. dabis *P* || 8 approbata *AF* haec c. est pr. *P* || 9 heminam *ed. pr.* | tussienti cum em. passi data statim confert. *P* || 12 diversis *ed. pr.* *A* | enucleatis *AFP* || 13 medenti expositione *PF* || 14 consequenti r. *A* consequenti ac r. *F* || 15 querente (quaerenti *G*) confunda aut t. *A*

Publii Vegetii Renati viri digestorum artis mulomedicinalis liber primus explicit. Incipit prohemium secundi *P*. finis primi huius. incipit liber secundus *AF*

18 artis *P* | non dubium *A* || 19 n. studio finis d. *P* n. studiosus d. *A* || 20 numquid *ed. pr.* *A* | gentilium *A*

ipsius etiam usus intercidit, dum homines, refugientes ex-
pensas, barbarorum consuetudinem imitari velle se simulant
et incurata animalia hibernis pascuis et negligentiae casi-
2 bus dedunt. Quae res nulli compendium, plurimis attulit
damnum. Primo quod barbaricorum animalium alia na-
tura et ad omnem iniuriam durius corpus est. Deinde
quod sic instituuntur a parvulis, ut nec potionem medi-
cinalem requirant et hibernis pascuis vigeant ac sine per-
3 nicie frigora pruinasque sustineant. Nostra vero iumenta
et mollioris generis sunt et tectis frequentioribus assueta
calidisque stabulis imbuta, ubi si indignationem ex aliqua
necessitate contraxerint, continuo in aliquod genus inci-
dunt morbi. Diligens itaque paterfamilias, cum mortibus
animalium suorum et [cum] medicinae expensis atque
mercedibus faciat rationem, intelliget, unius vilissimi ani-
malis pretium ad multorum, quae sine dubio peritura
sunt si curata non fuerint, salutem posse sufficere.

I. De valetudinibus capitis.

In universo animantium genere caput obtinet principatum, quod eminentius ceteris dominatum quendam circa subiecta loca ipsius condicione sortitur. In eo est odor

---

1 intercedit *AP* intercidet *ed. pr. corr. Samb.* | fugientes *P* | 2 consuetudines *P* | imita *PM* -ri *add. M*^{2} || 3 negligentiis caloribus *P* negligentibus calonibus *Samb.* | liberius p. ex negligen-ti$\overset{e}{a}$ c. dederunt *A* || 4 sed pl. *P* || 5 primum *A* | barbarorum *ed. pr.* | aliae n. *ed. pr.* || 8 inquirant *P* | degeant *P* || 9 nivesq. *P* | sustinent *A* || 10 melioris *A* || 11 calidisq. *AF* calidissimis etiam *ed. pr. P* (c. et) | ubi si *AF* in quibus cum *P* cum *ed. pr.* || 12 sustinuerint *FP* | continuo *om. P* | c. materiali quod g. incurrunt morbi sive incidunt *A* || 13 igitur *AP* | si cum *Gesn.* || 14 cum *delevi* || 15 oxcedibus *A* exc. *G* | intelligit *A* intelligens *P* | iumenti *ed. pr.* || 17 per. essent *P* | s. non p. s. *A* | *sequuntur capitula libri II in P, libri II 1—65 in A, libri II 1—64 in F*

18 valitudine *P* || 19 in *om. A* | animalium *P* || 20 *sic P.* circa loci i. conditionem *ed. pr. AF*

et gustus, auditus et visus: quod quantum habet potestatis, tantum sustinet ex languore discriminis. Causas 2
itaque, ex quibus aegritudines generentur, et signa, per quae qualitas earundem possit agnosci, curas etiam, quarum medela sanitas revocetur, per ordinem indicare temptabimus. Plerumque autem in corporibus iumentorum indi- 3
gestionis vitio sanguis corrumpitur. Quod evenit, cum ex aestu vel frigore debilitata sunt membra et noxii sanguinis virus in caput se rapit: tunc enim repletis venis cerebri membrana distenditur et somni salubritatem frequenter excludit. Ex quo necessario dolor capitis, maestitia et imbecillitas subsequitur. Quae valetudo et prima videtur et levior, si velox medicina subvenerit.

II. De apioso.

Ceterum cum noxius sanguis membranam cerebri ex III 2 Schn.
una parte pertuderit et eandem dolore nimio coeperit praegravare, efficitur animal apiosum: cuius et mens hebetatur et visus. Nam cerebri incolumitas et oculos pascit et sensus. In qua passione quia una pars capitis praegravatur, tanquam ad molam vadit in gyrum.

6 Chir. c. 256. 15 Chir. c. 257.

1 et *om. ed. pr.* | ac v. *ed. pr.* | potestatem *P* || 2 labore *ed. pr.* || 3 generantur *P* || 4 eorundem *ed. pr. P* || 5 iudicare *P* || 6 plurimum *A* || 7 vitiis *A* | sanguinis plenitudo *P Chir.* | ex *om. P* || 8 *sic P.* et in capite frixus sanguis vertitur in virus *ed. pr.* sanguis (7) convertitur in virus *A cet. om.* || 9 enim *om. P* || 10 membrani distenduntur *P* | salubritas fr. excluditur *P* || 12 subit *ed. pr.*

15 ex u. p. *ed. pr.* ex unam partem pertonderit *A* || 16 eadem *P* || 17 et *om. A* | evitatur *P* || 18 et visu *P* || 19 quịạ *A* || 20 vadit in gyrum *ed. pr.:* ita aqui (ẹqui *G*, a *suprascr.*) mulo addit nigrum *A* uti equi mulo [equum aut mulum *V*] rapit in girum *P M V*

III. De frenetico.

III 3 Schn. Cum vero medium cerebrum corrupti sanguinis virus infecerit, animal freneticum redditur, ut repente saliat et velut effugere velit, parietibus quoque tanquam irregibilis impingat nec possit ratione aliqua contineri.

IV. De cardiacis.

III 4 Schn. [Cardiacus is est cui cor dolet.] Cardiacus autem fit, quotiens sanguinis illa corruptio stomachi et thoracis impleverit venas cerebrumque percusserit, cor etiam pestiferi humoris labe constrinxerit. Quae valetudo mentis alienatione et corporis sudore monstratur, ex qua difficillime liberantur.

V. De rabioso.

III 5 Schn. Quodsi apiosum similis passio thoracis invenerit, facit continuo rabiosum. Ex ardore enim nimio iecinoris et sanguinis venae cordis nervique praefocantur, ex qua constrictione fit dolor ipsius loci usque adeo, ut mordendo
2 se comedat. Ex quibus valetudinibus si animal fuerit liberatum et post curationem aliqua pars cerebri fuerit imminuta vel tumor subcreverit, ineptum iumentum pigrumque redditur; et in illa parte capitis, ubi vitium

---

2 Chir. c. 258. 7 Chir. c. 259. 14 Chir. c. 260. 21 Chir. c. 261.

---

2 sanguis *P* | virtus *A* ‖ 3 infestaverit *P* | ut (et *P*) velit e. *AP*. *quae sequuntur, ad finem cap. sequentis ponunt AFP; cf. tamen Chir.* ‖ 4 quoque *om. ed. pr.* ‖ 5 impingunt nec possunt *A* | rationabiliter *A* | aliqua *om. F*

6 cardiaca *P* ‖ 7 *om. codd., habet ed. pr.* | cardiaca *P* ‖ 8 et th. *P Chir.* vel *vulg.* ‖ 9 que *om. P* | concluderit (s *supra* d) *A* conclusi dederit *G* concusserit *P* ‖ 10 perstr. *P* | inducit m. alienationem *ed. pr.* ‖ 11 quo *ed. pr.* ‖ 12 liberatur *ed. pr.*

14 rabiosum *A* | simul *ed. pr.* | facit *om. A* c. r. efficitur *P* ‖ 15 iecoris *P* iocineris *A* ‖ 18 si *et* fuerit *om. A* ‖ 20 minuta *A* | inceptus *A* ‖ 21 que *om. A* | reddetur *P* | pars *P*

remanserit, difficile se gyrabit et ex eo latere se parieti-
bus iungit: et tarde incedens, non sentiens plagam, am- 3
bulaturae gratiam perdit et erit submisso capite, et cum
stare coeperit, cum tarditate se movet, minus etiam vide-
bit, nec cibum nec potum recusat. Quem si curare vo-
lueris, cyclo curabis. In omnibus supra scriptis valetu-
dinibus prius de temporibus minuendus est sanguis, sed
et de matrice aliquando tollendus. Cura autem paene
omnium similis est, cuius ordinem sequentia declarabunt.

VI. Qua observatione curentur cyclo animalia.

Memineris autem omnes valetudines capitis, praecipue III 6 Schn.
veteres periculosas, cyclo oportere curari. Cui haec ob-
servantia et ordo est adhibendus: triduo ab hordeo ab-
stinebitur animal, temperabitur etiam mollibus cibis; post
diem tertiam de dextra ac sinistra, prout aetas aut vires
vel valitudo permiserint, de matrice sanguis auferetur.
Quo facto, per triduum viridi cauliculorum ac lactu- 2
carum sustentabitur cibo et post uno die a cibo eum
abstinebis et aqua, nono autem die offas caulium cum
liquamine et oleo optimo temperatas non minus XX dige-
ras, cui nihilominus lactucam dabis in cibo ter in die;
post potionem bibere semper incipiat. Si vero venter 3

4 Chir. c. 262. 11 Chir. c. 249. 18 Chir. c. 250.

1 remansit *ed. pr.* *P* | girat *P* segitabit *A* | ipso *A* illo *P* || 2 et *om.* *P* | sentiet *P* | ambulaturam gr. *A* et ambulans graviter pergit *P* || 3 et *prius om.* *AP* || 4 minus] *lacuna in* *P* || 6 ex c. vel helleboro c. *P* | autem s. s. aegritudinibus *P* || 7 primum *ed. pr.* || 9 eadem est *P*

10 a c. *P* || 12 periculoso cibo *A* | cuius *A* || 13 abstinebit *P* || 15 de *om.* *P* | aut *om.* *AP* || 16 auferatur *P* || 17 iure caul. *om.* cibo *AP sed cf. Chir.* || 18 et post *P* primo u. d. *ed. pr.* ac a cibo post diem unam *A* || 19 sustinebis *ed. pr.* abstinebis *A Chir.* a c. et aqua abstineat *P* | nono *AFP Chir.* novo *ed. pr.* | iam d. offeras *A* || 20 optimo *om.* *A* | temperas *P* | digeres *P* || 21 ter in die *ed. pr.* per triduo *Chir.* ita ut secunda die *AP* || 22 b. s. incipere *A*

vehementer solvi coeperit, caulium offas dare desistes et
dabis paleas et furfures, ita ut sequenti die penitus nihil
manducet, sed solam aquam percipiat ad bibendum, ac
postero die inducatur in cellam balnei calidam et sudet.
4 Opus est autem diligentia, ut educatur celerius de calore,
ne intercluso spiritu pereat: tunc extergetur diligenter,
vinoque et oleo largiter perfricatus accipiet cum nitri
pulvere folia rafani conspersa, quantum commodum est.
5 Postmodum cum radicibus cucumeris asinini viridis minu-
tatim concisis oleum optimum misces et in vase novo ita
decoques ut tertiam perdat: ex quo singulas heminas per
capita animalium per triduum dabis, ut potio ventrem
6 resolvat. Sed si ultra modum coeperit fluere, lenticulam
et hordeum pari mensura friges et de his singulas bili-
7 bres dies singulos cum furfure et paleis dabis. Quinque
itaque diebus operam refectioni eius impendes et leviter
exercebis, ut intelligas quantum vires corporis sanitasque
profecerit. Post haec eum pro arbitrio despumabis. Se-
quenti die caput eius purgabis ex oriza vel radice Dia-
naria, quam Artemisiam dicimus: si haec non fuerint, ex
8 liquamine optimo cum oleo mixto. Cuius caput pedesque
conectis; cum bene purgatum agnoveris, solvito. Butyrum
ex oleo roseo solutum infundes in nares, ut illo purga-

5 Chir. c. 251. 15 Chir. c. 252.

1 vehementius *P* | solvere *A* | inceperit *vulg.* | offeres d. desistis *A* | et *P* sed *vulg.* || 2 palias *A* | aut f. *P* | sequente *ed. pr.* | die *om.* *A* || 3 percipiet *P* || 4 postremo *P* || 5 est autem necessaria d. *P* | reducatur celeriter *ed. pr.* || 6 tergatur *P* || 7—11 *sic in P:* acc. hanc potionem pulveris nitri folia rafani radices cucumeris silvestris tere et adde oleum concoque in vase novo ad tertiam. — c. silvaticae *etiam Chir.* || 10 et *et* ita *om.* *A* || 13 fl. c. *ed. pr.* || 14 ut h. pariter frices *P* | et his singulos b. *AP* || 16 refectionis *ed. pr.* *A* | impendis *A* || 17 et *G* ut G^{2} *cum A* | in quantum *AM* || 18 ipsum *P* | dispumabis *P* | sequente *ed. pr.* || 19 ei PA^{2} | exorica *ed. pr.* *A* ex oriza *P Chir.* | ex r. *P* | Dianarie *P* lanaria *Chir.* || 20 Artemiam *PA* || 22 solvito *om.* *P* || butyro et oleo r. simul mixtis *P* butiro r. et oleo permixtum *A* || 23 ut illa *P* ac illa *A*

tionis mitigetur asperitas, ita ut singulae cotylae singulis
naribus infundantur. Si supra dictae potiones non solve- 9
rint ventrem, mellis hellebori albi pondus unius denarii
cum hemina dulcis vini bene tritum in potione recipiat,
vel certe scammoniae pondus duorum denariorum dili-
genter tritae cum dulcis vini hemina simili ratione diffundes
in fauces. Quodsi venter ultra modum dissolutus discrimen 10
importat, anagallicum cum suco ptisanae ad restrictionem
ipsius dabis, lenticulamque et hordeum frixum singulas
bilibres in die cum paleis et furfure praebebis in cibo.
Ad ultimum partes quae in causa sunt, sinapizabis dili- 11
genter, sinapizatum cautere ferreo vel quod utilius cre-
ditur cuprino combures, usta curaturus ex more. Potionem
quoque ex antidoto polychresto per dies plurimos dabis,
et exercebis leviter et ad cibaria ipsius aliquid per partes
semper adiunges, donec ad pristinam consuetudinem revo-
cetur. Insanabiles valetudines cyclo affirmantur posse cu- 12
rari, i. insani, carobarici, caduci cyclo curati uruntur in
capite: morbidi vero dysenterici, coriaginosi, orthopnoici,
strophosi cyclo curati urentur in renibus.

VII. De cerebro commoto.

Cerebrum plerumque diversis passionibus commovetur, III 7 Schn.
quod his deprehenditur signis: ambulabit pravus et fre-

2 Chir. c. 253. 9 Chir. c. 254. 17 Chir. c. 255.
22 Chir. c. 263 cf. Pel. c. 50.

2 *§§ 9—12 om. P* | s. scriptae *A* ‖ 3 mellis *om. Chir.* ‖ 4 selibra d. v. *A* ‖ 5 scamone *om.* pondus *A* ‖ 7 solutos *A* ‖ 8 agalicum succum *A* anag. succo *ed. pr.* alg. *Chir.* | cum *addidi* ‖ 10 in die *A om. ed. pr.* ‖ 11 sinapem dabis *A* ‖ 12 sinape uita cautere *A* sinape vita centhauree *margo* cauthere *G* si non valeret G^2 ‖ 13 cumbures *A* | p. eidem quoque *A* ‖ 14 anticotho policristo *A* polygresto *ed. pr.* ‖ 15 et *prius om. A* | p. p. aliquid s. adiungis *A* ‖ 17 cibo firm. *A* ‖ 18 c. insania i. insani *A* | corroborari *ed. pr. om. A corr. ex Chir.* | cibo *A* | utantur *A* ‖ 19 sinterici *A* | hortonici *A* ‖ 20 cibo *A*
22 molestatur *P* ‖ 23 ambulat improbus *P*

quenter offendet et toto se corpore commovet. Cuius ista curatio est: bacas lauri n. XX, nitri selib., rutae manipulum: quae omnia diligenter trita, cum aceto non acri et oleo optimo rosaceo commixta hieme calefacies perunctoque oleo capite eius et cerebro vel auriculis cerebellare
2 de lanata pelle convolvis. Quae si forte defuerint, farinam hordeaceam resinamque miscebis, ex quo cataplasma confectum cerebro oportet imponi. Praeterea ceram oleo cyprino coniungis et linteolo inter auriculas ad ceroti in-
3 star imponis. Sed et reliquum corpus potionibus refovendum est: tres fluviatiles cancros conteres diligenter et cum duabus unciis suci caulium, addito lactis sextario, olei duobus cyathis, permiscebis et colatum per os diffundes ad cornu. Quorum si inopia est, mellis cyathos II, aquae calidae sext. I, croci cyathum I, adipis lib. I coquito, ex quibus pastillos facies et in aqua frigida dilues et dabis in potum. Praeterea si hieme curabis, farinam triticeam, si aestate, hordeaceam aquae frigidae adinvicem amyli permixtam in potione praebebis.

VIII. De capitis dolore.

III 8 Schn. De capitis dolore multi auctores multa dixerunt. Cuius haec sunt signa: tumor circa oculos apparebit, pabulum recusabit, lingua eius et palatum labiaque turgebunt;

6 Chir. c. 264 cf. Pel. c. 51. 14 Chir. c. 265 cf. Pel. c. 51, 53. 21 Chir. c. 268 (Farnax) 266 (Absyrtus).

1 ista *om. A* ‖ 2 lib. *Pel.* ‖ 3 acro *ed. pr. AP* cum a. acro *Chir.* ‖ 4 roseo *P Chir.* laurino *Pel.* ‖ 5 cerebellum *vulg.* ‖ 6 lavata *ed. pr.* ‖ 8 confestim *P* | poni *A* | praeterea *usq. ad finem cap. om. P* ‖ 9 ceronum *A* ‖ 10 reliqua *A* ‖ 12. 13 duabus — olei *om. A* iure caulium *margo* G^{2} ‖ 13 diffundis *A* ‖ 15 croci c. I ad. lib. I *A Chir.* cr. scrip. apii seminis scrip. II *Pel. om. ed. pr.* ‖ 17 curaveris *ed. pr.* ‖ 18 adinv. *om. A* | amulis permixtum *A* ‖ 19 dabis *A*

21 m. veteres m. d. *P* ‖ 23 turgebunt *P* tingebunt *A* tumebunt *ed. pr.*

quanto vehementius increverit morbus, tanto exoritur am-
plius tumor: ambulantes toto corpore vacillant umbramque
suam velut odorantes expavescunt. Cuius passionis ex 2
corruptione sanguinis nascitur causa, cum indigestione
ciborum naturali meatu intercluso vel certe derelicto in
eas venas, quae circa tempora sunt, defluit membranam-
que cerebri vitiat. Cui sanguinem de temporibus oportet
minui et continuo oleo acetoque permixto caput largiter
perungi. Quodsi hiems fuerit, hordeum pridie infundes 3
in aquam et decoques calidumque in saccellos immittes
iumentorumque caput fomentando diutius vaporabis. Alii 4
auctores tolli de palato sanguinem iubent. Tunc cimoliam
cretam ex aceto infusam et merdam bubulam recentem
cum nitro trito miscent et in caccabo super carbones deco-
quunt, calidumque cerebro languentis imponunt aceto
rigantes ne creta astringatur in pilis, cum prius calida
fomentaverint caput. Dolorem capitis prope ad insaniam 5
ista signa demonstrant: quotiens grave est, in praesepio
se deponit, lacrimae frequenter oriuntur, auriculae stabunt,
oculi graviores erunt, anhelitus creber, horridus pilus, tre-
mores frequentes, tristis aspectus. Quem in primis ab

---

4 Chir. c. 267. 11 Chir. c. 268 (Farnax). 17 Chir. c. 269 (Sotion), 274 (Polycletus).

---

1 tanto crescit amplior t. et *P* || 2 umbramq. — expavescunt *om. P* || 4 indigestio *ed. pr. A* || 6 defluit — vitiat *om. P* transire non possit *V* | membrana cerebriq. vitio *A* || 7 Cuius haec est cura *add. P* | Primo s. *P* | sanguis *A* || 8 permixtis *P* || 9 perungere *A* | prius *A* | infundis et decoques in a. *AP* || 10 calidam quod *P* calidamq. *ed. pr. A* || 11 iumentiq. *P* | fomentando *A* fum- *ed. pr. om. P cf. Chir. p. 79, 28* | durius v. *A* | alii veteres t. *P* || 12 cimolea *A* || 13 fimum b. *A* | et cum creta chimolea ex a. infusa et stercus b. r. *P* || 14 cominum tr. *Chir.* | supra *AM* | decoquent *A* || 15 que *om. A* | impositum a. rigant *P* || 16 adstrin in pilis *P* astrĩ in p. *M* | ad pilos usque *ed. pr.* in capite *Chir.* || diligenter f. *P* || 17 fomentaverit *AP* -runt *ed. pr.* | ac prope insaniam et ista *P* ea pr. infamiam et i. *A* || 18 et in pr. *ed. pr. P* | in praesepium saepe deponitur *P* || 20 anhelitus — aspectus *om. P* | aridus *ed. pr. cf. Chir. p. 81, 22* || 21 frequenter *A*

aqua abstinebis, ne nimium bibat; de utraque parte colli sanguinem detrahes; caput sicut scriptum est curabis.

IX. De distentionibus.

III 9 Schn. Distentionis quoque valetudo ad capitis praecipue cau-
sam refertur. Cuius haec erunt signa: impediente cali-
gine obscurabitur visus, tremor et sudor totius corporis
2 insequitur. Quod vitium contingit ex aqua, si sudans
iumentum biberit, vel ex indigestione cibi, si non dormiat
vel substrictus manserit; huic capitis membrana disten-
3 ditur. Quae passio ceterarum valetudinum et fons pro-
batur et mater: nisi enim inter initia curaveris caput, ut
animal dormiat competenter, fiunt apiosi, insani, rabiosi,
frenetici, cardiaci. Igitur cum animal distentionis aegri-
tudo comprehenderit, de cervice eidem sanguinem tolle
4 pro magnitudine corporis et aetatis. Et si aestas erit,
oleo et aceto caput totumque corpus perunges et diutis-
sime confricabis, loco refrigerato et opaco inclusum conti-
nebis, substernes etiam stercora sicca vel paleas, ut pro-
vocet ipsa mollities ad cubandum; locum calidum declinabis,
nam impedit somnum. Furfure et paleis vel foliis lactu-
5 carum reficies, praeterea potum praebebis exiguum. Cum
convalescere coeperit, modicis ambulationibus exercebis; ubi
idoneum visum fuerit ad cibaria largiora, infuso hordeo
ad pristinam consuetudinem paulatim per incrementa revo-
cabitur. Si die septimo non profecerit, sanguinem iterum
de temporibus emittes et caput sine intermissione curabis.

4 Chir. c. 275 (Farnax). 11 Chir. c. 276. 19 Chir. c. 277.

3 de distinctione capitis *P* ‖ 4 distinctionis *P* distensio *Chir.* ‖ 7 hoc v. *AP* | sudat i. et b. *P* ‖ 8 si non — 12 competenter *om. P* ‖ 9 vel si s. *A* | distenduntur *A Chir.* (tend-). ‖ 14 apprehenderit *P* | tollis *P* ‖ *§§ 4 et 5 om. P* ‖ 18 substernis *A* substernens *sscr.* -nis *G* ‖ 20 cum impendet sompnum *A* | vel p. *ed. pr.* ‖ 22 valescere *A* ‖ 23 idoneus visus *A Chir.* | infusum hordeum *vulg. corr. Gesn. Chir.* ‖ 26 emittit *A*

Potionem dabis qua sanantur apiosi: nasturtii seminis, 6
apii seminis, seminis lactucae, ali Gallici, petroselini, aneti, papaveris silvatici seminis unc. I, piperis scrup. III, croci drachmam unam: quae omnia bene cribrata atque commixta ex aqua temperabis et trochiscos facies ut habeant
non minus quam singulas drachmas. In die unum tro- 7
chiscum in aqua dissolutum per os digeres, quod cotidie oportet fieri donec sanitas redeat. Si non appetit cibum, singulos trochiscos solutos cum suco ptisanae cotidie praebebis. Vinum nunquam dabis; capitis enim valetudo sumpto mero deterior efficitur.

X. De apioso.

Si quod iumentum apiosum fuerit, in praesepio in- III 10 Schn.
cumbit, oculos tensos habebit, micabit auriculis, visus caliginem patietur et gyrat in circulo tanquam ad molas.

XI. De rabioso.

Quodsi etiam fuerit conversus in rabiem, sic in- III 11 Schn.
telliges: subito hinniet tanquam sanus, parem suum appetit morsu vel hominem, praesepia aut ilia sibi mordicans rodit: quem sicut apiosum curabis. Prorsus abstinebis ab hordeo, mollibus cibariis sustentabis. Praecipue tamen

1 Chir. c. 278 cf. Pel. c. 405, 406. 13 Chir. c. 279. 17 Chir. c. 280 cf. 301.

1 postea dabis ea qua sanantur *A* | ap. quae est *add. P* || 2 s. lactucae *om. Chir.* | ali Gallici *A* allogalica *margo G* anag. *ed. pr.* arg. *Chir.* consolidae maioris *P cf. p. 79, 13* | petroselini *om. P* || 3 silvestris *P Chir.* | piperis unc. I *P* | croci *om. P* || 4 omnia ista *P* | b. trita *P* || 5 et *P om. vulg.* || 6 tragmas *A* s. d. in die *P qui reliqua huius capitis om.* in dieta *ed. pr. A* || 10 dabis] dede *A* dedeīs *G* | valitudinis *A* || 11 in deteteriora *(sic)* vertuntur *A cf. Chir.*

13 praesepium *P* || 15 et *om. P*

16 *cap. X et XI coniunguntur in P* || 17 si int. *P* | intelligas *A* || 18 s. inveniet *P* || 19 aut h. in praesepio *P* || 20 si ap. *P* | abstinebit *P* || 21 et m. *P* | fomentabis *P*

2 apium viride quantum voluerit praebebis. Sanguinem
de temporibus aut de cervice emittes, loco tenebroso sta-
tues, caput eidem huiusmodi acopi confectione curabis:
opopanacis lib. I, resinae terebintinae unc. II, galbani
unc. I, resinae frixae unc. III, masticis tritae unc. II, olei
veteris lib. I: ex hoc ei cerebrum et auriculas confricabis;
oleum tamen solum ac liquidum in aures eius suffundes.
3 Cuius tamen, priusquam acopo utaris, saccellationibus
caput cerebrumque vaporare te convenit et caput appo-
sito cerebellari communire. Potiones quoque ex trochisco
superius memorato cotidie praebebis; collyrio acri inungis
4 assidue, ut caligo ex oculis possit auferri. Quae cura si
non profecerit, caput et tempora sub ipso protocomio se-
misse inuris cauterio, quod et super venas temporales
facies. Plerique tamen, facies ne deforment iumentum,
solo tabulare palati usto sani fieri possunt. Fervor enim
foci debilitatem capitis tollit et membranam menti pri-
stinae sanitatique restituit.

XII. De insania.

III 12 Schn. Alii auctores insanientis iumenti ardentes et sanguineos oculos et humore suffusos, stantes auriculas dicunt vel

6 Chir. c. 281. 16 Chir. c. 282. 20 Chir. c. 284, 290, 292 (Sotion), 288 (Polycletus) cf. II 107 Pel. c. 404.

2 vel de cervice educes in l. *P* ‖ 3 apii c. *P* ‖ 4 r., terb. ana unc. II *vulg.* ‖ 5 resina fricta *A* picis liquidae *P* | tritae *om. P* ‖ 6 et inter a. *PA* et a. *ed. pr. cf. II 97, 2* | perfricabis *P* ‖ 7 aurem *A* | ipsius *AP* ‖ 8 *§§ 3 et 4 om. P* | copo *A* ‖ 9 evaporare *A* ‖ 10 cerebello c. *ed. pr.* celare minuere *A* | p. que *A* ‖ 11 declarato *A* | collo acri *margo* al. colirii forti *A* | inunges *A* ‖ 14 inure *A* | venas *om. A* ‖ 15 deformetur *A om.* facies | *fort.* iumentorum ‖ 16 palati *om. A* | usto *A Chir. ed. pr. in marg.* confecto *ed. pr.* confixo *Gesn.* | possent *ed. pr.* ‖ 17 tollit *om. A* | membrana *A* | mentis *A* menti *ed. pr.* | m. mentis pr. sanitati r. *Gesn. sed cf. Chir.*

20 sanguinolentos o. et tumore *P* ‖ 21 et st. *P* vel stantes dicunt, aur. m. *Schn., cf. Chir. p. 85, 5 et 25*

micantes, ut ad instar indomitorum nec capi possit et
captum parietibus se illidens conetur effugere; terram
pedibus fodiet et multum flegmatis ex ore profundet.
Quod hac ratione curatur, ut auferatur ei sanguis de iu- 2
gularibus venis, de palato et post de cruribus. A cibo
eadem die abstineatur et potu, alia autem die aquam
frigidam dabis ei bibere. Auferantur stercora quae in 3
ano eius sunt, per quatriduum continuato clystere cura-
bitur venter, perungetur cerebrum, secreto collocabitur loco,
accipiet ad substantiam porros et herbam et mollissimum
faenum. His potionibus percurandum: pulveris turis 4
drach. I, aceti albi sext. I, radicis panacis unc. I, herbae
saxifragae unc. III, ex aqua mulsa per os dabis. Lactis
caprini sext. I defundis in fauces. Quodsi defuerit, cy-
minum rusticum pondo duo in pulverem rediges additoque
olei optimi uno obolo ex aqua mulsa diffundis ad cornu.
Sed ceteris potio haec aptior creditur: apii unc. I, hyoscyami 5
unc. I, anisi unc. I, seminis apii unc. I, seminis lactucae
unc. II, papaveris silvestris unc. I, quae omnia in pulverem
redacta commisces et unum coclearium magnum ex aqua
dabis, vel si cibum non accipit, ex suco ptisanae; obscuro 6

4 Chir. c. 291 cf. 293. 11 Chir. c. 291 et 289. 17 Chir. c. 286. 20 Chir. c. 287.

1 indomiti *A* | possint *A* possunt *G* c. non possint *P* || 2 caput *A* | allidens *AP* | tenetur *P* || 3 et *om.* *P* | flātis *P* flantis *M* || 4 hac *om.* *A* | angularibus *ed. pr.* *A* iug. *P Chir. c. 284. 291.* || 5 et *om.* *P* || 6 autem abstineat eodem die *P* || 8 anu ipsius *P* | clisterii *P* clisteri *A* || 9 curabitur. Purgetur venter *AP* (et cer.) *cf. § 6* ungetur *ed. pr.* | s. et obscuro *P* s. o. *A* (et calido *add.* G^2) || 10 accipiat *AP* | in s. *ed. pr.* | intubam p. *AP* *om. ed. pr. Chir.* | in herba *P* | h. mollissimam aut *ed. pr.* || 12 p. t. lib. I *P* | radicem *A* | herbae *om.* *P* | herbam s. *A* || 13 unc. II *P* pondo II *Chir.* | lactis — 16 cornu *om.* *P* | item l. *A* || 14 diffundis *A* || 15 pondera i. p. redigas *A* | que *om.* *A* || 16 obulo *A* ebulo *ed. pr.* | defundis *A* || 17 potionibus *P* | apii iusquami anisi pap. silv. ana unc. I sem. l. unc. II *P* anisi *om. ed. pr. A, habet etiam Chir. qui* sem. lact. *om. sed cf. Chir. p. 85, 19* || 20 cocl. cum a. d. *P* || 21 accipiet, sucum pt. dabis et o. *P*

et frigido et laxiore loco statues silentiumque praebebis
ut dormiat. Prius tamen oleo ac pice liquida caput per-
unges auresque complebis, tempora etiam munies cere-
7 bellari vel fasciis; myrtam quoque aridam conteres et
aceto oleoque miscebis corpusque eius totum diutissime
confricabis. Solent constringi et obrui stercore, ut sudent
et dormiant. Quibus si somnus venerit, afferet sanitatem.
Rabiosum vero iumentum eadem omnia et maiora ostendit
8 quam insanum. Nam et alia animalia comedit et facit
ipsa contagione rabiosa. Plerumque etiam morsibus in-
testina sua extrahunt et hinniunt fortiter. Quae valetudo
ex nimia sanguinis abundantia et ardore contingit. Cura-
tur autem observatione et potionibus superius declaratis.

XIII. De chirurgia.

III 13 Schn. Chirurgia appellatur quodcunque secatur ferro vel
cauteriis uritur; quae cum omnibus membris animalium,
2 tum praecipue capitis necessaria est medicinis. Quod-
cunque igitur iumentum in qualibet parte fregerit caput
vel nudaverit casu, sollicite est curandum, ne indignatio
vulneris in nervos cerebrumque penetrando periculum
3 generet. Nec in primo medicamentis uti acrioribus con-
venit, sed magis melle curare. Cum ad maturitatem vene-

8 Chir. c. 301. 15 Chir. c. 57. 22 Chir. c. 58.

1 et laxiore *om.* *P Chir.* et *om.* *A* ‖ 3 et t. etiam minues cerevellare *A* | cer. vel *om.* *P* ‖ 5 c. totum ipsius *AP* ‖ 6 perfricabis *A Chir.* | et constringi diligenter *P* | et sudent *A* ‖ 7 obdormiant *P* | si opus v. *A* ‖ 8 ostendit *om.* *A* faciet *P* ‖ 9 comedet et faciet ipso contactu *P* ‖ 10 plurimumq. *A* | enim m. etiam *P* ‖ 11 inuunt *A* ineunt *ed. pr.* ‖ 12 curaturq. o. *P* | 13 potione *ed. pr.*

15 ch. quoque a. *A* | quod undecunq. *A* quandocunq. *Samb.* quodc. *etiam Chir.* ‖ 16 quod c. *A* | cum *M om.* *P* cum sit *ed. pr.* ‖ 17 tamen pr. *P* pr. tamen *ed. pr.* sed pr. *A* capiti *Schn.* | medicina *ed. pr. Schn.* ‖ 18 tamen ium. in aliqua p. capitis fr. *A* ‖ 19 c. est *A om. ed. pr.* ‖ 21 generetur *A* ‖ 22 velle *A*

rint illa quae fracta fuerant ossa et laxantur, tempta
sollerter et mobili manu vel forficibus eximito. Reliqua
fragmenta ossis, quae asperata sunt, ferramentis competen-
tibus caedito atque perradito, ut carnem facilius inducant:
nunquam enim clauditur vulnus, si non raseris, donec
sanguis per os ipsius respondeat. In quo maior est ad- 4
hibenda cautela, quia solet in locis ossuosis et commissu-
ralibus fistula fieri. Quae cum evenerit, parvum et incu-
rabile efficit vulnus, per quod non sanies sed humor li-
quidus emanat nec unquam ducta cicatrice solidatur. Quod- 5
si evenerit, hac ratione curabis: papyrum per ipsam fistu-
lam traicies, ita ut capita papyri, quae extra fistulam
eminent, ex utraque parte alliges lino, ne cadat, [et] die-
bus V vel pluribus, donec callositas fistulae papyri disten-
tione turgescat et maius vulneris foramen fiat. Tunc ad 6
mensuram vulneris ex fistulari medicamento collyrium
facies, exempto papyro intra fistulam inicies, ut impleatur
ex integro, et ne excidat munies diligenter. Post dies IV
vel V solvis; si fistula ceciderit, traumatico curabis, quod
vulneri semper immittes, donec spissa sanies et non multa
in eo loco reperiatur. Cum autem iam limpidum videris, 7
collyrium fac: pollinem ervi et tus masculum tritum aequis

---

6 Chir. c. 59. 11—15 cf. Veg. II 26. Chir. c. 92. 21 Chir. c. 60.

---

1 fuerint *P* | ossa laxantur t. *ed. pr. cf. Chir. p. 22, 1* o. l. *om. AP* | t. et sol. *A* ‖ 2 sollemniter *P* | forpicibus *P* ‖ 3 ferramentibus *A* f. competentibus *P* comp. *om. ed. pr.* ‖ 4 peraclito *A* atq. per. *om. P* ‖ 6 respondet *P* ‖ 7 quam s. *A* | ossosis *P* ‖ 8 quod c. *P* | parumper iniuria afficit v. *ed. pr.* parvum sed inc. efficit *A* parvum et inc. *P* ‖ 9 quod non saniem .. emittit *P* ‖ 10 deducta *A ed. pr.* ‖ 12 inducis *P* radicem *pro* traicies *A* | quae e. f. debent eminere *A* pap. extra orificia ex u. p. *P* ‖ 14 V *etiam Chir. c. 59:* tribus *P et Veg. II 26 Chir. c. 92* | c. f. et humor turgere papirum faciat et nullum f. v. fiat *P* | papirum moris d. *A* | nullum *A* ‖ 16 ulceris *AP* | medicamine *P* ‖ 17 faciens *ed. pr.* | in fistula iacies *P* | exemplo *PM* ‖ 18 totum et ne extendat *P* plane ne e. *ed. pr. A* | excedat ne imminues *A* ‖ 19 V caro infecta cadat. *P* | fistulis *A* | traugm. *codd.* ‖ 20 immittis *AP* ‖ 21 et cum i. *P* ‖ 22 facito pullinem *A* facito de polline *P* | thuris m. *P*

ponderibus cum melle decoquito et plagae ipsi imponito
per dies plurimos; cotidie curato ita, ut deprimas ipsas
8 partes vulneris, quatenus iunctae citius cohaerescant. Si
graviter offenderit caput, ut cerebrum vexet intrinsecus,
continuo de temporibus sanguinem eidem oportet auferri
et spongiam Afram, si aestas fuerit, oleo roseo et aceto
aequa parte commixto capiti eius imponi fasciaque co-
9 necti et cibos virides praeberi. Si nec ipsos appetit, quia
omnem cibum recusat, fabam moles et convertes in pollinem,
farinam quoque triticeam pariter admiscebis et cum mulsa
per cornu ad substantiam animali tam diu faucibus eius
infundes, donec cibos virides appetat, quos aqua marina
vel salsa oportet aspergi.

XIV. De auribus.

III 14 Schn. Aurium ut vicinitate proxima, ita periculo non discre-
pans cura est. Quae si casu aliquo fuerit a radice con-
tusa et collectionem fecerit, eam, cum maturaverit, scal-
pello secato et pus sinito fluere. Tum linis aceto acerrimo
et oleo per triduum, quarta die traumatico curato, donec
sanetur. Etiam si cartilaginem vexaverit, eiusdem medi-
2 cinae observatione proficiet. Si vero a radice auriculae
vel commissura capitis tumor cum duritia magnus extabit,

3 Chir. c. 526 cf. Pel. c. 60. 15 Chir. c. 61. 21 Chir. c. 62.

1 coques *P* | imposito *A* impone *P* || 2 dies V *Chir.* | curando *P* | demas *P* || 3 et qu. *A* | crescunt, sed si *P* || 5 eidem *om.* *P* || 6 sp. aqua *ed. pr.* sp. afrigida *A* sp. Afram *Chir. Pel.* | rosaceo *A* | sp. cum oleo et aceto aequaliter permixtis *P* || 7 *fort.* commixtam | impone *P* imponis *A* | fasciasq. *A* | connecte . . . praebe *P* || 8 praebere *A* || 9 f. mollem conv. in pulverem *A* pulverem *etiam* *P* || 10 admisces *A ed. pr.* || 11 animalis *AP* || 12 infundis eius *A*

14 De tumore aurium *P* || 15 *§ 1 om.* *P* | ut in vic. *A* proxi *AG* | periculi *ed. pr.* -o *A* cerebri p. *add.* G^{2} || 16 causa aliqua *A* || 17 cum eam *A* || 18 et pus post s. *A* et post *G* | cum ac. *A* || 19 quarto d. *A* || 21 *fort.* observatio | in r. *P* || 22 exultabit *A*

ex faeni Graeci et lini semine et tritici polline cataplasma
imponito, maturatam collectionem scalpello secato, ita ut
inferius plaga spectet, quatenus humor per prona decurrat.
Vino, oleo et sale mixto infusos lemniscos inducis et vulnus 3
per quatriduum fovebis, post traumatico uteris. Sed diffi-
cilis cura est, quia fistulae in talibus locis frequenter
oriuntur, quae si evenerint, supra scripta ratione curantur.
Si tamen aegritudo ulterius etiam post medicamenta pro- 4
cedet, vicinae urendae sunt partes et cauterio in ipsis
collectionibus infigenda sunt puncta vehementius, ut et
cutis et causa perrumpatur interior; post solemniter usta
curanda sunt. Non enim aurium est negligenda curatio, 5
ne ex dolore nimio generetur insania. Primum purganda
est auris diligenter intrinsecus, ut auferatur, quod dolorem
movet aut laedit. Si nihil invenitur, spongiam nitro et
aqua molliter infundes et dilues unaque nocte intra auri-
culam infusam spongiam manere patieris. Die tertio nitro 6
et aqua calida fovere incipies frequenter et diu, donec
dolor recedat. Quodsi aqua fuerit ingressa, oleum vetus
et acetum aequis ponderibus adiecto nitro in aurem mittito

5 Chir. c. 63. 12 Pel. c. 54 cf. Chir. c. 528. 19 Pel. c. 55 cf. Chir. c. 527.

1 ex fenugraeco lini s. *P* ‖ 2 quo maturato sc. s. in loco magis pendente q. *P* ‖ 3 spectetur *A* ‖ 4 et o. *A* | infunde et foveto vulnus *P* i. liniscos *A* infusus linis eos inducis *G* ‖ 5 unguento tr. utere *P* ‖ non d. *P* ‖ 6 cura *A* cure *G* | quia] tamen *P* ‖ 7 subscripta *P* | curatione *ed. pr.* ‖ 8 aegr. vulneris u. *ed. pr.* vuln. *om.* *P* vulneris ulterius *A* vulneris ulterius *G* | procedit *A* -at *ed. pr.* ‖ 9 cauteria.. inf. sunt bene, ut cutis et caro rumpatur i. *P* ‖ 11 interius pror. *A* ulterius praerumpas *Chir.* | solerter *ed. pr.* ‖ 12 curanda non est, aurium neglecta curatione ex n. d. generatur i. *P* non e. dubium in negligentia curationis aurium ex *A* ‖ 13 ex nimio d. *P* eximio d. *M* ‖ 14 interius aut *A* ‖ 15 Sed n. *A* | inveneris *P* | at si sp. *A* | vino et a. *P* ‖ 16 a. melleq. i. *Schn.* *sed* sp. mollem n. et a. maceratam *Pel.* *unde malim* mollitam | eleues unaquaq. n. *A* unamq. n. *ed. pr.* | infundes et sic infusam una n. intra aurem manere permittes *P* ‖ 20 addito *P* abiecto *A* | immitte *P*

et sucidam lanam superimponito. Si vulnera fuerint, liparam auribus inseres et curabis.

XV. De pilis qui nascuntur in oculis.

III 15 Schn. Quodcunque iumentum in oculis trichiasin patietur, i. ut pili aliam palpebram urentes lacrimas moveant visumque conturbent, hac ratione curatur: non longe a pilis ab interiori parte scalpello plagam dabis in cute palpebrae, post forficibus per longum ad mensuram oculi fasciolam praecides et impositis fibulis consues palpebram foris versus, ut oculus sine deformitate recipiat visum et gratiam natu-
2 ralem. Tunc vero optimo oleo nec non etiam muria infusam spongiam superpones et oculum fasciabis. Post diem quintum solvis, tunc intrinsecus oculum collyrio curabis, deforis vero tetrapharmacum impones, non prius
3 fibulas ablaturus, quam duxerit cicatricem. Nihilominus et cadentibus fibulis collyrii cura non deerit, ne caro rursus superflua excrescat. Sed plerique adhibent cum deformitate compendium, ut partem quae prominet ad mensuram naturae forficibus amputent poscaque frigida propter fluxum sanguinis foveant oculumque collyrio in-
4 trinsecus curent, ne indignationis necessitate laedatur. Adversus infestantes pilos tertia cura est, ut leni tenuique

4 Chir. c. 64. 11 Chir. c. 65. 17 Chir. c. 66.

1 superpone *P* superimponas *A* | lyparem *ed. pr.* lyparam *A* lippara *P* || 2 curasti *ed. pr. A*

4 quandocunq. *P* | tyriacem *P* tritiacem *vulg.* || 6 conturbant *P* || 7 pl. facies in palpebra *P* || 8 forpicibus *ed. pr.* furibus *A* | oculis fasceolam praecipis *A* || 9 praecidis *P* | f. visus *A* || 10 usum *P* || 11 aqua marina *P* moriam *A* || 12 superponis *AP* || 13 die quinto *ed. pr. cf. Chir.* || 14 terrafarmarticum *A* | imponis *AP* | ut pr. *A* || 15 c. induxerit *P* | etiam *P* || 16 calentibus *A* | nec *A* || 18 pars . . . amputetur *P* || 19 forpicibus *ed. pr. A* | et pusca frigida *P* postea quae facta sunt *A* pusca quae fr. sunt *ed. pr.* || 20 que *P om. vulg.* || 21 indignatione necessitatis *A* | *§ 4 vulgo ponitur c. XVI § 2*

cauterio genae quae procreverint inurantur, quo facto ducta cicatrice contrahitur pellis et palpebra altius elevata a pupillae cursu pilorum arcet iniuriam.

XVI. De suffusione oculorum.

Suffusio sicut hominum, ita iumentorum impedit vi- III 16 Schn.
sum, cuius tria genera ab auctoribus indicantur: steno-
coriasis, platycoriasis, hypocoriasis; Graece ⟨enim core⟩
pupilla nominatur. Stenocoriasis dicitur, cum constringitur
visus et vires amittit. Quae hac ratione curanda est, ut 2
sanguis de temporibus auferatur: radicem quoque feniculi
et herbam chelidoniam vel rutam decoques ad tertias et
cotidie ex ipsa aqua quantum manus patitur calida oculus
foveatur. Inungatur etiam collyrio opobalsamato, quod
suffusionibus prodesse consuevit. Platycoriasis autem est, 3
cum se ultra naturalem modum pupilla diffundit et eripit
visum, nec curari ullatenus potest. Nam sicut ovi vitellus
casu aliquo disruptus in priorem formam coire non po-
test, ita semel pupilla diffusa recipere non potest usum
videndi. Quod evenit equorum furore, dum membranula, 4
quae continet lumen, indignatione caloris disrumpitur vel
certe sollicitudo longi itineris ad indignationem iumenta

5 Chir. c. 67. 9 Chir. c. 68, 69.

1 gena quae procreverit inuratur *P* ‖ 2 conteritur *A ed. pr.* (*margo* contrahitur) | alterius *ed. pr. A* ‖ 3 a pupillae visu a. i. *P* pupilla *vulg.*

5 ita et *P* ‖ 6 st. — 8 nominatur *om. P* ‖ 7 plotocoriasis *A* | enim core *ins. Gesn. cf. Chir. p. 24, 17* ‖ 8 papila *A* papula *ed. pr.* | stercoriasis *A* stenecuriosis *P* ‖ 9 est: si visus caligat, sanguis *P* ‖ 10 radix q. f. et celidonie vel rude in aqua decoqueatur ad tertiam *P* ‖ 13 inunges *ed. pr.* | ypobalsamato *A* oppobalsamato *P* opobalsamo *ed. pr.* opobalsamu *Chir.* ‖ 14 *sequebatur vulg. II 15 § 4* | pl. autem est] et *AP* ‖ 16 v. c. nullatenus p. *P* ‖ 17 disiectus *P* | cohere *A* redire *P* ‖ 18 visum rec. n. p. *P* ‖ 19 accidit *P* | in e. furore *P* sudore *vulg.* furia *Chir.* ‖ 20 indignationis calore *P* c. beneficio *Chir.*

compellit aut laesum oculum dominus curare neglexerit.
5 Quod cum accidit, oculus videtur incolumis, nullis lacrimis,
nullo sanguine, nulla indignatione prodit iniuriam, sed uno
tantum declaratur indicio, quod in pupilla ipsius imaginem
6 tuam tanquam in speculo videre non potes. Hypocoriasis
autem a capitis humore descendit et in uno oculo sese
primo ostendit, postea etiam ad alterum transit. Intelli-
gitur autem humore vel lacrimis. Continuo sanguinem ei
de supercilio vel de ipsa parte temporum detrahes, fomen-
tabis ex tepida aqua, in qua radices feniculi decoctae
fuerint cum ruta. Praeterea inunges collyrio opopanacato
et opobalsamato. Quodsi institeris medicinae, per lacri-
marum cursum consuevit saepius caligo sanari. Tempo-
rales quoque venae cauteriis inuruntur, ut meatum hu-
moris excludant.

XVII. De paracentesi oculi.

III 17 Schn. Quodsi vis passionis intulerit hypochysin, diligenter attende quo colore sit membrana, quae opposita pupillae impedit visum: si auroso colore fuerit, insanabilem scias; si candida nimium, etiam noveris non posse curari ipsam. Si vero spissa fuerit, colore oleagineo, muco similis, per paracentesin ad hominum similitudinem cum fuerit matu-

---

5 Chir. c. 70. 13 Chir. c. 71. 17 Chir. c. 72.

---

3 visus tantum *ed. pr.* uno t. *P* uno tamen *A* || 4 pupillam . . . speculum *AP* || 5 tuam *om. A* | ypocorisis *P* || 6 in u. o. speculum o. *P* || 7 primum *A* | post *AP* | intelliguntur *ed. pr.* || 9 detrahis *A* | fomentabisq. ex aqua decoctionis radicis f. et rutae *P* || 11 opopanato *ed. pr.* opopanaco *sscr.* to *A* || 12 intesteris *A* || 14 et . . . excludunt *ed. pr. A*

16 in oculis *ed. pr.* percentesim o. *A* || 17 cicatricem *A ed. pr.* (*margo* hypochysin) caecitatem *P* hypochima *Chir.* || 18 c. sui m. *A* | apposita *ed. pr. A* || 19 operit v. *P* | aurosi coloris *P* || 20 candido *A* | nimis et ipsam n. *P* | noveris *om. A* | curare *ed. pr. A* || 21 oleagineo *P* -no *vulg.* | mutto *PM* || 22 paracentensim *A* ypantesin *P*

rata curatur. Iumentum igitur pridie temperabis a cibo 2
et potu vel maxime prohibebis, in loco molli elides caputque eius et cervicem apte collocabis, ita patentem oculum facies, ut claudere non possit. Deinde ab ipsa fronte paracenterium inter tunicas oculares subicito, ne pupillam tangas aut aliquid laedas interius, sed ipsum album de superiori parte, ubi hypochyma posita est, capitello paracenterii deorsum deprimis ad palpebram inferiorem subtiliter. Quodsi depositum fuerit, non prius paracenterium 3
eximas, nisi clausum oculum penicello calido diutissime vaporaveris: solet enim resilire. Quodsi ita evenerit, reprimito, donec ita componatur, ut resilire non possit. Cum itaque intellexeris claritatem pupillae sine ullo obstaculo hypochymae, tunc eximes ferrum et invenies animal videre. Curabis sic: ex oleo roseo et ovi albo anacollema 4
facies, lanae infundes et super oculum impones ac desuper fasciabis. Caveto, ne ipsa die manducet et moveat oculum agitatione maxillae; sed tamen si voluerit bibat. Altera die solves et calida fomentabis diutissime. Deinde 5
faeni Graeci sucum in oculos suffundes et rursum anacollema supra dictum similiter impones fasciabisque. Quod cum per triduum aut quatriduum feceris, oculum solvis et faeni Graeci suco fomentabis, ex melle optimo Attico unges, donec cicatrix se confirmet et oculus.

---

1 Chir. c. 73. 4 Chir. c. 74. 11 Chir. c 75. 19 Chir. c. 76.

---

1 imperibis *P* | a cibo — proh. *om.* *A* || 2 et potu vel m. *P* vel p. m. *ed. pr.* *A* || 4 claudere se *P* || 7 de fridiori *M* de s̃riori *M*² | ypochisma *AP* hypochysis *ed. pr.* | caput p. *P* || 9 si *om.* *P* || 11 fuerit vaporatum *P* vaporabis *A* | ita *om.* *P* || 12 rursum repr. *P* | comp. *sscr.* vel comprimatur *A* || 14 hypochisis *ed. pr.* ypocime *AP* | ferro *AP* || 16 facies *om.* *A* | lanam *vulgo corr. Gesn.* | infundis *A* | oc. curatum *ed. pr.* oc. eius imponis *A Chir.* oc. imp. *P* || 17 et caveto *P* || 19 altero d. *P* | diu *P Chir.* || 20 oculo *ed. pr.* *A* | infundes *A* || 21 sscriptum sim. fasciabis. *P* | quod si *A* || 22 ac qu. *A* tr. aut *om.* *P* | solve *P* solveris *om.* oc. *A* || 23 et ex m. o. antiquo inunges *P*

XVIII. De oculo lunatico.

III 18 Schn. Est aliud vitium eiusmodi, ut interdum oculo album inducat, interdum limpidet: ex qua passione lunaticum oculum veteres nominavere. Cuius ista curatio est, ut de ipsa parte temporum detrahatur sanguis; interpositis diebus sub oculo nihilominus sanguinem oportet minui. Cotidie quoque calido fomento oculum curabis deforis; intrinsecus autem inunges collyrio thermantico et acerrimo per plures dies, donec recipiat sanitatem. Si nihil ex hac ratione profecerit, venas superiores in temporibus supra ipsum locum, qui sustinet passionem, diligenter perquires et inures, ut humor noxius possit arceri.

XIX. De staphyloma oculi.

III 19 Schn. Quodcunque iumentum in oculo habuerit staphyloma, incurabile est. Talis tamen curatio consuevit adhiberi: desub oculo sanguinem ei detrahes et fomentabis calida cum radicibus feniculi et rutae decocta, inunges etiam collyrio non valde acri; si vulnus fecerit et deplanaverit, ex suco faeni Graeci fomentabis et inunges collyrio leni, quod facit ad tunicas ruptas, donec se cicatrix cum planitie claudat. Tunc uteris acriori collyrio per dies plurimos, donec quaecunque partes se aequare possint ad natu-

2 Chir. c. 77. 14 Chir. c. 78.

1 oculo *om.* *P* || 2 et aliud *P* | oculum *A* || 3 ducat *GP* inducat *A* | ita quod impedit visum *P* vel impediat *A* | quem morbum l. v. nominaverunt *P* || 4 cura *A* || 5 temporis *P* || 6 sanguis *A* | imminui *P* || 7 c. vero *P* || 8 inungis *A* || 11 et inadures *P*

13 staphylomate *ed. pr.* || 14 oculos *A* || 15 incurabilis *A* | talis *om.* *P* | solet *A* || 17 ruta *A* fom. decoctione radicis f. et rutae et i. *P* || 18 c. leni *P* | feceris . . . deplanaveris *Gesn. cf. Chir.* || 20 planitia *A* || 21 et tunc *P* | et per *ed. pr.* || 22 paris vel aequare possit ad n. compleatur *A* partes aequare possint ut ad n. s. compleatur et n. d. o. *P* pars aequari possit ad naturae s. compleaturq. *ed. pr.*

ralem similitudinem compleantur, ut non deformetur obtutus.

XX. *Ad album de oculo tollendum.*

Si casu aliquo animal oculum impegerit aut confrica- III 20 Schn.
verit vel ex percussura laeserit et album induxerit, etiam si totus oculus praeclusus sit, tamen experimentis probatum est hac ratione cito posse curari. Hederam colliges terrestrem et pila mundissima diutissime contundes, sucum exprimes, ex hoc animal inunges: potestate medicaminis quamvis desperata consumitur albugo. Sed si terrestrem 2
hederam non inveneris, sive bacas hederae sive folia contundes et sucum exprimes et ex eo suco inunges. Si hoc quoque difficile videbitur aut morosum, paululum aquae frigidae cum foliis hederae diutissime contundes, sucum exprimes et per siphonem ei in oculum defundis. Quod cum per dies plurimos tam mane quam ad vesperam feceris, album omne tolletur. Sed si vinum miseris optimum pro aqua, efficacius est.

XXI. *De suffusione curanda per nares.*

Aliqui auctores dixerunt, si dexter oculus suffusionem III 21 Schn.
susceperit vel album incurrerit, dextram partem naris, si sinister, sinistram diligenter inspicies et in ipsa callositate

11 cf. Pel. c. 435. 20 Chir. c. 84.

2 obstruitus *P*
4 impinxerit *AP* | confricetur *P* ‖ 5 et *om. A* ‖ 7 cito *om. P* hac r. prob. *ed. pr. A* | collige *A* ‖ 8 in p. *ed. pr.* | contondes *A* tere et s. *P* ‖ 9 ex hoc enim a. *A* et hoc a. inunge circa oculos oculis iniciendo. nam eius virtute consumetur a. *P* ‖ 10 quam d. *A* ‖ 11 invenies *P* | luceas h. *A* | vel f. tere *P* ‖ 12 et s. expr. *om. A* | ex eo line oculos *P* ‖ 14 h. tere et s. *P* ‖ 15 per s. ei *om. P* | in oculo defundes *A* in oculis iacta *P* ‖ 16 vespere *P* ‖ 18 o. pro aqua *P* o. et recens *ed. pr. A* | e. curata sanat *ed. pr.* non e. sanat *A* e. est *P*
20 aliquanti *A* | dexter *om. PA* oculus si s. s. *A* ‖ 22 sinistram sinister *P* sinistrae sifisim *A* | inspicies et *P* inspiciet *ed. pr. A*

narium foramina subtilissima invenies, quibus tenuis inserenda est fistula; per quam ille, qui curare debet, os plenum vino insufflet, ut merum per foramen illud penetret; quo facto oculus incipiet lacrimare. Velocius autem proficiet, quia per interiores venas meri virtus ad oculum penetrat.

XXII. De diversis passionibus oculorum.

III 22 Schn. Iumentum in oculo in osse percussum, si tumorem fecerit durum callosum et ossilagini similem, hac ratione est curandum: deiecto animali contra causam ipsam cutem aperito, et succisorio gingivulam vel cartilaginem vel os, quod excrescere coeperit, caedito, ut deplanes ad similitu-
2 dinem partis alterius. Si apte deplanaveris, aceto et oleo linteolis vel licinio madido locum ipsum comples et fasciabis. Tertia die solves et similiter curabis per dies V, donec fervor desinat; post traumatico uteris. Catastaltico quoque medicamento labraturam cutis consumis, quam diu
3 limpidum vulnus curetur et adaequetur. Quodsi ipsum os concarnare non potuerit, tam diu cotidie eradito donec

8 Chir. c. 85. 15 Chir. c. 86.

1 reperies *P* ‖ 2 per quam medicus os *P* quae curatae sunt *sscrp.* vel quae curare debet *A* | os *om.* *A* ‖ 3 ut vinum *P* ‖ 5 proficies *P* | meri ventus *A* vinum intus *P*

8 in oculi osse p. *P* ‖ 9 call. oxilaginis simile *A* si in ipso oculo creverit os cartilago vel simile, sic curato *P* ‖ 10 causam *marga* vel terram *A* ‖ 11 ossis cerosio gilbulam *A* *v. ind.* os succisorio gumbulam *Chir.* ‖ 12 ex se excr. *ed. pr.* quod exercere c. *margo* vel excressere *A* ‖ 10—16 eiecto a. in terram contrahe palpebram et cum ferro congruo incide superfluitatem illam ita quod similetur sano et imple locum de pulvillis infusis in oleo et aceto et liga, non solvendo nisi tertio die et sic fac . . . *(lacuna)* usq. ad diem quintum donec f. recedat, postea traugm. utere *P* ‖ 14 addito *vulg.* madido *Chir.* ‖ 16 ferunta *A* fervura *Chir.* | catastolico *ed. pr.* catataltico *A* corrosivo autem *P* ‖ 17 labr. *Chir.* labia c. *P* liberaturam *A* libr. *ed. pr.* ‖ 18 limp. vulnus adaequetur *A* l. uberius aequetur *P* ‖ 19 concarnari *ed. pr.* | poterit *A* poteris *P* | eradicato *ed. pr.* *A* eradito *P* *cf.* *Chir.* | donec incarnari coeperit *P*

sanguinet atque concarnet, ita ut medicamenta congruentia
vulneri imponas. Quodsi post sanitatem causa eadem
excrescere coeperit, punctis cauteriis subtiliter urito. Ocu-
lorum epiphoram infra oculum detractus sanguis emendat,
si usque ad sanitatem melle optimo inungatur assidue.
Praeterea prodest eidem passioni: murrae pondus denarii I, 4
corcodrili stercoris semunc., salis hammoniaci semunc.,
sepiae ossium semunc., mellis Attici cyathos II: ex quibus
omnibus tunsis atque permixtis oculum perunges. Magnae 5
lippitudini adhibetur tale remedium: murrae troclitis unc. s.,
turis masculi, croci Siculi, lepidis Cypriae, aeris usti ana
unc. II teres simul et cernes, consparges aquae caelesti
et Falerno vino, mellis Attici adicies quantum sufficit, in
vase vitreo condes, et cum necesse fuerit uteris. Si casu 6
cilium ruperit, fibulas dabis et mannam turis cum ovo
impones. Discutit cicatricem oculorum eiusmodi compo-
sitio: spicae nardi unc. s., salis hammoniaci unc. II, cad-
miae unc. s., croci unc. I, piperis unc. s. in pulverem con-
vertes et uteris. Albi vitia deterget ista curatio: sepiae 7
marinae ossis rasi scrup. X, croci scrup. II, salis hammo-

3 Pel. c. 412. 6 Pel. c. 416 cf. Chir. c. 802. 9 Pel. c. 426. 14 Pel. c. 415. 16 Pel. c. 413. 19 Pel. c. 419 cf. Veg. III 27, 7 ex Chir. c. 536.

1 convenientia *P* ‖ 2 post cum sanitate *A* ‖ 3 crescere *ed. pr.* exercere *margo* vel cressere *A* | p. cauterio *ed. pr.* punctis cauteriis *A* cauterio punctim *P* | ure *P* ‖ 4 epiphora *ed. pr.* epyforam *AP* | intro *A* intra *P* | detracti sanguinis *A* ‖ 7 corcodrilli *AP* | stercus *A* | salis — s. oss. sem. *om. P* ‖ 8 ossa *A* | m. albi *P* ‖ 9 omnibus *om. P* | tonsis *A* | unge *P* inunges *A* ‖ 10 troclite unc. sem. *P Pel.* trocle unc. I *A* trogloditis *ed. pr.* ‖ 11 cr. sigilli *A* | lepidos calcis *P* limpidis cipriae *A ed. pr.* ‖ 12 teris *etc. A* | consparges et cernes *ed. pr. A* | celesti et Fallerno vino *A* caelestis et Falerni vini *ed. pr.* | tere et incorpora cum aqua pluviali, vino salis nitri et melle attico et in v. v. *P* ‖ 14 condies *A* conde et cum opus f. utere *P* ‖ 15 silium rumpit *A* | fistulam *ed. pr.* fistulas dabit *A* fistulas farinam thuris cum o. i. *P* fibulas *Pel.* ‖ 16 discuret *A* | cicatrices o. huiusm. *P* ‖ 18 croci: hyssopi *Pel.* | 18—20 croci salis h. ana unc. II *P* ‖ 19 albuntiam d. *A* ‖ 20 ossum rasum *A*

8 niaci scrup. II, murrae, corcodrili stercoris scrup. II. Item
album sive glaucomata emendat: vini Aminei veteris
sext. III, gari floris sext. I, mellis unc. III, quibus omnibus
9 decoctis uteris. Albuginem tollit, si ex humore vel per-
cussura evenerit: sandaracae unc. II, ossis sepiae combusti
unc. IIII, piperis albi semunc., salis hammoniaci unc. II
10 cum melle permixtis. Cicatricibus oculorum medetur ieiuna
saliva, si cum sale mandatur in ore et expuatur in ocu-
11 lum; sal quoque tritus cum osse sepiae et sinapis agrestis
12 semine. Collyrium nardinum: opopanacis scrup. II, violae
unc. II, spicae nardi, casiae, marrubii ana semunc., croci
Siculi unc. s. et scrup. VIII, olei semunc. et scrup. IIII,
13 piperis albi scrup. VI, gummi scrup. V. Item alia con-
fectio collyrii: aeruginem aeris et salem optimum aequis
14 ponderibus et aceti quantum sufficit misces. Necessaria com-
positio: rutae scrup. IIII, turis masculi, stercoris columbini,
murrae, olei, croci, mellis acapni, olei rosei ana scrup. IIII
15 diligenter trita miscebis et uteris. Si vero oculus ictu
vulneris insanabilis redditur et ut mulomedici dicunt
cancromata fecerit, ne periculum mortis incurrat, ervi
pollinem cum oleo roseo et ovo simul immittito. Cum

---

1 Pel. c. 428 cf. Veg. III 28, 10. 4 Pel. c. 436. 7 Pel. c. 437. 10 Pel. c. 423 cf. Veg. III 27, 4. 13 Pel. c. 431. 15 Pel. c. 429. 18 Pel. c. 434.

---

1 corcotille stercus *A* ‖ 2 cimini A. *A* v. ameni *ed. pr. P* | veteris *om. P* ‖ 3 gariofloris *A* gariofili *ed. pr.* | q. simul d. utere *P* ‖ 4 album *ed. pr.* | detollit *A* ‖ 5 venerit *A* venit *P* | sandaricae *ed. pr.* ‖ 7 unc. II pulveriza et misce cum melle *P* | ieiuni *P* ‖ 8 datur *P* ducatur *A* | spuatur *P* ‖ 9 Valet sal etiam tr. *P* | et *om. A* ‖ 10 semine napi agr. *P* inappi agr. seminis *A* | op. violarum ana scr. II *P* ‖ 11 marrubii *om. P* mirrubii *A* murrae *Pel. Veg. III 27, 4* ‖ 12 et scrup. VIII *P. Pel. om. A ed. pr.* ‖ 13 pip. a. scrup. VI *om. A* unc. VI *ed. pr.* | croci scrup. V *A* ‖ 14 aeruginis a. et salis o. *AP* ‖ 15 ana unc. I aceti *P* ‖ 16 fimi col. *P* ‖ 17 murium *ed. pr. A* | m. albi *P* m. ac cannis *A* m. catimiae *ed. pr.* | rosati *ed. pr. A* ‖ 18 misce et utere *P* | *§§ 15. 16 om. P* ‖ 20 cancremata *A ed. pr.* (canchr.) *corr. Ihm cf. corp. gloss. III 599, 15* ‖ 21 semper i. *A*

purgatum vulnus fuerit, cum melle Attico inungito. Sunt 16 et alia multa collyria, quae quia eandem vim easdemque species continent, enumerare superfluum duximus.

XXIII. De strumis iumentorum.

Plerumque strumae vel parotides aut scrophae iumen- III 23 Schn. torum guttur infestant et faucium tumore produntur. Nam subrecto sunt capite et tanquam ab stranguilia praefocantur. Hos primum fomentis calidis et cataplasmate ex polline hordeaceo et resina aeronali cocta curari expedit et, cum collectio fuerit maturata, scalpello secare, pus vel 2 quidquid collectum fuerit emittere, et aceto et sale et oleo infusos lemniscos subicere; ceteris quoque diebus traumatico et medicamentis aptis sollerter curare, ut vulnus pateat, dum sanetur. Nam in his locis ex praeclusione cito solet fistula fieri, quae si evenerit, ut superius demonstratum est, papyro et collyrio poterit persanari.

XXIV. De glandulis.

Glandulae quoque animalibus, et praecipue pullis, III 24 Schn. usque ad periculum interdum molestae sunt et in morbum

---

5 Chir. c. 87. 15 Chir. c. 88. 18 Chir. c. 89.

---

2 easdem sp. continet *A*

4 *rursus incipit L cf. p. 48, 18* || 5 parotide *L* paracide *A* | scrufe *L* scofe *A* scrophulae *ed. pr.* || 6 tumorem producunt *ed. pr.* || 7 et subr. *ed. pr. A* | ab stranguilia *LA* (a -am) *Chir.* a stranguria *P ed. pr.* (ab). | producuntur *A* || 8 hoc *P* || 9 resinae *L* | acronali *A* aer. cocta *om. P* resinae unciis tribus mero valido coctis *ed. pr.* || 10 et q. *A* secari opus est et *ed. pr.* || 11 emitte *A* | et ac. et s.] et *om. L* || 12 infuso lemnisquos *L* infusos leuiscum *A* || 10. 11 *sic in P:* secare et quicquid intus est ducere, demum lavare cum oleo et sale. || 12 diebus *om. A* || 13 m. sollicite curabis *P* | si v. *ed. pr. A* || 14 patiatur *A* || 15 supra *ed. pr. A* || 16 pap. potest sanari *A* | sanetur *P*

18 animalis *L* | pollis *L* || 19 et *om. L* | morbo *L*

transeunt aliquando. Quae inter maxillas inferioresque fauces nascuntur et ad similitudinem pilularum maiores aliae, aliae vero minores conexae ex carne obdurescunt et tumorem sine doloribus faciunt. Quae inter initia perunctae picula et oleo confricari solent vehementius mani-
2 busque corrumpi, et ita velut vanescendo sanantur. Quod si excreverint amplius, deiecto animali, ita ut per medium secentur scalpello, subtiliter et cum radicibus eximuntur ne aliqua vena tangatur. Quo facto aceto et oleo cum sale medicamentisque superius declaratis sananda sunt vulnera. Plerique urenda esse dixerunt: sed si parva sunt, prodest; ceterum maiores exsecandae sunt ferro.
3 Plerique etiam cum ferro exemptae fuerint glandulae, propter sanguinis fluxum loco uri debere praecipiunt, post sale et oleo octo diebus utuntur, nono die ex nitro et aqua calida diluunt. Si nitri inopia est, lotio calido aut lixivio utuntur. Deinde vinum et oleum et farinam de ervo imponunt per triduum, consequenter de vino ac farina hordeacea et melle percurant, addentes, quaecunque plaga

6 Chir. c. 90. 13 Pel. c. 56. 19 Pel. c. 57.

1 et al. inter m. et inf. f. n. *P* aliquandoq. inter axillas inferiores faucesq. n. *L* interiores faucesq. *A* ‖ 3 aliae *alt. om. ed. pr. AP* | ex carne *om. P* ‖ 4 humorem *L* tumores sine dolore *P* | in initio *P* | peruncti *L* ‖ 5 pericula et o. *A* oleo picula *ed. pr.* | perfricari *ed. pr. AP* ‖ 6 que *om. A* oleo solet veh. corrumpi *P* veh. que m. corr. *ed. pr.* | sanari *ed. pr. AP* ‖ 7 deiectum *margo* al. deiecto *L* ‖ 8 et *L om. vulg.* | exuruntur *A* ‖ 7. 8 *sic in P:* d. a. in terram cum scalpello radicitus evellantur ‖ 9 ne] nec in *L* ‖ 10 et medicaminibus supra dictis *P* ‖ 11 plerumque *A* | esse *om. ed. pr. A* | ne p. *A* | parvi *L* parvae *AP* ‖ 12 sint *ed. pr. A* | execande *L* | si magis fuerint f. secentur *P* ‖ *§ 3 in codd. ponitur in cap. XXV extr., cf. Pel.* ‖ 13 exectae *M* | glandulae *om. P* ‖ 14 uri praeceperunt *P* ‖ 15 nec non ex n. *ed. pr. A* nec non et n. *P* ‖ 17 deinde *om. P* | far. detrahendo i. *P* ‖ 18 per tr. *om. A* cons. ac denuo farinam de vino ac f. *L* vino ac oleo et f. *ed. pr.* ‖ 19 procurant *A* | attendentes *L* addendo *P* | cum qu. p. facta f. *L*

fuerit ut strumae vel parotidis glandulaeque quae tolluntur Lycio medicamento, vulnera percurari ita, ut de malis granatis siccis pulvis aspersus celeritatem afferat sanitatis.

XXV. De pullaribus.

Cum caput pullorum calefecerit prima dentitio, inter III 25 Schn
gingivas atque maxillas tumor collectioque generatur, quae pullaria vocatur. Cuius passionis tanta tensura est, ut manducare vix possint. Sed cataplasmatibus studiosissime maturanda sunt, dehinc scalpello aperienda, post sale aceto oleoque curanda.

XXVI. De fistula maxillae.

Si ex aliqua huiusmodi curatione iumentum fistulam III 26 Schn.
in ore fecerit, hac ratione curabitur: papyrum inicies in fistulam, ut pars eius in ore exeat, quam lino diligenter ligabis ne possit elabi, pars vero foris exeat, quae nihilominus constringenda est lino ne cadat. Triduo permaneat, quarta die papyrum eximes collyriumque ad longitudinem et cavaturam vulneris ad artum fistulae subicies et, ne forte labatur, fasciabis locum, ita ut ad manducandum possit maxillas agitare; tertio die solves. Si fistula ceciderit, 2
diebus septem unguento traumatico curabis; deinde colly-

---

5 Chir. c. 91. 12 Chir. c. 92 cf. Veg. II 13, 5. 17 Chir. c. 93.

---

1 fuerunt *A* | aut str. *ed. pr.* | strumi vel parotide glandulaeq. tollantur lycinio m. *L* ‖ 2 litio *A* | procurari *A* ‖ 3 siccis *om.* *P* mali gr. sicci *ed. pr.* | celeriter a. sanitatem *ed. pr.*

5 dum *ed. pr. A* | dentatio *P* ‖ 6 in gingivas adq. maxilla *L* ‖ 7 pulloria *P* polaria vocantur *A* | huius *L* ‖ 9 deinde *ed. pr. A* ‖ 10 et ac. et ol. *ed. pr. A* | *cf. p. 122, 13*

12 eiusm. *L* | tussentum in ore f. f. *L* ‖ 13 inicies *desinit L usque ad c. 28, 2* ‖ 14 exeat *P Chir.* exstet *vulg.* ‖ 15 nihilominus constricta. alia die pap. eximes *AP* ‖ 18 radicem f. inicies *P* | forte *om. P* ‖ 19 fasceolis locum ita ad m. ut p. m. a. ligabis *A* ‖ 20 exagitare *P* ‖ 21 diebus s. *om. A* | unguento *om. P*

rium ex melle et ervi polline decoctum subicies ad plenitudinem foraminis diebus plurimis. Ad ultimum anapleroticum ipsi vulneri medicamen imponis, donec omnis
3 plaga ducta cicatrice solidetur. Fistulae autem collyrium hac ratione conficies: misy unc. I, feculae unc. I, aeruginis aeris unc. I, battiturae chalcitidis unc. I, cumini seminis unc. I teres cum aceto acerrimo, et secundum qualitatem vulnerum, cum usus exegerit, collyria formabis.

XXVII. De expositione fistulae.

III 27 Schn. Fistulae nascuntur, quotiens nervus aut cartilago aut os negligentia vel imperitia curantis ex plagae alicuius tabido humore vitiatur. Tunc enim qua commeaverit ad instar cuniculi carnem indurat et incallat et fit fistula, quae nulla ratione sanari potest nec aliquando coire nec solidari, nisi penitus eximatur. Huius a diversis auctoribus
2 tradita est diversa curatio. Alii enim scalpello resecari et aperiri iubent et syringotomio decarnari medicamentisque acerrimis consumi, et sic postmodum vulnus ad cicatricem coire. Quod cum laboris ac discriminis habeat
3 plurimum, minus tamen prodest. Alii vero cauterio omnem fistulam inurendam vicinasque partes eius punctis ferventibus perrumpendas esse duxerunt, quatenus per ignem

---

4 cf. Veg. III 16. 10 Chir. c. 94. 13 Chir. c. 95. 20 Chir. c. 96.

---

2 ultimo apostolicon m. imponis, donec locus faciat cicatricem *P* ‖ 5 misi *A* anisi *ed. pr. P* | feculae *A* ferulae *ed. pr.* piculae *P* | viridis aeris *P* ‖ 6 battitura *A om. P* | calcetis *ed. pr.* calcitheos *P* calcatidis *A* | seminis *om. P* ‖ 8 vulnerum *om. A* | trita cum forti aceto misce et fac coliria pro qualitate v., cum u. ex. *P*

9 expositio *P* compositio *A* conquisitio *G* ‖ 10 fistula nascitur *P* | aut nerv. *P* ‖ 12 stadio h. *P* studio *A* | quae *codd. corr. Gesn.* ‖ 13 obdurat *P* ‖ 14 vel sol. *P* ‖ 15 solidare *A* | huiusmodi *A* ‖ 16 secari *A* ‖ 17 siringorio *A* stringotomio *ed. pr.* cum rasorio *P* ‖ 19 laboriose ac d. *A* ‖ 21 inur. et partes eius p. *P* ‖ 22 praerump. *vulg. corr. Chir.* | dixerunt *AP*

callositate submota stalticis medicamentis vulnera percurentur. Sed melius est fistulam, sicut superius declaratum est, papyri iniectione curare, quia neque nervus neque vena neque commissura vexatur. Nam scalpello vel cauterio 4
saepe fit causa deterior et periculum creat. Collyrium vero omnem callositatem fistulae de alto a radice eius eximit. Quodsi os fuerit vexatum, quod oporteat radi, patens vulnus per medicamenta curam non potest impedire. Si vero in alto tabes aliqua vulneris aut cartilago remanserit, ex eodem collyrio pulverem facies et frequenter inicies: omnia enim vulnera elimpidat atque persanat.

XXVIII. De tumore faucium vel capitis.

Interdum ad similitudinem synanches animalibus III 28 Schn.
fauces et caput interius intumescunt adeo ut bibere aut manducare non possint. Cuius totum caput et os et lingua aqua calida fomentatur et taurino felle perlinitur. Potio 2
autem datur huiusmodi ad cornu: olei veteris lib. II, vini sext. I commiscebis, IX quoque Caricas cum IX capitibus porrorum decoques et diligentissime conteres, et in aqua ipsa nitrum Alexandrinum tritum quod sufficit miscebis et ex his omnibus potionem mane et ad vesperum heminas singulas dabis, ut tumoris ipsius relaxetur et mitigetur asperitas. Manducet autem herbam viridem aut, quod 3

---

5 Chir. c. 97. 13 Chir. c. 323. 16 cf. Chir. c. 324.

---

1 sculticis *A* astalticis *ed. pr.* stalticis *P Chir.* | medicaminibus *P* | percurantur *A* ‖ 5 creant *ed. pr.* creat *AP* creatur *Gesn. cf. Chir. p. 32, 15* ‖ 8 per *ed. pr. P* post *A* | medicamenta *P* -ti *ed. pr. A* | impedire *P* -ri *ed. pr. A* ‖ 9 vulneris *P Chir.* vel nervus *ed. pr. A* ‖ 11 enim *om. P* | sanat *P*

12 vel c. *om. P* ‖ 13 sinancie *A* sinancis *P* ‖ 14 adeo *om. AP* | commedere *A* ‖ 15 potum c. *P* | caput *om. ed. pr.* ‖ 16 fomentetur *A* ‖ 17 huiusmodi *om. AP* ‖ 18 sext. I *pergit L, v. p. 123, 13* ‖ 20 tritum *om. P* | quod *AL* quantum *ed. pr.* ‖ 21 et vespere *P* ‖ 22 singulis d. heminam *A* | humoris *PA* tumores i. relaxentur *L*

melius est, pascatur. Quae si defuerint, farinam de hordeo
facies, cui nitrum admiscebis, et sic appones. Faenum
quoque mollissimum eliges; quod nihilominus nitro et
4 aqua consperges. Sanguinem non detrahas, nisi forte de
palato despumes. Cum coeperit convalescere, nitrum tun-
sum et cribratum pulveri de radicibus cucumeris silvatici
commisces et in vini sext. I cocleare pulveris ipsius iunges,
5 ut hac potione resoluto ventre purgetur. Alii auctores
tumorem capitis ac linguae vel faucium, etiamsi obdura-
verit, ita festinantes propter periculum curare nituntur:
lapides molares plures igni succendunt; cum candere coe-
perint, caput equi cooperiunt, et vas plenum lotio sub
ore et naribus adponunt et per vices singulos candentes
lapides in lotio mittunt, ut ille vapor ac fumus, calore
6 lapidum concitatus, os equi et nares impleat. Nam et
fustem transversum, ut apertum os habeat, debet accipere.
Quod cum diutissime feceris, aquam marinam calefacito,
vel certe salem in aquam dulcem miscebis fervendoque
dissolves; addito aceto acerrimo caput eius et os et gin-
givas diutissime confricabis. Postea fimum bubalum cum
acri aceto miscebis et tepefacies, ex quo caput totum
et frontem ac labra perunges. Cui farinam hordeaceam
cum aqua tepida sufficienter pro cibo dabis et potu.

---

8 Chir. c. 523. 17 Chir. c. 524.

---

1 quae *om. L* | de hordeo *om. AP* || 5 dispumes *L* | n. tritum *P* || 6 pulveres *ed. pr. A* pulverem *P* | radice *P* | c. asinini silv. *ed. pr.* || 7 miscebis *P* | in *om. ed. pr. A* | cocleare *L* -ria *vulg.* | iunge *ed. pr.* inunge *A* || 8 ut] et *AP* | huius potionis vi *ed. pr.* | *§§ 5—6 om. P* || 11 cum eadem ceperint *A* || 13 supponunt *ed. pr. A* adp. *L Chir.* | singulas *L* || 14 in lotio mittunt *LA* in lotium imm. *ed. pr.* | a calore *ed. pr. A* || 15 impleat et fuste *ed. pr.* nam si steteris visum, ut a. *A* || 17 fecerit *A* || 18 salinam quam dulci m. *A* aqua dulci *ed. pr.* | fermentoq. *A* fovendoq. *ed. pr.* || 19 et *prius om. L* || 20 bubulinum *ed. pr. A* || 22 fr. que ac labia *ed. pr. A* | cui *L* tunc *ed. pr. A*

XXIX. Si ex pletura sanguinis fauces tument.

Quodsi ex pletura sanguinis tumor ille indignationis III 29 Schn. evenerit, ita intelliges, si venis tensis praeobturabitur halitus et oculi sanguinei apparebunt. Cui de temporibus, si non tumebunt, aut certe de palato, si ibi indignatio non erit, sanguinem oportet auferri. Cretam Cimoliam duabus partibus et tertiam partem cretae nigrae ex vino austero temperabis, et dum calet, illinis caput.

XXX. De oncomate i. de tuberibus.

Sciendum autem est tubera in corporibus iumentis III 30 Schn. frequenter excrescere, quae Graeci oncomata vocant. Horum variae qualitates et diversa sunt nomina. Steatoma est tuber, quod in se adipem velut pinguedinis continet. Meliceris est tuber, ⟨in quo invenitur humor liquidus quasi faeni Graeci sucus. Sarcosis est tuber⟩ in quo caro conspissata, quomodo in verrucis, invenitur. Aneurysma est tuber, in quo sanguis cum spiritu ut varix venae similis invenitur. Atheroma est tuber, in quo farinosa congeries

2 Chir. c. 525 cf. Pel. c. 58. 10 Chir. c. 98. 15 Chir. c. 99.

1 De expletura sanguinis c. XXVIIII. Si fauces tument *L* || 2 ex sanguine *ed. pr. AP* || 3 sic i. *P* | fessis *A* | obturabitur *ed. pr.* || 4 aditus *P* auditus *A ed. pr. in marg.* || 5 certe *om. P* || 6 cretam — 8 caput *om. P* || 7 critae n. *L* || 8 cadet *L*

9 $\overset{o}{\text{i}}$ncomate *L* || 10 iumenti *P om. ed. pr.* || 11 frequenter *om. A* || 12 sed div. *L* | stetatomaon *L* stochatoma *A* staphiloma *P* || 13 pingue *PA* vel pinguedinem *ed. pr.* | meliceleps *P* || 14 *supplevi ex Chir.* || 15 inspissata *ed. pr. A Chir.* inflata conspissata in modum verrucae *P* || 16 quom. *om. L* | invenitur *om. AP* | aneutrisma *L* ancuresma *AP* || 17 in quo — 18 tuber *om. P* | conspicitur ut baris bene s. i. *L* conpiratus ut varis v. s. *A* conspiratus uberis venae s. *ed. pr.* sanguinis spirito cum dilatatione venae, similis ut v. *Chir.* || 18 adheromata est *L qui deest usque ad c. 37* | acteroma *ed. pr. A*

reperitur. Ganglion est tuber, quod fit ex duplicatione
2 nervi, similis tubero cum dolore immobili. Horum omnium una est curatio. Iumentum colligatum deponitur, et contra locum causae sagitta aut scalpello in longum dextra ac sinistra pro mensura tumoris aperitur, ita ut media fasciola cutis, quae supra tuber est, intacta permaneat. Post egestis vel eversis omnibus, quae tumorem moverant, medicamentis competentibus et quae supra declarata sunt perducitur ad cicatricem.

XXXI. De lingua incisa.

III 31 Schn. Si iumento lingua fuerit incisa, statim cum fibulis consuito, deinde vino lavato, post gallam tundito et pulverem cernito, ex eo imponis, donec sanetur; cui dabis faenum mollissimum concisum et pro hordeo furfures. Alii postquam fibulas acceperit linguaque vino fuerit elota, mel imponendum esse duxerunt, ut plagam purget et curet. Ad ultimum ex malo granato pulverem iniecerunt.

XXXII. De gingivis et dentibus.

III 32 Schn. Si iumento loculamenta dentium, i. gingivae, vel dentes doluerint, his agnoscitur signis: hordeum solidum glutiet, macescit, salivarum plurimum effundit, gingivae intumescunt. Cretam Cimoliam cum aceto acerrimo macerato et calentem extrinsecus maxillis inducito ne minus V diebus: gingivas autem interius cum pulvere corticis mali

---

2 Chir.c. 100. 11 Chir. c. 542 cf. Pel. c. 66. 19 Chir. c 543 cf. Pel. c. 66.

---

1. 2 ganglion — immobili *om.* *P* | glacion *A* || 2 his o. *P* || 3 circa l. animae *P* || 5 fasciolo *A* || 6 post — 9 cicatr. *om.* *P* || 7 e. et crassis o. *A* | moverunt *A* || 8 m. omnibus et *A* | et] ea *ed. pr.* || 9 producitur *ed. pr.*

11 ipsum cum *P* eam *Schn.* || 12 d. linguam incisam v. *P* | contundito *P* condito *A* || 14 incisum *A* || 15 alii *etc.* *om.* *P* | acceperint *codd. corr. Schn.* || 16 dixerunt *A*

19 loca *P* || 22 acerrimo *om.* *P* || 24 corticis *om.* *AP*

granati et melle tertia die diutissime confricato, donec egesta sanie convalescat. Quod evenit, cum humor acrior ex capite in maxillarum defluxerit venas.

XXXIII. De osse fracto.

Quodsi animal iuxta collum vel molares vel alio oris III 33 Schn. loco os fregerit, ut morsum claudere non possit et apertis dentibus horreat propendentibus labris, continuo calida fomentabis et labrum et quae sunt disrupta componis. Fasciola tenuissima aceto et oleo madefacta diligenter unam partem deinde alteram compingis ad locum et similiter fasciato, ne iterum dissipetur. Cui et curcubam constrictam 2 oportet imponi, ne depravet dentes et labra. Cum solveris ad curandum, manu quae ante composueris contineto, furfurem et farinam hordei mixta in cofino ad manducandum dabis, ita ut quamdiu manducat, manus tua a loco, quem continet, non recedat. Cum iam manducare noluerit, offerto ei aquam, ut bibat. Cum biberit, curato similiter ut suprascriptum est. Cui et sucum ptisanae convenit dari, si minus fortasse manducaverit. Quem tali observatione per XL dies curatum restitues sanitati.

XXXIV. De cartilagine narium si sanguis fluat.

Si iumento narium cartilago corrupta sit et sanguis III 34 Schn. reprimi non possit, spongiam Afram et turis masculi pollinem

5 Chir. c. 544. 11 Chir. c. 545. 17 Chir. c. 546. 22 Chir. c. 547 cf. Pel. c. 63, 65.

2 eg. sanie *om. P* ‖ 5 in aliquo o. l. *P* ‖ 8 vel quae s. dissipata *P* ‖ 11 cru et curemam *A* cui et curamina contrita *P* curcumam *M* cui et corbem c. *margo* crumenam *ed. pr. corr. Chir.* ‖ 12 labia *A ed. pr.* ‖ 13 ad cur. *om. P* | compos. *om. P* | teneto *A* ‖ 14 mixtam in c. aut quod m. d. *P* mixta *om. A* ‖ 15 ita *om. A* | ad locum *A* ‖ 16 cum — bibat *om. A* | cum vero m. voluerit plus, offer ei a. *P* ‖ 18 per nares c. dare *P Chir.*
23 sp. ustam *P* | thus masculum polline commixto *A* masculi *om. P*

commixtum impone ad locum qui laesus est, et si vulnus
2 factum fuerit in cartilagine, hac ratione curato. Interdum animali despumato remissus semel de palato sanguis non potest reprimi, propter quam necessitatem, sicut suprascriptum est, in loco, in quo sagitta ruptum est palatum, spongiam imponis caputque eius sursum constringe et aqua
3 frigida renes cerebrumque testiculosque perfundis. Quae res si tardius subvenit, acaciam nigram et turis pollinem aequis ponderibus ex aceto acerrimo temperabis totumque caput illinies, donec sanguis ipsa constrictione claudatur.

XXXV. De palato si vena se non clauserit.

III 35 Schn. Mature periculum creat, cum incisa vena claudi non potest in palato; sed continuo sanguinis profluvium inhibetur, si aut candenti cauterio fuerit meatus ille combustus et suspensum altius caput. Cum per nares sanguis defluit nec potest aliter retineri, coriandrum viridem sufficienter tundes sucumque eius expressum substricto equo naribus infundes: frigore naturali venas protinus claudit; chartam etiam et lanam combures ipsumque pulverem per fistulam insufflabis naribus.

XXXVI. De genere et qualitate mucorum qui per nares fluunt.

III 36 Schn. Mucorum etiam qualitates, qui per nares effluunt, convenit nosse; ex quibus genus passionis ostenditur et causa

15 Pel. c. 307. 19 Pel. c. 305. 23 Pel. c. 59 cf. Veg. I 38, 2.

1 commixta imponito *P* ‖ 3 animali despumanti emissus *P* animal despumatum *vulg.* ‖ 4 deprimi *A* ‖ 5 tactum est palato *P* ‖ 8 acatiam *ed pr.* aciam *P* ‖ 9 partibus *P* ‖ 10 ipsa c. *om. P* donec sanguinet ipsa confricatione *A*

11 si v. incisa claudi non possit *P* ‖ 12 maturum *P* | incisa *om. A* ‖ 13 cont. profluit sanguis; prohibetur autem si *P* ‖ 14 si autem *A* | cauterio *om. A* | locus ille *P* ‖ 15 cum vero *P* ‖ 17 expressum equi naribus suffundis quod n. frigiditate *P* ‖ 18 venas *om. A* ‖ 20 flabis in nares *P* insuffla in narem *A*

22 exeunt *P*

cognita facilius curari potest. Mucus limpidus cotidianus est et nisi nimius fuerit, non debet esse suspectus. Crassus autem et candidus a cerebro defluit et admonet ad medelam capitis festinandum. Rubens, tenuis, frigidus veteris perfrictionis prodit iniuriam; propter quod thermanticis potionibus calefieri animal oportet. Caeruleus, i. fuscus, levis ab interioribus venit, qui indicat febrem: et ideo conveniens lexipyretos adhibenda curatio est. Crassus autem, spumosus et pallidus a pulmonibus nascitur, 2
qui suspiriosos ostendit; quibus difficile, nisi festinatum fuerit, subvenitur. Faecaceus vero a glandulis serpit, quae celeriter aut eximendae sunt aut ferro curandae, ne convertantur in morbum.

XXXVII. De cyferino i. cum post cursum sanguis de naribus fluit.

Saepe ictu vulneris animalibus per nares sanguis fluit, III 37 Schn.
quod vitium cyferion vocant, quod praecipue contingit, si equus ultra vires cogatur ad cursum. Omni corpore oleo et aceto perungendum est animal ac loco tepido statuendum, cooperiendum etiam diligenter, danda quoque opera, ut molliter cubet nec ad deambulandum cogatur, sed cibo diligentius

16 Chir. c. 550 cf. c. 335.

2 minus f. *ed. pr.* ‖ 3 profluit *P* ‖ 4 rubius *A* rubeus *Pel.* ‖ 5 perstrictionis *P* perfricationis *A* ‖ 7 lenis *AP* ‖ 8 competens *AP* | liptomiris *P* loptiperus *A* leptiperisis id est piretran *ed. pr. corr. Schn.* ‖ 9 crossus *A* | ad pulmonem n. *A* ‖ 10 suspiciosus ostenditur *A* o. et nisi f. f. difficile subv. *P* ‖ 11 fabaceus *vulg.* faulcius *A corr. ex Pel.* ‖ 12 ferro *om. AP*

14 de fluxu sanguinis per nares ex vulnere quod ciferion dicitur *P* ‖ 16 saepissime *AP* | ictu vulnerante *P* | profluit *P* ‖ 17 cuferion *ed. pr.* tyferion *A* cif. *P* | maxime *P* ‖ 18 agatur *ed. pr.* | unde oleo et a. corpus animalis totum ungendum est *P* ‖ 19 ac loco *rursus incipit L*, *v. p. 127*, *18* | ac l. t. stat. *om. P* ‖ 20 quoque *L* que *vulg.* ‖ 21 ne ad *LA*

reparetur. Tunc rutae unc. I cum lacte conteres et per cornu naribus infundes. Quodsi ruta defuerit, aristolochiae unc. I, croci semunc. cum vino dulci conterito et deicito per nares. Similiter coriandri viridis sucum exprimes et naribus infundes.

XXXVIII. De polyposo.

III 38 Schn. Si polypus oritur in naribus, praecluso spiramine strangulabitur, stertet, humidi profluent muci: periculosa passio, nisi haec medicina subvenerit. Si prope polypus fuerit, acutissimo exsecabitur ferramento, curandus his rebus, quibus circumcisa sanantur. Si vero altius fuerit, cauterem plumbeum quadratum facies, ex quo calefacto polypum frequenter inures, et sic polypum sanas.

XXXIX. De siderato.

III 39 Schn. Iumentum si fuerit sideratum, his agnoscitur signis. Labia eius et maxillae nec non etiam nares depravantur in parte ita ut vix cibaria dentibus colligat. Quae etiam humoribus plena reperies, et cum voluerit bibere, os usque ad nares demerget in aquam, quia infirma sunt labia,
2 quibus haustus attrahitur. Aceto et sale lingua eius et

---

7 Chir. c. 551. 343. 15 Chir. c. 562. 20 Chir. c. 563.

---

1 temperetur *P* reperetur *A* | erucae *ed. pr. A* | unc. s *PA* || 2 eruca *ed. pr. A* || 4 deicito *om. L* inice *P* coniecto *A* | exprimens n. i. *L*

6 polypo *ed. pr. AP* || 7 si *om. A* si polypum sortitur *L* | foramine *P* || 8 pericula passionis plurima. haec *ed. pr. A* periculosa p. est si haec m. non s. *P* || 9 subvenerit *L* -nit *vulg.* | polyposus *L* || 10 secabitur ferro et cura h. r. *P* | curandum *ed. pr.* curans *A* || 11 alpius *L* intus *Chir.* ἐνδοτέρω καὶ μετέωρος *Hipp.* | cauterem *L* -rium *vulg.* || 13 sic eum sana *P*

15 cogn. *P* || 16 labra *L* | l. eius m. et n. *P* | nares eius *ed. pr.* || 17 in partem *LA* | ita *om. L* | colligat *LP Chir.* conlidat *A* illidat *ed. pr.* || 18 et *om. L* || 20 haustis *A* angustus a. spiritus. unde *P*

labia diutissime perfricantur, donec sanguis emanet. Tertia die causticum crudum in illa parte labii impones, quae sensit iniuriam, cum cautela, ut prius alliges linguam, ne medicamenti violentia noceat. Cum medicamento labia deusta videris, aqua lavabis, deinde aceto et oleo fovebis sicut alia vulnera; hac ratione sanabitur. Si vero 3 maxillam sideratam habuerit et tortam, de temporibus partis ipsius sanguinem detrahes, fimum bubalum acerrimo aceto miscebis et diutissime decoques et parti, ex qua sanguinem detraxeris, calidum induces saepius, ut et siccet et curet, hac usurus potione: trixaginem, hyssopum silvaticum, origanum, serpyllum, aristolochiam, mannam croci pro aequis ponderibus contundito atque cribrato, ex quo pulvere plenum cocleare cum aqua mulsa, oleo et vino per narem sinistram ad unam heminam cotidie oportet infundi.

XL. De observatione flebotomi.

Convenit de cervicis curatione dicturo observationem III 40 Schn. indicare flebotomi, quia circa ea loca frequenter operatur. Detracturus sanguinem animal a cibo abstinebis et potu, aequali loco constitues. Tunc lorum supra cervices alius teneat atque constringat ad normam, ut vena facilius

6 Chir. c. 560. 11 Chir. c. 561. 18 Chir. c. 564 cf. Veg. I 22, 3.

2 imponis *ed. pr. AP* ‖ 3 sentit *ed. pr. A* | ubi pr. *P* ‖ 5 deusta *LP* perusta *vulg.* | videris *ed. pr.* pervidebis *L* pervideris *A* perungeris *P* ‖ 6 et sicut *P* | et hac r. curabitur *ed. pr. A* ‖ 7 et tortam *om. AP* | haec est cura *add. ed. pr. A* ‖ 8 bubulum *ed. pr. P* bubulinum *A* ‖ 9 permiscebis *ed. pr. A* | et parti ex qua *AP* dec. partim ex aqua s. detr. *L* p. temporum *ed. pr.* ‖ 10 extraxeris *ed. pr. A* detrahes *P* | ut exsiccetur et curet *ed. pr.* nisi siccet et c. *P* ‖ 11 hac — 16 infundi *om. P.* | usus *ed. pr.* | traxaginem *LA* ‖ 12 origenium *L* | manum cr. *L* m. *om. A* ‖ 13 partibus *L* ‖ 14 cum aqua et vino *A*
18 cervicum c. *PA* | dictare et de o. *P* ‖ 21 loco soli *L* l. solum *P* | Tunc *usque ad finem cap. om. P* | locum *vulg.* | cervicem *ed. pr. A* ‖ 22 et ad str. *ed. pr.* et str. *A* | ut app. norma fac. A

appareat. Deinde supra laqueum de sinistrae manus pollice
2 venam deprimes ne ludat, cum sagitta tangitur. Duae
autem venae a capite summo descendunt et conveniunt se
sub maxillis usque ad gulam; inde a geminis venis inferius
quatuor digitis ferramentum deprimis, ne in gulam mittas
et bifurcum tangas et iumentum occidas statim. Sagittam
duobus digitis tenebis, ne plus ferri imprimas, quam extra
3 digitos eminebat. Nihilominus etiam mediano digito ma-
num tuam moderando suspende, ut sit levior, ne vehemen-
tius imprimas quam oportet, quia non plus debet quam
mucro descendere. Si parum apte profluat sanguis, iumento
faenum dabis aut aliquid, quod manducet. Agitatione
maxillarum plus sanguinis vena profluet.

XLI. De cervicibus.

III 41 Schn. Si iumentum cervicem eiecerit aut laxaverit aut certe
vertibula eiecerit vel extorserit, hac ratione curabitur.
Deponito iumentum atque constringito et cervicem eius
extendito supra fossam, donec omnia vertibula laxentur.
2 Post oleum vetus et axungiam veterem tunsam colatamque
permisces et cum calefacto eodem unguento cervicem dili-
genter infundis, in locum reponis et fasciam tenuem et
amplam ex oleo tepido et vino madefactam alligabis ad
3 corpus. Lanas quoque sucidas ex oleo et vino infusas
supra conectes, post regulis tiliagineis non minus quatuor

6 Chir. c. 565. 15 Chir. c. 566.

1 lacum *L* ‖ 2 deprimas *ed. pr. A* | tum s. tangas *ed. pr.* cum s. tangis *A* ‖ 3 sum | desc. *L* ‖ 4 inferius *deficit L usque ad c. 43, 2* ‖ 5 deponito *A* ‖ 6 tangis et i. occidis *A* | statim *om. A* ‖ 7 nec *ed. pr. A* ‖ 8 eminebit *A* ‖ 9 suspense *A* | ne *om. A* ‖ 10 imprimat *A*

14 *deest titulus in P qui cap. XL et XLI coniungit* ‖ 15 aut l. — eiecerit *om. P* | certe *om. A* ‖ 17 depone i. in terram et constringe *P* deposito iumento atq. c. *A* ‖ 18 formam *Chir.* ‖ 19 tonsam *A* ‖ 21 ad l. *A* ‖ 24 convertes *ed. pr.* | regula soleaginiis *ed. pr.* regulis stilliaginis *A corr. Chir.*

digitis, ita ut tantum spatii sit inter regulas alligatas et conexas, et lino constringes. Et si aestas fuerit, quater in die suffundis; si hiems, bis. Cum nodum fecerit, regulas solves die quinquagesimo et primo; post unctionibus uteris, donec ad sanitatem perducas. Si tardius confirmabitur, ures reticulatim et solemniter usta curabis.

XLII. De malandria i. de vulneribus cervicis.

Si iumento malandriam de cervice auferre volueris, III 42 Schn.
ita facies. Candentia prius cauteria praeparabis, deinde ferramento decarnabis sic, ne nervos tangas, et venulas, quascunque videris emittere sanguinem, aduris, ut possit cruoris fluxus inhiberi. Cave autem, ne cauteriis plus aduras et indignatione nervorum periculum facias. Post 2
axungia veteri cervicem perfricabis et fascia munies. Sequenti quoque die cataplasma imponere incipies ablatoque fervore lotio calido fovebis, deinde aceto et oleo dilues et medicamentis aptis curabis. Si iam videris cicatricem pilos renovare, pulverem ex canino capite combusto et adipem suillum recentem permisces et inducis: ex quo medicamento et sanitas consequitur et pilorum redit ornatus.

---

2 Chir. c. 567. 9 Chir. c. 568. 16 Chir. c. 569.

---

1 digitis amplis ita *A* ‖ 2 ex lino constringis *A* ‖ 3 modum *vulg. corr. Chir.* | feceris *A* ‖ 4 hoc die *vulg.* ‖ 5 unct. veteribus *A* | tarde *A* ‖ 6 confirmabit *ed. pr.* | vires regulatim et s. *ed. pr.* | uris *A qui* et *om.* ‖ p. 134, 19 — p. 135, 7 *sic in P:* colatamq. miscebis et cum hoc unguento calido cervicem d. infunde et superpone stuppam infusam oleo tepido et vino ligando optime, vel etiam lanam sucidam quae melior est; superpone astellas quatuor digitis latas lino obvolutas et liga decenter. Et si aestas fuerit, quater in die suffundes.

8 de vulnere cervicis dicto m. *P* ‖ 9 malandria *ed. pr. A* ‖ 11 et sic custodiendo nervos venulas . . . adure *P* | ut n. t. *A* ‖ 13 cave — facias *om. P* | plus *om. A* ‖ 14 uras et ex i. *A* ‖ 17 que *om. A* | ferunta *ed. pr. A* fervore *P* fervore *et* fervura *Chir.* ‖ 17 a loceo *A* | et deinde *A* ‖ 18 si — 21 ornatus *om. P* ‖ 19 comburito A ‖ 21 redibit *A*

XLIII. De destillatione cervicis.

III 43 Schn. Si cervix destillationem patiatur, tumidior videbitur quam oportet; fetorem habebit canceraticum cum humore nigro et liquido. Cuius foramina scrutaberis diligenter, ne ulterius inter nervos aut armos sinum destillatio fecerit. Quod si accidit, pauca hinc difficulter evadunt. Nam his signis discrimen ostenditur: stridet de pectore et per nares
2 humorem liquidum proicit. Hac ratione curabis. Foramina desuper marrubio et sale pariter contuso implebis atque calcabis, subter autem cataplasmate apposito laxabis. Et si loci condicio patietur, diaeresin dabis, ut foras per plagam humor emanet. Tertio quoque die calida urina lavabis, deinde traumatico et pannis lineis limpida et depurata vulnera curare incipies, cuius compositio talis est: ervi pollinis sext., iris Illyricae unc. II, turis masculi unc. II miscebis et facies cephalicum medicamentum, quo uteris ad consummationem medelae.

XLIV. De dissolutione scapularum.

III 44 Schn. Quodsi iumento scapulae fuerint dissolutae, diligenter inspicies, ne quas inter nervos aut commissuras pendigines fecerit; quas si inveneris, ex quacunque parte plagas acci-

---

2 Chir. c. 570. 8 Chir. c. 571. 19 Chir. c. 572.

---

1. 2 distillatione *vulg.* ‖ 3 h. causa ceraticum *A* ‖ 4 scrutare *P* ‖ 5 aut armos sit distillatio *P* aut amorsinum distillatio f. *A* aut armorsimum distillationem f. *ed. pr.* ‖ 6 pauca *rursus incipit L, v. p. 134, 4* | huic *P om. L* ‖ 7 discr. *om. L* | in p. *P* | narem *L* ‖ 8 humorem *om. A* ‖ 9 desupra *L* ‖ 10 subtus *P* ‖ 11 pateretur *AP* patitur *L* ‖ 12 die calida *om. A* ‖ 13 deinde — 17 medelae *om. P* ‖ 14 depurgata *L* purata iam *ed. pr. A* | sanare *ed. pr.* ‖ 15 herbi pollinem *LA* (-ne) ‖ 16 faliscum medicamen quod *L* ‖ 17 consumptionem *ed. pr. A*

18 c. XLIV *om. A* ‖ 20 inspicias *ed. pr.* | si ne *L* | aut *L Chir.* et *vulg.* ‖ 21 faciat *ed. pr.* | quod si *ed. pr.* | ex *om. ed. pr.* | accipiunt *P* a. potuerit *L*

pere poterit, cataplasmatibus mollire et scalpello vel cautere aperire curabis, ut sanies illa collectionis egeratur. Foraminibus autem traumaticum et linteola sicca calcabis. Si quod inter nervos foramen factum fuerit, cautissime 2
curato, ne ulterius aut ferrum aut cauterium procedat, neque tumorem neque putredinem lavabis, sed magis siccis omnibus curare festina; nam omnis humor destillationi praestat augmentum. Cum incisa vel usta duxerint cicatricem, ad confirmationem in ultimum imponetur causticum.

XLV. De armis laesis.

Si armos laeserit, in medio crure utroque solvuntur III 45 Schn.
venae, et pulvere turis cum eo qui profluit sanguis copiose immixto armi liniuntur. Quodsi plus profluat quam necesse est, stercus ipsius iumenti fluentibus imponitur venis et fasciis alligatur. Postero quoque die quasi epaphaeresis 2
sit, et ex eisdem locis sanguis detrahitur atque similis in omnibus cura procedit. Ab hordeo abstinebitur, faeno sustentabitur exiguo per triduum. deinde porri suci III cyathos et olei heminam miscebis et per cornu faucibus infundes. Post sextum diem lente ingredi cogatur, et cum 3
ambulaverit, mittatur in piscinam vel flumen aut mare,

---

11 Pel. c. 43.

---

2 atque collectio defluat *ed. pr.* ‖ 3 in f. *P* | reaugmaticum linteolo s. *P* | dabis *ed. pr.* ‖ 5 cautere procidat *L* ‖ 6 putorem n. p. *ed. pr.* | lavis *ed. pr.* laves *P* ‖ 7 curabis *L* | nam *usque ad finem om. P* | nam] quum *L* | distillationem praestat ad aug. *L* ‖ 9 pro c. in ultimo c. imponitur *ed. pr.*

11 armus l. *L* armus laesus erit *ed. pr. A* | utraeq. *ed. pr. A* utriusq. *P om. L corr. ex Pel.* | solventur *ed. pr. A* ‖ 12 pulverem *ed. pr.* | et cum *P* | sanguine *ed. pr. P* | copiosissime *ed. pr.* ‖ 13 liniantur *ed. pr. A* ‖ 14 sit *ed. pr. A* | imponetur *L* ‖ 15 alligatu[s]r *L* alligabitur *A* | aproferisis *L* apoferesis *ed. pr. P* apofresis *A* ‖ 16 atq. — procedit *om. P* | in omni muscura procidet *L* ‖ 17 ab hordeo abstinebis eum f. sustentato exiguum *A* ‖ 18 p. succum *L* suci p. *P* suci *om. ed. pr. A* ‖ *§§ 3—5 om. P*

uti natet, cum spartea et pannis vincto pede; postea fir-
4 mioribus cibis ad saginam pristinam revocandus est. Si
leviter dolebit, vino et oleo tepefacto perfricetur in sole;
si validius dolebit, ventum in armum mittito atque per-
tundito a summa iuba infra digitos octo, ne cartilaginem
tangas. Et cum inflaveris, ferula vel virga molli armum
caedito, sale et oleo perfricato ipso die, postero tracta
5 uteris, cuius haec erit compositio: similae sext. II, si de-
fuerit, pollinis triticei sext. II cum aceto acri et cum
tribus ovis miscebis; sed ovorum solum album mittes:
adicies etiam pulveris turis unc. s. Quae omnia manu
subigis et in armos inducis et per dies multos armum
aqua calida cum flore faeni fovebis diligenter, ut mollescat,
tractam cotidie imponito, de vino puro armum lavato
6 additurus unguentum: bacas lauri selib., olei sext., vini
boni sext., nitri unc. III, sed nitrum et bacas lauri in
7 pulverem rediges et cribrabis. Ex quo in sole, cum calida
armus fomentatus fuerit, inungatur ex tepido et diutissime
confricetur. Post synchrisma ad curandos armos inducitur,
et cum melius habuerit, natatum mittito. Quodsi eiecerit,
iuxta consuetudinem ad rotam armum reponito et supra-
scriptis medicamentis curato. Si non senserit, ultimum
8 est ut uratur. Armi doloris haec sunt signa: pedem
priorem tentum quasi rigidum aforis extrahit; sed con-
venit inspici diligenter, utrum ex percussura vel casu

---

2 Pel. c. 44 cf. Chir. c. 580.

---

1 spartia ÷ et ponis vinctum. pede et post *L* cum et parora et p. inuncto p. et post f. *A* ‖ 4 v. in armo emittito et sic p. *L* unctum varinum m. sicque *A* ‖ 5 a summa TBA *sic L* ‖ 6 aurinum c. *A* ‖ 7 die *deficit L usque ad c. 63* | stracta *vulg.* ‖ 9 defuerint *ed. pr.* | polline triticeae *A* ‖ 12 subicis et armo i. *A* ‖ 13 foveto *A* ‖ 14 tractam *A* stractam *ed. pr.* ‖ 17 et crib. *om. P* | cum aqua c. *P* ‖ 18 ungatur ex t. d. et fricetur. Prinsquam ungatur, cotidie de vino puro armum lavato; additur unguentum *P qui om.* post s. — 23 uratur. ‖ 21 ad totum a. *A* ‖ 23 dolor h. habet s. *P* ‖ 24 tantum *ed. pr. A* | trahit *P*

coeperit causa; et si ex percussura fuerit, prius locis suis reponenda sunt membra et sic reliqua facienda. Quodsi ex humore vel sanguine armi gravabuntur, sanguinem emittis a pectore vel unctionibus uteris.

XLVI. De genu emoto vel basi.

Genu vel basim si emoverit, ad tormentum rotae vel III 46 Schn. machinae locis suis eiecta restitues, lanam sucidam ex oleo et aceto infusam imponis et alligabis ex more; tertio die solves fomentabisque, post resinam induces et piculam, ad ultimum malagma uteris aut caustico.

XLVII. De fractura articuli cruris vel coxae.

Impulsu axium vel rotarum in circo vel in aliis locis III 47 Schn. varietate casuum animalibus crura franguntur aut coxae vel articuli. In qua necessitate si extra cutem fractura ossis eruperit, hoc est si † exbersen fecerit, difficilem noveris et prope insanabilem curam. Similis desperatio est, si coxam fregerit aut acrocola aut supragambam; insanabilis est casus, quia non recipit ligaturam. Si vero frac- 2
tura sit sine vulnere in his locis, quae constringi possunt, hac ratione curabis. Primo fracturam recompones et fasciis mundis scissilibus infusis ex vino et oleo conligabis: insuper lanarum munimenta coniunges et regulas circum-

---

6 Chir. c. 583. 16 Chir. c. 588 cf. Veg. II 84.

---

1 coeperit eam *ed. pr. A* | quae si *P* | ex iectura *ed. pr. A* | prius *om. A* | in l. *P* || 4 vel *om. AP*
5 de mutu genu vel basis *P* || 6 semoverit *ed. pr. A* genu si basim exierit ad torcular mitte et sic loco suo restitue et l. . . impone et liga, tertio die dissolves et f. *P* || 9 die *om. A*
12 axilium vel r. vel mali loci v. *A* || 14—18 fractum os eruperit, incurabilis est, similiter si c. fregerit, incurabilis est, quia *P* || 15 exbercen *ed. pr.* exbersen *A* exerxin *Gesn.* || 16 disparatio *A* || 17 atrocolla *A* acroceria *margo* atrocola *ed. pr.* || 20 primum f. componis *P* || 21 fascies *ed. pr.* faceis *P* fasceis *A* || 22 coniunges *om. A* | regulam *P*

duces. Iumentum autem in canterio vel in scalis vel in suspenso locato, ne fracturam vel leviter commoveat; cui cotidie mane et ad vesperam suffundes, tertio die solves et expleta curatione ligabis. Quinto quoque, septimo aut
3 nono die eadem facies, donec corpus inducat. Post haec adicies muscum de vitice aut salicis radicem et ova cruda V, verum non regulis ut prius sed cirumductis ferulis alligabis. Die tertio solves et fomentabis, de resina et axungia perunges: ubi cura profecerit, malagma vel causticum inducis, non ante tamen permittis stare iumentum, quam dies XL praetereant. Hoc autem tempus est, quo divulsa vel fracta solidantur.

XLVIII. De flegmone et marmore sive mallonibus.

III 48 Schn. Plerumque in genibus vel articulis aut flegmon oritur aut marmora aut mallones. Quae vitia ex malo humore generantur et passionem cum deformitate tumoris ostendunt: sed ista distantia est, quod flegmon tuber est molle, marmor duritiam ostendit ex nomine, mallo inflatum tuber est sine dolore. Quibus recentibus potest facilius
2 subveniri. Primo lanam sucidam ex oleo et aceto inducеs, contra aquam frigidam et currentem animal constitues; post sine ferro hac ratione curabis. Sinapis et

---

5 cf. Chir. c. 587. 22 Pel. c. 200 cf. Chir. c. 608.

---

1 in conatrio *A* cauterio *ed. pr.* || 2 aut in s. loco sit *P* vel in s. loco *ed. pr. A* velut suspensum *Gesn.* | ne fr. moveatur *P* ut fractura velut leviter commeet *margo* ne fr. flebiliter *ed. pr.* ut (aut *G*) fracturam velud leviter moveat *A* || 3 et vespere suffundis *A* || 5 postea *P* || 6 urtice *P* vertice *A* | et *AP* | filicis radicis *A* | V *om. AP* || 9 nisi *A* | caustica *A* || 9—12 *sic in P:* profecerit, hoc facias per dies XL et sic solidatur || 11 praeterea autem hoc enim *A*

13 et *om. ed. pr.* De tumore et superioris et acrium, de flegmone et marmoreo *P* || 15 marmoreum *P* marmor *A* || 17 illa *P* | tumor est mollis, marmor ostendit, mallon inflativum tuber *P* || 18 inflatus *ed. pr. A* || 20 subvenire *A* | *§§ 2—3 om. P* | in o. *A*

salis Alexandrini scrup. IIII, aceti cyath. II, axungiae
veteris selib. simul conteres et induces, post diem tertium
solvis. Si aperturam fecerit, spongiam cum aceto et lasere 3
imponis, vulnera styptico curabis. Praeterea locum, quem
curare volueris, inducto psilothro decalvas, radicem filicis
et ervum et ficus Afras contundes in pila et induces in
panno, per triduum ligatum patieris manere. Alii radicem 4
filicis et ervum cum axungia veteri et aceto acerrimo
putant oportere misceri. Item cineris quoque de foco
unc. III, calcis vivae unc. VI vino subigito ad crassitu-
dinem oxymellis, et antequam obdurescant, tubercula obline.
Quodsi assidue in recenti feceris, passionis molestia sicca- 5
bitur; si vetustiora sint, punctis subtiliter inurantur, ne
nervi igne vitientur. Talis quoque compositio spargere
flegmonem asseritur: rhododaphnes unc. III, bituminis, nitri
ana unc. III, axungiae veteris colatae unc. III. Plerique 6
dixerunt cauterio cuprino candenti duobus punctis debere
praerumpi et flegmon effundi, licinio quoque intorto cum
axungia et aceto et oleo loca, de quibus mucus eiectus
fuerit, satiari: per foramina etiam ustionis lemniscum
trahi debere, ut quidquid humoris est egeratur. Post haec 7
cataplasma ex faeno Graeco et vino confectum inducis.
Cum usta ceciderint et tumor resederit, lemniscum eximis,

5 Pel. c. 201. 7 Pel. c. 202. 194 cf. Veg. III 28, 17. 9 Pel. c. 196. 14 Pel. c. 197. 16 Chir. c. 107. 23 Chir. c. 108.

3 solo *A* solvas *G* ‖ 4 statico *A* ‖ 5 plilotro *ed. pr.* ‖ 6 herbam et ficos afros contondes impila *A* | f. aphros *ed. pr.* ‖ 7 tolle r. f. et herbam *AP* ‖ 8 fici *Pel. 202* ‖ 9 item — 14 vitientur *om. P* | item *om. A* ‖ 10 subicito *A* | crossitudinem *A* ‖ 12 passiones sine m. siccabuntur *A* passionis s. m. siccabitur *G* ‖ 14 nervi *margo* vel ne vi *A* ne vi et i. *ed. pr.* ‖ 15 rhododanes *ed. pr.* rododamum *A* ‖ 16 plurimiq. *A* ‖ 17 flegmon caut. *P* ‖ 19 et oleo *om. P* | muccus *P* muscus *ed. pr.* mucro *A* ‖ 20 satiare *ed. pr.* | lemniscum tr. d. *om. P* leniscum tritici aut qu. *A* ‖ 22 et f. *ed. pr.* | et lino et vino *P* | confectum *om. A* | induci *A* ‖ 23 cum ustum ceciderit, leniscum *A* | inducis combustio donec ceciderit et t. r. linies cum removes traumatico caustico ipsum inducendo *P*

8 traumatico curabis, ad ultimum causticum inducis. Alii sagitta pertuso corio flegmon effundunt et lanam madidam cum aceto et lasere plagis inserunt; sic spongiam cum posca acri et lasere supra vulnus imponunt: tertia die solvunt, lanam eximunt, et tetrapharmaco curant quinque
9 diebus vel septem. Si vero marmor habuerit, ex quo validius claudicet et vix flectat articulos, inurendus est leviter. Cui post fervuram malagma, quae cupressina appellatur, oportet imponi. Ex qua curatione sanitas
10 redditur et deformitas permanet. Si autem mallon in genibus vel articulis excreverit, continuo curam adhiberi oportet, ne neglecta passione deformitatem tumor augeat
11 vel obduratione diuturna convertatur in marmor. Aperies in pedibus sive genibus dextra ac sinistra vel ferro vel cauterio cuprino, sicut superius declaratum est. Lemniscum traicies cum aceto et sale et oleo, et supra cataplasma imponis, donec fervor desinat et saniem faciat. Post purgatis vitiis lemniscos eximis et traumaticum imponis et ternis diebus interpositis solves et medicamentum renovabis, donec sanetur.

XLIX. De aquatilibus.

III 49 Schn. Si aquatilia in articulis vel in gambis fuerint, frigido ferro omnino non sunt tangenda, ne abundantia humoris iumento discrimen importet. Sed utendum est scarifica-

---

1 Chir. c. 105 cf. Pel. c. 193. 6 Chir. c. 110. 10 Chir. c. 111. 15 Chir. c. 112. 22 Chir. c. 50 cf. Pel. c. 198.

---

§§ 8—11 om. P ‖ 3. 4 et lasere imponunt supra vulnus *A* ‖ 5 tetramatico *A* ‖ 6 habuerunt *A* ‖ 8 linitur *A* | feruntam *vulg. corr. Chir.* ‖ 10 et] at *Gesn.* tamen *Chir.* ‖ 15 leniscum *A* ‖ 16 ut supra *ed. pr. A* ‖ 19 trinis *A*

21 et ozaenis *add. ed. pr.* de aquatiõ *P* | 22 aut *AP* ‖ 23 omnino *om. P* ne sunt omnino *A qui* tang. *om.* | tangendi, non *P* ‖ 24 iumento *om. P* | importes *P* | scauificatione *P*

tione subtili et detractione sanguinis; post quae lanis cali-
dissimis tam cum aceto quam cum optimo sale tunso et
oleo vel axungia per dies V conliganda sunt loca. Si
tardius haec cura profecerit, utendum est ferventissimo
caustico, ut faciat ustiones. Alia quoque ratione sanantur, 2
si feclam, qua tinctores utuntur, et salem pro dimidia parte
commisceas lanamque sucidam ex aceto alliges, post diem
tertium soluturus. Si aperturam fecerit, farinam horde-
aceam ex melle coctam cum lini semine et faeno Graeco
inducis, ad ultimum malagma crudum impones. Praeterea 3
atramentum sutorium, gallulas minutas et alumen aequis
ponderibus tunsum cum axungia miscebis, addito pulvere
mali granati, nitro et aceto; quae in commune decocta
vitium, si adiungantur, emendant. Ficus siccae cum sinapi
contusae mixto aceto imponuntur. Post diem tertium so-
luto medicamento, si tardius profecerit, eadem cura reno-
vatur. Cum melius habere coeperit, alutam impone arti-
culis. Alii opopanacem cum farina hordeacea coctum in 4
modum cataplasmatis imponunt. Nonnulli fabam fractam
in aqua decoquunt et mixto melle deterunt et in panno
inducentes curant. Ad ultimum malagma cupressinum
imponunt. Plures calcem vivam et cineres ex melle et
vino commiscent et ozaenis frequenter imponunt; ad ulti-
mum caustico utuntur. Quae genera curarum et poste- 5
rioribus pedibus adhibenda veterum censet auctoritas. Usus
invenit addito sale et aceto ciliciis ozaenas defricare, donec

---

5 Chir. c. 48, 607. 10 Pel. c. 228. 14 Pel. c. 229. 18 Pel. c. 230. 19 Pel. c. 232. 25 Pel. c. 259.

---

1 quae *om.* *P* | lavis validissimis *ed. pr.* lanis clarissimis *A corr.* *P Chir.* ‖ 2 cal. aceto optimo s. *P* ‖ 3 ax. infusis *P* ‖ 5 faciant *A* ‖ *§§ 2—5 om.* *P* ‖ 6 sletam *vulg. corr. Chir.* | trictores *ed. pr.* ‖ 14 vitium supponat emendat *A* | adiungatur emendat *vulg.* ‖ 15 contonsae m. cum a. *A* ‖ 17 alliccem *ed. pr.* alleccem *A* alutam *Pel.* ‖ 18 opopanacum . . coctam *A* ‖ 23 ozinis *A* ‖ 25 cesset *A* ‖ 26 cibis ozimis *A*

cruor aut tumor emanet. Quae observatio etiamsi non persanaverit, sequentes tamen adiuvat curas.

L. De pedibus reumaticis et ventosis.

III 50 Schn. Interdum reumatici iumentorum, interdum ventosi sunt pedes. Quae vitia nunquam tangenda sunt ferro, sed exsiccanda per malagma vel causticum et aliquando urenda leviter super venas, ut cauteriis meatus, qui humorem suscipiunt, angustentur et constringantur, ut pro tempore afferant medicinam: quia in totum, etiamsi intercisae et adversae sunt venae, non poterit talis causa sanari.

LI. De impetiginibus.

III 51 Schn. Impetigines quoque in articulis vel genibus inter nervos commissuralibus locis aliquando nascuntur et fit vulnus simile ragadio et non facile sanatur, nisi stalticis vel stypticis rebus, non sine alligatura, vel interdum adustione curetur. Malagmas quoque convenientes oportet imponi.

LII. De uliginibus.

III 52 Schn. Uligines etiam in pedibus, cruribus unguibusque vel sub armis aliquando generantur, quas quidam dulcedines

4 Chir. c. 51. 12 Chir. c. 52. 18 Chir. c. 53.

1 humor *Ihmius* | enim si *A* || 2 sequens *A*
3 et v. *P* sive v. *vulg.* || 5 quoque vitia *P* || 6 malagmas *ed. pr.* || 7 leviter *om. P* | super venas *P Chir.* supernas *A* per venas *ed. pr.* | cauterii *ed. pr. A* || 8 ut constr. *A* | ut meatus *P* || 9 quia si in t. et intensae et adversae s. v. *P* adversae *etiam A* traversae *Chir.* adustae *ed. pr.*
12 in genibus vel in a. *P* || 13 nascitur ut *A* || 14 ragadie *P* | sanantur *P* | stacticis *A* || 15 ligatura ut int. ustione curentur *P* || 16 malagma q. convenienter *P* | convenientes *om. A*
17 de uligine i. dulcedine *ed. pr. A* || 18 que *om. P*

vocant; habent similitudinem scabiei. Quae cum se diffude-
rint, pedes exulcerant ad similitudinem leprae, et urgente
prurigine animalia sibi partes illas corrodunt vel alternis
pedibus confricando vulnerant. Quod vitium acritudo 2
humorum consuevit generare, et ideo curatur detractione
sanguinis, unctionibus et purgationibus ventris. Si radix
cucumeris silvatici cum nitri pulvere misceatur, infusa per
fauces humores pessimos purgat.

LIII. De podagra iumentorum.

Podagra vero nonnunquam solet occupare iumenta, III 53 Schn.
cum hominum vitium transit in pecudes. Cuius passionis
haec sunt signa: nec stare potest nec ambulare; sed si
cogatur, claudicat et saepe se proicit, sicut indigesta ex
hordeo animalia faciunt, quae propter dolorem non co-
quunt cibum. Et ideo fit horridum et corpus eius calebit, 2
venae etiam extabunt, natura submissa erit, in pedibus
stercus haerebit propter nimium eorum calorem, sicut sub-
tritis solet evenire. Cui proderit, si non sinatur accumbere, 3
sed minutim deambulet loco sicco, donec sudet. Multorum
manibus confricandum est, ut vehementius sudet, sanguinem
ei detrahes a capite de superioribus venis, sed non multum.
Sequenti die de posterioribus locis detrahes supra talos,
tertio de gambis vel desub ipsis dolorum locis. Memi- 4
neris semper parum oportere detrahere. Aquam calidam
dabis in potu, in qua adicies pulverem nitri et triticeam

---

4 Chir. c. 54. 11 Chir. c. 385. 18 Chir. c. 386.

---

1 diffecerint *margo* al. diffuderint *A* ‖ 3 ipsas *P* ‖ 4 partibus c. voluerit *margo* vulnerant *A* | a crudo vel putrido humore cons. generari *ed. pr.* *A* ‖ 5 idem *ed. pr.* | detracto sanguine *A* ‖ 6 et *om.* *A* | purgatione *P* ‖ 8 et humores *A*

10 vero *om.* *P* ‖ 11 omnium *A* | huius *P* ‖ 12 sed conatur et claudicat *A* ‖ 17 habebit *A* ‖ 18 assolet *P* ‖ 19 deambulet loco s. *A* d. per loca sicca *P* deambulare et loco s. *ed. pr.* ‖ 21 a sup. *ed. pr.* *A* ‖ 23 t. die de *P* | gammis *A* ‖ 24 semper *om.* *P*

farinam. Pollinem quoque turis acetabulum plenum in vino maceratum infundis ei triduo per nares singulas
5 cotylas. Betas etiam excoques et aquam earum ad tres cyathos suffundes, et exercebis eum singulis diebus. Ventrem quoque eidem expurgabis, ut auferatur humor pessi-
6 mus, qui descendit in venas. Hoc genus purgationis adhibebis: thymi acetabulum plenum in vino veteri dulci macerabis et singulas cotylas per nares eidem infundis, faenum viride adponis; quodsi defuerit, siccum nitro aspersum dabis. Si nihil profecerit, castretur et vitio carebit: nam podagra raro vexat eunuchos.

LIV. De orthocolis sive stilosis.

III 54 Schn. Orthocola etiam iumenta vel stilosa dicuntur, quae contractionem nervorum patiuntur in pedibus et de capitibus ungularum calcant et sunt rigidis articulis et planas
2 ungulas in terram ponere non possunt. Quod vitium nascitur ex enormitate onerum et labore confragosarum viarum. Sed hac ratione curantur: sanguinem ei desub cirro vel de coronis detrahes, ungulas bene compones, pollinem ex hordeo et resinam cum axungia decoques et ter in die perunges. Tepida quoque, in qua verbenae decoctae fuerint, confovebis et tota eius crura acopo per-
3 fricabis. Post dies V cataplasmabis eum ex polline hordei et lini semine et faeni Graeci aequis partibus ex vino

1 Chir. c. 387. 4 Chir. c. 388. 13 Chir. c. 389. 18 Chir. c. 390.

1 pollinem — 11 eunuchos *om. P* | pullinem *A* | in *om. A* || 2 ei] et *vulg.* || 3 bletas *A* || 6 venis *A*

12 articulis *AP* still. *vulg.* || 13 artocolla *A* articula *P* || 14 de *om. P Chir.* || 15 rigidi articuli *ed. pr. A* | planas *P* plenas *ed. pr. A Chir. cf. p. 147, 23* || 17 de en. *A* | ponderum *P* || 18 eis d. cerro *P* | sanguis . . trahatur *A* || 21 et tantum die p. *P* | in aqua . . cum fuerint *A* verbena d. fuerit *ed. pr.* || 22 fovebis *P* | omnia *A* | a capo *A om. G* a capite *margo* || *§§ 3—5 om. P* || 24 ponderibus *A*

decoctis: cataplasma imponis in omnibus cruribus ante
acopo perunctis ab articulis usque ad genua. Quae loca
lanis sucidis munies et fasciabis, et ter in die paulatim
incedere facies. Si hoc non profecerit, malagmam hanc 4
articulis eius imponis: hammoniaci galbani opopanacis
medullae cervinae resinae terebenthinae unc. II, apochymatis
lib., resinae frixae lib. s., oleum vetus quod sufficiat: lento
igne decoques et colabis, impones in aluta per dies pluri-
mos omnibus pedibus, donec sani sunt. Sed necessaria
festinatio est, quia sic solent remanere, si tardius cura
praestetur. Alii vero urendos censent palmatim in arti- 5
culis, sed raro etiam prodest ista medicina.

LV. De pedibus et ungulis.

Animalium ungulae asperitate ac longitudine itinerum III 55 Schn.
deteruntur et impediunt incessum. Ex tortura quoque, si
in aspero vel lapidoso itinere iumenta coguntur ad cur-
sum, indignationes oriuntur. Postremo etiamsi nulla causa
praecesserit, otiosa in stabulis ex collectione humorum in-
cipiunt claudicare. Oportet autem solum ungulae celeriter 2
aperiri, ut per inferiores partes apostemata digerantur, ne
eruptionem super coronulas faciant et difficile ac tardius
cura procedat. Cuius haec sunt signa: pedem priorem 3
planum non ponet; quodsi suspendere videris gressum,
ut diligentius intelligas causam, ungulam subradis et locum,
quem videris nigriorem, digito pulsabis; si cesserit in

---

3 Chir. c. 391. 14 cf. Chir. c. 698—701.

---

1 decocta cataplasmabis in o. *A* ‖ 2 auriculis *vulg. corr. Morgagnius*, *probat Chir.* ‖ 6 m. cerv. lib. II *ed. pr.* ‖ 7 sufficit *A* ‖ 8 alutam *ed. pr.* ablutam *A* ‖ 11 profertur *A* praestitur *ed. pr.* | paulatim *vulg. corr. Chir.*

15 deteriorantur *P* | et *om. A* | contusione *P* ‖ 16 itinere] loco *M* ‖ 17 postremo — 18 stabulis *om. P* p. autem *A* ‖ *§ 2 om. P* ‖ 20 apostema digeratur *ed. pr.* ‖ 21 difficilis ac tardior *A* ‖ 23 non *add. Schn.* | si *om. AP* | videbis gr. et ut *P* ‖ 24 ungulas subrade *P*

4 dolore et maturum fuerit, aperies et saniem emittis. Pendi-
ginem circumcides ad vivum; ex oleo roseo et aceto et
sale cum stercore ipsius linteola imponis, animal calceabis,
tertio die solvis. Si caro excrescit, gramen decoques cum
5 oleo et impones. Si videris carnem ipsam nigrescere, in-
spicies, ne aliquam fracturam habeat neque clavum aut
lapidem acutum aut spinam; propter quod fomentis et
resina utaris, ut possit educi. Cum purum videris vulnus,
6 traumaticum impone. Post quod adicies fuliginem siccam.
Cum autem compleveris curam, resinam remissam et sulfur
imponito. Quodsi adhuc in alto apostema fuerit, hordeum
vel fabam in aqua decoques et exinde fomentabis, ut
7 exinde ad maturitatem possit adduci. Subtritos pedes
fomentabis aqua calida axungiaque veteri perunges; deinde
testa candenti decoquis, alio post et sulfure pariter con-
8 trito lamina candente leviter ures per triduum. Si vero
contuderit, sanguinem de corona emittes et calida fomen-
tabis, axungia veteri perunges, ovinum quoque stercus cum
aceto permiscebis et imponis, quamvis alii caprinum effi-
cacius credant.

LVI. Si pulmunculum ad aperturam fecerit.

III 56 Schn. Si iumentum ad aperturam pulmunculum fecerit, scias totum solum, hoc est assem, hac ratione tollendum: ungulam subradis, deinde inter commissuram calcis et assis in circuitu incidis, sublevabis a parte priore et solum calcis

13 Pel. c. 254.

1 manare permitte *P* | pendaginem *A* || 2 et ex oleo aceto et s. *P* | roseo *om.* *A* || 3 lentiola *A* | calcabis *A* || 5 inspicies *om.* *P* || 6 aut cl. *P* || 7 vel sp. *P* | frumenta et r. uteris *P* || 10 remissum et s. imponis *P* || 11 impone *A* | quodsi — 14 perunges *om.* *P* || 14 axungiaq. perungi *A* || 15 recoque *P* decoqui *A* | alio *Schn.* *Pel.* oleo *vulg.* || 16 lana *ed. pr.* *A* | inures *A* *Pel.* || 17 contonderit *A* || 18 ovillum *P* || 19 miscebis *P* *qui cet. om.*

21 ex ap. *P* si pulmunculus exhaustum fecerit *A* || 22 in aperturam *A* p. in apertum f. *P* || 23 solum *om.* *A* | asse *P* a se *A*

retroversus expelles. Ubicunque pulmunculus fuerit, radis
ad vivum et adicies linamentum ex oleo et aceto et sale
et stercore ipsius, impones et calceas, tertia die solvis et
tollis. Post hoc fomentabis: farinam hordeaceam, resinam 2
et acetum decoques, per triduum impones. Hoc enim medi-
camento etiam fracturam curabis, si frequenter apponas.
Post etiam traumaticum cum linamento impone, et cum
corpus fecerit, corium mali granati et bitumen Iudaicum
ex aceto decoques et impones triduo, et cum solveris,
iterum impone, donec obdurescat in cornu.

LVII. Si exungulaverit iumentum.

Si exungulaverit iumentum, cura difficilis, sed pro- III 57 Schn.
futura, si non egebit industria. Papyrum candelarum pur-
gatam subtiliter carpis, intingis in ovi crudi albumento,
circa nudatum pedem in circuitu pones, panno et fasciolo
superligabis, post diem tertium solvis, fomentabis farina
frumentacea, resina, aceto et melle pariter decoctis; inter-
dum lomentum pro farina mittis. Si vulnus non erit 2
purum, vino tepido lavabis, linamenta cum melle impone:
cum purgaveris, traumatico uteris. Cum autem duxerit
cicatricem, corium fabae cum pelle cervina combures, ex
melle temperabis, addito pulvere bituminis Iudaici et mali
granati cum aceto. Alternis diebus medicamentum reno-
vabis, donec cornu ungulam faciat. Ad ultimum sparteam 3

---

2 et *om.* *P* | liniamentum *P* lanam. *vulg.* ‖ 3 imponas *ed. pr.* *del. Gesn.* | solvis et *om.* *AP* ‖ 4 frumentabis *P* ‖ 6 si *om.* *AP* ‖ 7 cum *om.* *P* ‖ 8 coreum male grati *A* ‖ 9 triduum *A* | solvit *AP*

11 et si suffusionem pedum patiatur *add.* *ed. pr.* ‖ 12 si e. i. *om.* *AP* ‖ 13 candelae bene subt. c. *P* candelae purgatum *A* ‖ 14 albugine *P* ‖ 15 circuitum *ed. pr.* | impones *P* ‖ 17 frumenticia *P* -tacia *A* ‖ 18 iumentum *A* *ed. pr.* stercus iumentinum *P* ‖ 19 liniamenta *vulg.* | pone *AP* ‖ 20 purgaverit *vulg.* | cum duxeris c. *P* ‖ 21 cor. fave cum melle cum vino *AP* (fove) ‖ 23 medicamenta *P* -to *A* ‖ 24 corium ung. *P*

veterem contundes, ex aceto in olla nova decoques, ex quo ungulam obdurescentem obvolves et ad plenam revocas sanitatem. Si suffusiones pedes patiantur, ficus siccas cum sale pro aequa parte contunde et ungulis impone.

LVIII. De pedibus attritis sive mollibus.

III 58 Schn. Animalibus exiguae ungulae crescunt vel attritae reparantur, si alii capita VII, rutae manipulos III, aluminis tunsi et cribrati unc. VII, axungiae veteris pond. II, stercoris asinini plenam manum commisceas ac decoquas et utaris. Prudentius consilium est pedum tueri sanitatem quam passionem curare. Corroborantur autem ungulae, si iumenta mundissime et sine stercore vel humore stabu-
2 lentur et stabula roboreis pontilibus consternantur. Articuli quoque vel suffragines post iter calida foveantur et vino. Naturaliter autem molles ungulae solidantur, si hederae seminis duas partes et aluminis rotundi unam partem pariter contundas et calceatis pedibus per multos dies inducas. Item subtritis pedibus prodest: picis liquidae selib., aceti hem., salis lib., foliorum hederae quantum sufficit pariter contundis, et laboranti cotidie pedes perunges.
3 Mollissimae ungulae hoc uno medicamine, quo potentius nihil est, assolent indurari: lacertum vivum viridem in ollam novam mittis, adicies olei veteris lib. I, aluminis

---

3 Pel. c. 227. 7 Pel. c. 231 cf. Veg. I 56, 28. 12 Pel. c. 226 cf. Veg. I 56, 27. 16 Pel. c. 253. 19 Pel. c. 264. 22 cf. Hipp. p. 296. 242.

---

2 ex quo obdurescente u. involves *P* ex quo u. obdurescente obvolvas *A* || 3 suffisionem *P*

7 a. exungulae cr. *A* || 8 si *om.* *AP* | man. IIII *AP*, *Pel. numeri differunt* | 10 commiscua sint ac d. et uteris *P* || 11 prudentis *P* || 12 sanare *A* || 13 et *om.* *ed. pr.* || 14 stabula *ins. Schn.* | pontibus *ed. pr.* || 15 calido f. vino *ed. pr.* *A* || 16 naturales *AP* || 19 picem l. semis lib. *A* || 20 aceti — lib. *om.* *AP pro quibus* aluminis selib. *Pel.* | foliorum h. *P* h. foliis *ed. pr.* *A*

scissi Iudaici selib., cerae lib. I, absinthii tunsi selib. et
decoques cum lacerto. Cum fuerit resolutum, calentia uni- 4
versa colabis abiectisque ossibus et purgamentis liquatum
medicamen in ollam remittes; et cum ungues indurare
volueris, ungulam subradis et factum unguentum in cannam
viridem mittes, adhibitis carbonibus prope fervens per
cannam instillas ungulis: provisurus ne coronam tangas
aut ranulas, sed his exceptis in solo et in circuitu soli-
daturus ungulam confricabis. Memineris autem ungulas 5
excrescendo renovari, et ideo interpositis diebus vel sin-
gulis mensibus talis cura non deerit, per quam naturae
emendatur infirmitas.

LIX. De dorso confirmando.

Animalium dorsa ut laboris plurimum sentiunt, ita III 59 Schn.
diligentius sunt curanda. Exceptis enim his, qui deputati
sunt circo, reliquum equorum mulorum asinorumque genus
sub sellis aut sagmis solo tergo praestat officium. Unde
laudabilior industria est, quae incolumitatem tuetur quam
quae cupit laesa curare. Nam diligenter defendit a vitio, 2
si centones vel saga primum sufficientia deinde mollia
imponantur et lota atque ad tempus diligenter excussa,
ne aliquid sordium aut asperitatis inhaereat, quod sub
pondere inulceret pellem. Tunc sagmarum vel sellarum
mensura conveniens et apta qualitas debet adhiberi. Si 3
enim ista minora fuerint vel maiora, angustiora vel ultra
modum lata vel quae non congruunt, graviter nocent.

---

1 scissi *om. ed. pr.* || 5 et factum *om. P* factum *om. A* || 6 vir. ponis *P* || 8 ramulas *P* | sed his — 9 ungulas *om. P* | si *ed. pr.* sed *A* || 11 desit *P*

15 diligentis scrutanda *P* diligenter cur. *A* || 16 circa *P* | mul. equ. as. *ed. pr. A* || 17 signis *A* || 18 vel laud. *P* || 19 coepit *A* | curari *ed. pr.* || 20 et si *P* | sagapinum suff. *AP* | sufficient *A* || 21 lata ut quae *P* | utque *A* | excussi *P* || 22 sordidum *vulg. corr. Gesn.* | asperitas *AP* | quae *A* || 23 exulceret *MV* | et sel. *AP* || 26 vel *om. AP*

Hinc enim collisiones, suppurationes apostemataque nascuntur, cum nimis locus inaequali premitur pondere vel discindente tractura mercurius aut spina deteritur. Ipsorum quoque ponderum, etiamsi in stratis nulla sit culpa, enormitas nocet, et ideo temperanda est mensura, ne ferat vulnus.

LX. De dorso curando iam laeso.

III 60 Schn. Quodsi dorsum sedentis iniuria tumere iam coeperit, in recenti statim mallonem ceparum, i. calamos siccos unde fasces dependent, in aquam ferventissimam mittis et aliquamdiu maceratum calidum super tumorem impones, fascia constringes vel cordiscum superimpones, una quoque nocte manere patieris: absque suppuratione palpa-
2 bitur tumor. Quodsi clavum fecerit, farinam hordeaceam cum foliis caulium contundis pariter et tepidam impones. Cinerem quoque cum oleo miscebis et inducis, quamdiu clavus cadat: cum ceciderit, lipara utere cum minutissimis pannis vel melle cum linteolis. Cum ulcus purgaveris, lycio percurabis.

LXI. Si pulmunculus nascitur in dorso animalis.

III 61 Schn. Si pulmunculus natus fuerit in dorso, difficile est eum medicamentorum appositione siccari. Sed si parvulus fuerit,

---

8 Pel. c. 168 cf. Veg. I 63. 14 Pel. c. 169. 16 Pel. c. 181. 21 Pel. c. 182. 171.

---

1 enim *om. P* | suspirationes *A* suppatationes apostataq. *P* || 2 locis inaequalibus *ed. pr.* locus inaequalis *AP* | pondere *om. AP* || 3 discindentes tractura in curvis *P* discendentes tractaturam m. *A* discentes tracturam m. *ed. pr.* indecente stratura *Conr. Gesn.* || 4 pondere *ed. pr.* | in stantis *A* || 5 inferat *ed. pr.*
9 in cedenti *A* | calurnos *AP* || 10 rependent *AP* | mittis *om. A* || 11 apponis *AP* || 12 unaquaque *AP* || 13 patiens *A* | et absq. *P* || 15 ponis *AP* || 16 diu *om. A* || 17 lippa *AP* || 18 mel *ed. pr.* melle cum *om. A* | curaveris *AP* purgaverit *ed. pr.*
21 in d. *om. AP* | eum] cum *AP* || 22 curare vel siccari *P* | fuerit *om. AP*

cautere et praecipue cuprino aperiendus est, ut sanies quam collegerat, egeratur: tunc curandus est, sicut moris est usta curari. Sed commodius est pulmunculum decussatim ferro secare et eximere, ita ut pellem admodum recidas, ne, cum cicatricem duxerit, inveniatur epidermis. Oleum, acetum et salem continuo addis in plagam, et ne 2
nimius sanguis erumpat, stercus ipsius vulneri superponis et colligabis; die postero folia caulium tunsa cum oleo et aceto imponuntur per dies V. Cum iam ducere cicatricem coeperit, lycio curabitur.

LXII. Si vulnus fecerit.

Si vero fecerit vulnus, indulgebis otium, ut diligentius III 62 Schn.
curetur et recepta sanitas confirmetur indutiis, nec imponendus est labor, qui rescindat adhuc teneras cicatrices. Sanatur autem ulcus, si gallas Syriacas combustas cum melle superimponas. Pulveres quoque corticum pini et florem calcis vivae aequo pondere miscebis et vulneribus inspergis. Pilulas quoque cupressi tunsas et cribratas et 2
cortices quercus tritos et in pulverem redactos mittis. Praeterea ossa sepiarum et testas etiam ostrearum in pulverem rediges et aerei quoque vasis fuliginem pariter miscebis, quae bene tunsa si frequenter asperseris, siccatum vulnus ducet celerius cicatricem.

---

12 Pel. c. 164. 16 Pel. c. 165. 19 Pel. c. 174. 21 Pel. c. 170.

---

2 quae collecturam fecerit *AP* || 3 decussatum *AP* || 4 ita *om. AP* || 5 praecidas *ed. pr.* | epidarmus *A ed. pr.* || 7 minus *A* | superimponis *P* || 8 die postremo *AP* postero *Pel.* tertio *ed. pr.* || 10 lotio *A*

13 et cur. *P* || 14 rescindit et adh. *P* || 15 sanatur omne u. *P* || 16 superponas *ex* -es *A* | pulverem *P* || 17 flos *vulg.* | insparges *P* || 19 corticem q. tritum et . . redactum *P* || 20 et *om. P* | bestiarum *A* || 21 et aerei] ex aeris *AP* | vase *A* | 22 asperserit *A*

LXIII. Ut pili renascantur.

III 63 Schn. Quodsi pili tardius crescunt, vivam testudinem supra sarmenta combures et cineres eius in novum caccabum mittes, additis unciis III aluminis crudi, medullae etiam cervinae quod sufficit, ex vino infuso decoques et diebus plurimis imponis. Revocare pilos creditur pulvis de faba combusta vel de lupinis crudis vel de foliis ficuum combustis, si vino commixtus superponatur assidue. Quodsi nulla praecedente causa decidunt pili, spicam nardi et uvam passam pariter tundes et ex aceto decoques calidumque medicamen glabro corpori impones.

LXIV. Ut pili ex albis nigrescant.

III 64 Schn. Si album pilum nigrescere cupias, atramenti sutorii scrup. III, rhododaphnes sucum scrup. IV, sevi caprini quod sufficit, pariter temperabis et uteris.

---

2 Pel. c. 166. 6 Pel. c. 167. 8 Pel. c. 176. 13 Pel. c. 175.

---

2 vivas testudines *AP* | super s. *P* t. seminas c. *A* ‖ 3 eius *om. AP* | in novo c. *AP* | caccabum *pergit L, v. p. 138, 7* ‖ 4 adicis *P* | m. etiam c. *L* m. c. etiam *P om. ed. pr. A* ‖ 5 ex v. *L* et v. *vulg.* ‖ 6 renovare creditur *A* | fabis c. *ed. pr. A* ‖ 7 fici *ed. pr.* ‖ 8 si vino] sevo *ed. pr.* | commixto *AP* | superponitur *ed. pr. AP* | vel si *AP* ‖ 9 causa] cum *A* | spica nardi uvas p. *ed. pr. AP* ‖ 10 et *om. L* ‖ 11 medicamentum *ed. pr. A* | clavorum c. *L*

12 ut albi pili n. *P* de denigrandis pilis albis *A* ‖ 13 a. utopis *L* sutoricii *ed. pr.* a. veteris *AP* ‖ 14 scrup. III *L Pel.* scrup. VII *ed. pr.* VI *A* drach. *P* | odolaphinis *ed. pr. A* | succi drach. III *P* | sibi caprini *L* ‖ 15 reparabis et uteris *A* (utaris *G*) ‖ *Inter c. LXIV et LXV inseritur lib. IV in F Ven. cf. p. XX*

LXV. Ut albescant de nigris.

Si e diverso album pilum facere volueris, cucumeris silvestris radicem lib. I, nitri scrup. XII in pulverem coges, heminam mellis adicies, quibus mixtis uteris. III 65 Schn.

LXVI. Si vermes fecerit animal.

Si vulnus in dorso vel in quacunque parte corporis habere coeperit vermes et timetur, ne putredo ulceris migret in cancrum, nepetam et cedriam sive cyminum vel cicutam conteres ex aceto et impones. Calcem quoque vivam ex aceto acerrimo temperatam necare vermes experimenta docuerunt. III 2 b Gesn. V 1 Schn.

2 Si mercurius in dorso putredinem fecerit, utilissimum est cauteriare subtiliter, post ebiscum cum melle et vino conterere et imponere. Pannos quoque minutos cum oleo et aceto vulnera purgare manifestum est. Quo facto si necessitas suaserit, ustio rursus adhibetur. Ad ultimum cornu caprinum combustum et contritum ulceribus semper inspergitur et ad redintegrationem sufficit sanitatis.

---

2 Pel. c. 178. 6 Pel. c. 179. 11 Pel. c. 180.

---

1 ut pili nigri albescant *ed. pr. PA* (*om.* nigri) || 2 ex d. *AP* | album pilum *L Pel.* albos p. *vulg.* || 3 radicem *L* radicum *vulg.* | pulveres cogis *ed. pr. AP* | 4 permixtis *ed. pr.* — *Finis libri II in AG ed. pr. Gesn., sequitur lib. IV, deinde c. LXVI ss. cf. p. XVI*

6 vel in *LP* aut *ed. pr. A* || 7 vulneris *ed. pr.* || 8 migret *L* transeat *vulg.* | ad c. *P* | nepitae *P* nepitam *ed. pr. A* | cediam *L* cedrias *AP* cedrinam *ed. pr.* || 9 cicutas *AP* | calces q. vivas .. temperatas *AP* || 10 necari *LP* | experimentum docuit *A* || 11 mercuriu[s]m in dorsu[o]m *L* vermiculus dorso *PA* (-os). vermiclus *margo* al. mercurius *ed. pr.* || 12 validissinum *AP* utilissimum *margo* al. utillimum *L* | cauteriare *L* -zare *vulg.* | postea viscum *ed. pr. PA* (viscus) || 13 contere et impone *AP* || 15 si n. fuerit *ed. pr. AP* | cursus adhibeatur *P* || 16 et *om. L* | contr. valet, ulc. *ed. pr. P* (v. et u.) || 17 semper i. *LP* superinspergitur *ed. pr. A* | ut recuperetur et sanitas ei detur *ed. pr. A* ut rec. s. eisdem *P*

LXVII. De cura lumborum.

III 3 b Gesn. V 2 Schn. Lumborum quoque cura vicina est. Nam animalia aut [cum] nimio pondere aut cum transcendere fossas conantur, si posteriores resederint pedes, aut nimio frigore dolorem renum contrahunt. Ideoque aqua calida cum flore faeni diutissime confovendi sunt lumbi. Unctionibus etiam calidissimis perfricandi et ad ultimum afronitro diluti inducto
2 caustico roborandi. Quodsi dolor vehementior fuerit, de inguinibus solvendae sunt venae, tunc sale oleo et axungia sanguini, qui profluit, mixta renibus illinuntur et si ne-
3 cessitas fuerit, cataplasmis utendum est. Potio quoque renibus subvenit, si pilulas cupressi viridis XI super carbones exuras, nitri quoque unc. III asses et utraque in pulverem redigas cum mellis unc. III et vini veteris sext. IV et olei boni unc. III, quod per quatriduum pro
4 aequa parte faucibus digeras. Vitio lumborum medetur hemina seminis brassicae cum sextario polentae tunsa, ex aqua frigida subacta atque imposita dolentibus locis. Sisymbrium quoque cum polentae sextario et aqua subactum medetur. Efficacius tamen est, si cupressi folia

---

2 Pel. c. 216. 8 Pel. c. 217. 11 Pel. c. 220. 16 Pel. c. 221. 19 Pel. c. 222. 20 Pel. c. 223.

---

3 cum *om. P delevi cum Schn.* | labore pondere *L, sed* lab. *postea del.* | fossam *ed. pr. AP* || 4 residet *P* resident *A* | frigoris dolore *ed. pr.* frigore dolore renes *AP* || 5 ideoq. *om. L* || 6 inunctionibus *ed. pr. A* | calidis *L* || 8 roborandi *L, P* (etiam r.) *A* (et r.). corroborandi *ed. pr.* || 9 inguibus *ed. pr.* unguibus *A* | solvendi s. vino *P* | tunc sale o. et ax. *L* et oleum cum ax. *ed. pr. A* et oleo et ax. *P* || 10 immixta *ed. pr. AP* | illiniuntur *A* -iatur *P* || 11 est *om. L* || 12 c. incidis undecim supra carbones, nitri *AP*, *ed. pr.* (duodecim) || 13 nitri] NI . . quoque *L* | tressassi et utr. *ed. pr.* assis vero quae et in p. *P* assis vero in p. *A* c i asis utraq. *L corr. Pel.* || 15 sext. III *ed. pr.* IV *L Pel.* et vini vet. — unc. III *om. AP* | et *om. L* | quod *om. L* | triduum *AP* | pro *om. ed. pr. A* || 16 degerat *L* | vitium *AP* | mediture mseminis br. *L* || 17 poletem *A* | attusa *ed. pr. P* attonsa *A* || 18 composita infunde naribus *AP* || 19 quoque cum *om. L* cum *om. A* | et *om. L* | subactis *P*

ad modum heminae diligentissime contundas et polentae
sextarium admisceas acrique aceto subactum dolenti im-
ponas. Praeterea resinae durae unc. VII decoques ut li- 5
quescat, cui ferventi supersperges hordeaceam farinam,
quamdiu spissetur ad similitudinem pultis, quod diu sub-
actum et calidum ita, ut manus pati possit, superillines
renibus. Quodsi frequenter renovaveris, et dolori sub-
venit et tumori. Si vero tanta indignatio fuerit, ut eius- 6
modi non sentiat curas, aut cauterio cuprino locis oppor-
tunis urendo deprimes puncta, ne deformetur animal, aut
si vilius est et necessitati aptius quam decori, craticu-
latim, sicut moris est, ures.

LXVIII. Quibus signis dolor renum indicetur.

Renum autem dolor his agnoscitur signis: posteriores III 4b Gesn. V 3 Schn.
ungulas trahit, lumbi vacillabunt, cauda deiecta erit,
faeculentum minget, ilia dura atque contracta. Interdum
ita laesi sunt renes, ut sanguinem mingant. Et si vivum
effuderit, insanabilis est passio; si parum cruoris habuerit,
scito posse curari. Cui post detractionem sanguinis de

3 Pel. c. 224. 14 Chir. c. 478. 16 Chir. c. 479. 19 Chir. c. 480.

1 contondes ex p. *A* || 2 misceas *L* | atque aceto *P* | subactis *ed. pr. AP* || 3 VII *LAP* VI *ed. pr.* II *Pel.* || 4 cui frequenter *L* | superasperges *ed. pr.* | hordeaceas f. *AP* || 5 inspissetur *ed. pr. AP* | pulmenti *ed. pr. A* | et diu *ed. pr. AP* | subactis *ed. pr. AP* || 6 ita *om. L* | super vulnus renibus imponis *PA* (*om.* imp.) || 7 si *om. AP* | renovaveri^{t}ṣ dolores subvenies et t. *L* | renovabis *AP* || 8 ut huius *lacuna* sentiat *P* || 9 aut *om. L* | lotis oportunis utendo deprimis puta *A* l. inportunis utendo deprimis punctatione def. *P* || 11 aut (ut *G*) suille et est n. aptum *AP* aut n. aptum *ed. pr.* | quas *ed. pr. AP* | gratia lares *ed. pr.* craticularis *A* graticulatis *P* || 12 uteris *AP*

14 posteriore sunt cui abstrahit *L* || 15 facill. *A* || 16 et foetulenter *ed. pr.* et veculenter *A* mingit *ed. pr. A* faeculentus insurget *P* || 17 int. tales sunt r. *ed. pr. AP* | nimium *ed. pr.* || 18 incurabilis *ed. pr. A* | si rarum *L fort. recte,* blatteias *Chir.* | abundaverit *ed. pr. A* || 19 post detractum sanguinem *ed. pr. A* | vel de *ed. pr. A*

matrice vel de femoribus hanc porriges potionem: porri sectivi sucum ex aqua dabis.

LXIX. *De internis musculis renum.*

III 5 Gesn. V 4 Schn. Saepe musculi, qui sub renibus sunt, vexantur ex casu; et dexteriores facilius curantur, sinistri medelae afferunt tarditatem. Optimum est quotiens ceciderit iumentum loco non moveri, sed aqua frigida perfundi et postmodum unguentis uti. Quae passio haec praeferre consuevit indicia: renes obdurescunt et contrahuntur, vultus erit
2 tristis, coxam trahet et colligere se non poterit. Quae valitudo nascitur aut longi itineris fatigatione aut ab anfractu clivosarum viarum. Incitatio quoque cursus et saltus extensio hanc afferunt causam. Sanguinem igitur a visceribus oportet emitti, prout qualitas corporis patietur utendumque potionibus ad causam necessariis, molli dormitione animal collocandum.

LXX. *Si extalis exeat animali.*

III 6 Gesn. V 5 Schn. Ex perfrictione nonnunquam animalibus foras procedit extalis. Qui hac ratione curatur: scalpello scari-

---

4 Chir. c. 470. 8 Chir. c. 481. 18 Chir. c. 476 cf. 720.

---

1 hanc pot. dabis videlicet *ed. pr. AP* || 2 septivi siccum *L* | succus *AP*

4 sub *L Chir. om. PA* in *ed. pr.* || 5 casus *L* | dextri *P* de exterioribus *L* exteriores *ed. pr. A* | sinistri *AP* sinistrae *L* si iustae *ed. pr.* || 7 sed *L* et *ed. pr. P* moveris et *A* || 8 utendum *L* | ista c. ferre i. *ed. pr. AP* || 9 indici et r. *A* indicia et r. *P* | et *om. ed. pr.* | vulnus *LPA corr. Chir.* v. erit *om. ed. pr.* || 10 testis *A* textis *P* contrahuntur testes *ed. pr.* | coxamq. *ed. pr. A* | trahit *ed. pr. AP* | et *om. L* | recolligere *AP* | quae *om. L* || 11 valido *L* | n. ex it. longi fat. *ed. pr. AP* | aut *om. L* || 12 infractu *ed. pr.* enfractu *AP* | livosarum *L* || 14 a v. *L Chir.* ex *vulg.* || 15 utendum *P* u. est *ed. pr.* | etiam ad valetudinem n. *ed. pr. AP*

17 stalis *L* talis *P* talus *ed. pr. A* || 18 ex perfrictione *add. titulo L* | procedat histalis *L* exit talis *P* e. talus *ed. pr. A* || 19 scalpellos clarificabis *L*

ficabis, praecipue loca quae videntur eminentiora similia-
que vesiculis. Quae post scarificationem digitis exprimentur
et decarnantur, pulvere etiam salis confricantur, donec cum
sanguine totus humor exsiccetur. Post calida et sale fove-
bis et deprimes intusque remittes, et continuo revertetur
ad locum. Si non profecerit, altero die intus missis digitis
curabis indita lipara vel meliloto, donec sanetur. Quod 2
dum sanetur perungi. Adipis quoque porcinae recentis
colatae quantum existimaveris, cum oleo optimo et vino
summo et melle commisces et ad carbones decoques ac
per nares infundes. Malagma quoque de calidis speciebus
in carbonibus cum oleo cyprino vel communi, sed veteri,
11 solvitur et perungitur. Post curam operitur sagis, et in
sole calido exercetur a sessore tripodans, usque dum sudet.
Post sabanis validioribus abstergetur et denuo unctum
operitur, pice quoque liquida admixto oleo perungitur et
exercetur: non tamen nimia pix sit, ne corium laedat.
12 Nonnulli iam validioribus de cervice sanguinem detrahunt.
Plerique in balneum ducunt: calidissimis potionibus curant,
id est lasare, cymino, aniso, oleo, bacis lauri, ex quibus
13 cotidie aliquid cum vino ministrant. Unctionibus quoque
istis utuntur: cerae lib., resinae unc. IV, opopanacis
unc. II, medullae cervinae unc. II, olei storacini unc. III,
olei laurini unc. IV, quae omnia decoquunt, et in sole
14 aut in loco calido perungunt. Alia quoque unguenti com-

3 Pel. c. 269. 14 Pel. c. 271. 15 Pel. c. 272. 17 Pel. c. 273. 21 Pel. c. 275.

1 cornum *L* | infundis *ed. pr.* | quodsi — 13 laedat *om.* *P* ‖ 2 ternas uncias *ed. pr.* ternas olcas scrp. IX *A* ter| fulcis scrip. VIII *L* ὁλκὰς tres *Pel.* ‖ 3 an. expellendum san. *A* ‖ 4 ungueri *L* ‖ 5 colatae *L* collatae *A* coctae *ed. pr.* ‖ 6 semper d. *ed. pr.* *A* ‖ 8 carnibus *L* ‖ 9 abluitur *ed. pr.* oblinietur *A* ‖ 10 trepidans *L* et repedens dum *ed. pr.* et ripodansique dum *A* ‖ 11 unctus *A* | et — 12 operitur *om.* *L* ‖ 12 admixta pentioleo *L* admixta repente o. *A* tepenti? | perungendum, non t. *ed. pr.* perungitur et ex., ut t. ne n. *A* ‖ 14 n. dicunt sic curari d. c. s. trahere *P* | de c. s. detrahunt *om.* *A* ‖ 15 plurimiq. *A* | pot. cum idem laseris *A* ‖ 16 laxare *L* | et cym. *ed. pr.* *A* ‖ 17 aliqui *L* ‖ 18 isti *L* *om.* *P* | opop. — 19 olei stor. *om.* *P* ‖ 19 med. c. unc. III *ed. pr.* unc. *A* unc. II *etiam Pel.* | storacis *A* ‖ 20 decoquuntur . . perunguntur *A* | quibus omnibus simul coctis in sole per. *P* ‖ 21 alii *L* aliud ad id *P*

positio talis est: bacas lauri sext., cumini sext. II, sulfuris vivi unc. III, galbani unc. III, resinae unc., olei sext. II, quae omnia decoques et uteris.

CXII. De lethargico.

Lethargici quoque iumenti ista sunt signa: iacebit III 48 Gesn. V 47 Schn.
semper et dormiet, neque cibum appetet neque potum;
cum excitatum fuerit continuo gravatur et se proicit,
macescit; quamcunque ei dederis potionem tanquam dor-
mitans vix suscipiet. Quem hac ratione curabis. Sub- 2
sternito in stabulo ubi stratum cubet. Cui caput fomen-
tabis ex calida cum puleio decocta, postmodum perunges
oleo cum adarce trito, ita ut caput eius et aures infundas,
ea usurus potione: camomillon Illyricon et herbam Arte-
misiam in aqua decoques, ex qua cotidie binas cotylas
propinabis. Cui et pedes priores frequenter fomentabis 3
calida: solet enim haec passio ab strictura pedum con-
tingere. Est quidem periculosa curatio; cuius ista sunt
signa: oculi eius lacrimabuntur quasi lippiant, in praesepe

5 Chir. c. 376. 9 Chir. c. 377. 17 Chir. c. 378.

1 bacarum *ed. pr.* | c. sext. II *ed. pr. AP* sext. I *Pel.* III *L, qui* sulf. v. *om.* | vivi *om. A* || 2 galbani *post* res. *ed. pr. om. A* 4 litargico *P*, *A qui add.* i. semper dormientibus. || 7 exercitatum *L* excitatus *A* | aggravatur *ed. pr.* aggravatus se pr. *P* || 8 et marc. et q. *ed. pr. A* | mac. — potionem *om. P* et mordescit et quantum ei d. p. *M* | dormiens *ed. pr.* || 9 quod *ed. pr. AP* || 10 ubi stat (*ex* statī) uti bibat *L* ubi statim bibat *P* ubi stat ut bibat ibi *ed. pr. A* in st. ubi stet substernito stercora mollia *Chir. cf. Pel. p. 105, 4.* ubi stratum cubet *Samb.* 11 cum *om. ed. pr.* || 12 cum arci trito *L* | terito *A* | caput et arcem eius et aures infundat *A* || 13 ea — p. 206, 19 cibo *om. P* eam u. potionem *L* | cam. Ill. *L* camomillam I. *ed. pr.* gamomille villiricon *A* camemelon, irin Ill. *Chir.* idem nos trace (item nostratem *Schn.*) *add. ed. pr.* || 14 ex quo *L* | ei binas *ed. pr. A* 16 adstrictius ad rectum pedem *ed. pr.* adstrictus ad pedem constringere *A* || 17 p. passio atq. cur. *ed. pr.* || 18 lacrimabuntur *L Chir.* -unt *ed. pr. A* | in praesepio dormitans i. *ed. pr.* in praesepio cum dormitat inversa *A* in pr. incumbens dormit *Chir.*

incumbit, dormitat, a posterioribus ambulans nutat et
4 totus gravatur. Cui sanguinem detrahes de pede priore
dextro et de femore sinistro, ex quo eum perunges. Herbam
Artemisiam contusam et cribratam dabis .cum lixivi sex-
tario et olei cyathis duobus per triduum; quarta die inter-
mittes. Quodsi cibaria non appetit, ervum mollitum ex
5 aqua tepida bibat. Si minus profecerit, lini semen cum
aqua in olla decoques et heminas singulas per dies sin-
gulos dabis addito melle quod sufficit. Quae potio etiam
6 febricitantibus prodest. Lethargicum animal frequenti
excitatione prohibendum constat a somno. Assidua quo-
que iniungenda est ambulatio, si ante omnes pedes eius
miseris in fomentum. Nam furfures sale et aceto per-
misces et calentes ungulis adpones. Farinam quoque
triticeam cum tritis salibus et puscae sext. I faucibus in-
7 fundes. Herbam Artemisiam tunsam cum oleo et modico
lixivo dabis ad cornu. Abstinebis ab hordeo et fabae
solidae sextarium porriges ut vigilet, donec duriori edo-
8 metur cibo. De cervice quoque sanguinem detrahes. De-
pletum hac potione curabis: acori Pontici unc. III, calami

6 Chir. c. 379. 10 Pel. c. 363 p. 105, 5. 16 Pel. c. 364 cf. Veg. § 4. 17 Pel. c. 365.

1 ambulat mutat *A* || 2 totum *ed. pr.* || 4 contundes et cr. *ed. pr.* c. amet cr. *A* | id est semunc. dabis *add. L* | lixivis sext. *L* || 5 quantos dies intermittis *L* || 6 cibariam *L* | bolum ex melle et a. *ed. pr. A*, *margo* al. ervum mellitum *ed. pr.* herbum mollitum *(ex* molitum*)* ex a. *L Chir.* | ex a. tep. comedat (commendat *A*) et aquam bibat *ed. pr. A* || 7 linis eum cum a. in o. *A* || 9 dabis ad cornu *ed. pr. A* | quantum sufficiat *ed. pr. A* || 11 exercitatione *vulg.* | prohibendo *A* || 12 deambulatio *ed. pr. A Pel.* | si anteriores p. eius m. *ed. pr. A* ante quatuor p. *Pel.* || 13 in iumentum *L* || 14 imponis *ed. pr.* ungulas adponis *A* || 15 salibus apuleae sext. *A qui* faucibus — 18 sext. *om.* | sext. II *Pel.* || 17 lixivio *ed. pr.* | cornum *L* | et *om. ed. pr.* || 18 duriores edomet cibos *ed. pr. A* || 19 quoq. *om. ed. pr. A* | ei detr *ed. pr. A* | repletum *P* || 20 ratione *ed. pr. A* | afronitri *ed. pr.* pontici *A* triti pontici unc. IIII *P* acori P. *L Pel.* | gallae Syr. *ed. pr.* calami Syr. unc. II *LA* unc. III *P*

Syriatici unc. II, spicae nardi unc. II, radicis capparis unc. II, tunsa et cribrata miscebis et terna coclearia cum sextario aquae tepidae dabis in potu. Nunquam frigidam nec nimium calidam, sed tepidam parum ad bibendum semper accipiat, assidue flagello excitandus aut voce, ut vitium timore deponat.

CXIII. De morbo regio i. aurigine.

III 49 Gesn. V 48 Schn.

Si quod iumentum morbum regium habuerit, his agnoscetur signis: utrique oculi virides fiunt, cervicem inclinatam habebit in dextram partem, de pede sinistro videbitur claudicare. Cuius ista curatio est: loco tenebricoso, ubi lumen non possit videre, claudetur et operietur sagis ita, ut nec oculi eius appareant. Bis in die oleo et vino tepido ungetur atque defricabitur. Lapides 2
molares non minus pondera V in ignem imponuntur, animalis caput copulatur ad pedes; cum bene canduerint, sub eius naribus apponuntur et perfusi oleo suffumigant os nares et oculos, ut morbi virus exsudent. Quod per VII dies continue est faciendum. Tali etiam ratione succurretur: sanguine caprino et lacte ovillo, sil Gallicum, costo

8 Chir. c. 380. 14 Chir. c. 381.

1 cappare *L* rad. cap. unc. II *om. A* ‖ 2 permisces *ed. pr. A* | trina *A* tria *P* ‖ 3 in sext. *ed. pr. P* inserunt aquae frigidae tepide *A* | potum *L* ‖ 4 parum *om. ed. pr.* nunq. tepida nec n. calida sed tepida et ad *A* tep. et puram ad *P* calidum nimium sed tepidum; parum ad *L* ‖ 5 excitandum *ed. pr. P* (e. est) flagellum ad excit. *A* | aut nocet *P*

7 i. aurigines *A om. ed. pr.* ‖ 9 sunt *ed. pr. A* utrosq. o. v. facit *P* | et cerv. *ed. pr.* 9—11 de cervice et pede etiam sin. v. cl. *A* ‖ 10 dextra parte *ed. pr.* in dextram p. *PL Chir.* in dextra p. L^2 | et pede dextro etiam sin. *ed. pr.* ‖ 11 tenebroso *ed. pr. AP* ‖ 13 ita ne o. eius operiantur *ed. pr.* apereant *AP* | bis *P Chir. om. L ed. pr. A* ‖ 14 unguito atq. defricabitur *L* fric. *vulg.* | lapides — 19 faciendum *om. P* | lapidis m. *L* ‖ 15 igne *L* ‖ 17 et *om. ed. pr. A* | suffumigatur os n. et oculi *ed. pr.* ‖ 18 exsudet *ed. pr. A* ‖ 19 succurrimus *ed. pr. A* ‖ 20 ovino *P* | sil Gallecum *L* anagallico *ed. pr. A* sinphito *P*

oleoque pariter admixto potio conficietur, quae per dies XII dabitur.

CXIV. De bili i. coleribus.

III 50 Gesn. V 49 Schn. Sed interdum bilis, quae colera appellatur vulgo, solet iumenta vexare. Quae passio his declaratur indiciis: commovetur ac volutatur ut strophosus. Sanguinem ei de cervice emittis, daturus eiusmodi continuo potionem: herbae trixaginis nigrae unc. semis, mannae croci unc. I, nitri unc. II, vini optimi sext. I conteres et ex aqua mulsa heminam I per sinistram narem defundes.

CXV. De bili arida.

III 51 Gesn. V 50 Schn. Quodsi aridam bilem habuerit, myrtum agrestem cum vino contritam per dextram narem defundes, pro hordeo far triticeum dabis. Potionem temperabis ex aqua.

CXVI. De coli passione.

III 52 Gesn. V 51 Schn. Coli passio gravissimos cruciatus iumentis consuevit inferre ita ut cardiaci et strophosi esse credan-

4 Chir. c 382. 12 Chir. c. 383. 16 Pel. c. 287.

---

1 mixtis potionem facit quem . . dabis *P* | conficitur . . datur *ed. pr. A* | dies XVII *Chir.*

3 i. col. *om. L qui* de bile || 4 biles quae colerae appellantur *ed. pr.* biles quoque colerae a. *A* sed aliquando de bili quae a vulgo colera a. *P* || 5 solent *ed. pr. AP* | vexari *P* 6 commovetur — 7 emittis *om. A* | strophus *P* | cui s. *P* ei *om. ed. pr.* || 7 continuo *om. A* || 8 traxaginis *LA* tragenis *P* | nigrae unc. semis *om. L* | unc. VI *P* sescunc. *Chir.* | succari *ed. pr. A* magnoctoti *P* || 9 n. unc. I *P om. A* | altei (altheae *Gesn.* allii *Morgagnius*) unc. II vini *ed. pr. A om. LP Chir. qui antea addit* trix. albam | et *om. ed. pr. A* et ex ea a. *L* tere misce et da et per s. narem mulsae hem. I diffundes *P* || 10 infundes *ed. pr.* dabis *A*

12 mirram *P* mirtam *A* murtam *Chir.* || 13 tritam in d. n. *P* | diffundes *AP* || 14 pot. ipsam *ed. pr. A*

15 de colica *P* || 16 colicorum p. *P* || 17 aut str. *ed. pr. AP* | strophi *P*

tur. Sed his agnoscetur signis: cum stat, repente concidet
ita ut arreptum putes; si satis suspensum fuerit, dolor
subsequitur et iacet nonnunquam: cum frigidam aquam
acceperint, tremunt sudant anhelant. Quibus hac ratione 2
succurretur: asari Pontici unc. I, petroselini unc. I, feni-
culi seminis unc. I, piperis nigri unc. II, marrubii unc. I,
abrotani unc. I, anethi scrup. III, levistici unc. I, centaureae
seminis unc. I, chamaepityis semunc., eupatorii scrup. IIII,
pulei acapni unc. I, rutae unc. I, apii seminis unc. I,
gingiberis semunc. pariter contundes et cernes. Tunc
mellis optimi pondera II cocta et despumata cum omnibus
misces, ex quo medicamento ad magnitudinem nucis Abel-
lanae cum aquae tepidae sextario dilues et per os infundes:
certissima medicina est. Quodsi dolor perseveraverit, 3
feniculi seminis coclearia V bene trita cum vino sincero
sed cibario sext. I dabis. Praeterea piperis aliquantum
et pelliculam de ventre pulli siccatam in fumo et tritam
cum vino dabis.

5 Pel. c. 288 cf. Veg. III 28, 27. 16 Pel. c. 290 cf. Veg. II 137.

1 quum statim r. c. *L* constat r. concidat *A* | cadit *P* || 2 ita *om. ed. pr. AP* | si cadens s. f. *P* || 4 acceperit tremit *etc. ed. pr. P* || 5 asari *Pel.* arasi *L* anisi *vulg.* | fen. semin unc. I *L* fen. ·ʃ· unc. *A* fen. unc. s. *P* || 7 abr. an. *om. A* | scrip. III *L Pel.* unc. III *ed. pr.* unc. s. *P* | lebistici unc. I *LP Pel.* lev. scrup. IIII *ed. pr. A* | cent. sem̄. *L corr. Pel.* cent. unc. s. *P* cent. minoris et maioris unc. II *ed. pr. A* || 8 chamaepityis *Pel.* cameturi *L* camedrei *P* cametris *ed. pr. A* | silpor^{u}i^{ei}um scpū. IIII *L* sylphii unc. IIII *P* silpotorium scrup. IIII *A* eupatoris scrup. IIII *ed. pr. corr. Pel.* || 9 pulegii campani unc. I *L corr. Pel.* p. caprini unc. I *P* p. caprini cumpani una et muxia *A* p. semiunc. *ed. pr.* | rutae ap. *om. L* | ap. s. unc. *P Pel.* apii unc. semis *ed. pr. A* || 10 g. unc. semis *ed. pr. A* (gingioperis) *qui ante* pulei *ponunt.* gingiber *L* ciceris *P* | tere et cerne *P* || 11 m. optimis $\overset{o}{p}$. II cocta dispumata *L* m. o. dispumati lib. II cum o. *P* || 13 cum aqua t. *L* || 15 fen. semenis *(postea del.)* sem̄. cocl. *L* | v. sincere sed ciuario *L* vini sinceri sextario d. *P* || 16 panis aliquantulum *ed. pr. (margo* piperis*) A* || 17 et *om. LA* ex pell. . . siccata et trita *A* | fumo *LP Pel.* furno *ed. pr. A*

CXVII. De vomica.

III 53 Gesn. V 52 Schn. Vomicae plerumque animalibus nascuntur intrinsecus. Cuius passionis ista sunt signa: cum accubuerit, difficile surget, os ei graviter olebit, incumbet in eo loco, a quo vexatur, tussiet, purulentum etiam excreabit interdum. Turis drach. II, aristolochiae drach. II in unum contundes, cum vino tepefacto per nares digeres. Item sulfuris vivi drach. II, aristolochiae semunc. similiter dabis. Cibo autem maxime sustentandus est, ut habeat corpori nutrimentum. Cum ruperit vomicam, cauteriis circa pectus adures, ut facilius provocatus humor emanet.

CXVIII. De coriagine.

III 51 Gesn. V 53 Schn. Passio est, quam Graeci ecedermiam vocant, Latini coriaginem appellant. Cuius ista sunt signa: macescet, sine febre non erit, corium illius haerebit ad costas, spina fit durior, in dorso eius nonnunquam furunculi exire con-
2 sueverunt, magis etiam quam solebat appetit cibos. Cuius ista curatio est: thymum et sales cum vino Falisco rubro conteres et tubera, si qua in eius sunt corpore, confricas. Parabis etiam aliam unctionem: picem, ceram, resinam

2 Chir. c. 384. 13 Chir. c. 404.

4 resurgit *P* || 5 vexabitur *ed. pr. A* | et pur. ex. *ed. pr.* et purulentus excreaverit i. *A* excreat cui haec da *P* || 6 t. drag. II *L* unc. II *ed. pr. AP* | ar. drac. II *L* unc. II *ed. pr. A* unc. s. pulveriza *P qui reliqua usque ad* 8 dabis *om.* | in uno cum v. *ed. pr.* in unum cum v. *A* || 8 drag. II *L* unc. II *ed. pr. A* | semunc. *L* unc. semis *ed. pr. A* | similiter *om. A* || 9 corporis *ed. pr. A* cibo maxime sustenta ut nutriatur *P* || 10 et cum *ed. pr. AP*

12 cortagine *L* cardiaca *P* || 13 passio *om. A* | est *om. ed. pr. AP* | epidermiam *L* ecidermiam *A* cardiacam *P* || 15 et sine *ed. pr. A* | adhaerebit costis *ed. pr. A* | pinna *ex* pina *L* || 17 quam adsueverat *ed. pr. om. A* quam consueverit *P* || 18 et sales *om. L*, *habet etiam Chir.* | Falisco *L*, *om. vulg.* || 19 in eo sunt confr. *ed. pr. AP Chir.*

cabialem et turis pollinem ex oleo veteri temperabis ac
decoques totumque animal confricatum diutissime perunges.
Sed parum est unctione corio mederi, nisi potionibus in-
terna curentur. Piperis albi grana XXX, murrae sescunc.,
vini odorati veteris cotylam, olei viridis cyathum ad-
miscebis et per os digeres. Item fasciculum rutae viridis 3
atque purgatae et opopanacis unc. I in cotylam vini et
olei viridis cyathum decoques et dabis in potu. Quod
vitium ex perfrictionis iniuria aut ex coactionis alicuius
necessitate descendit. Aliquanti suis non vetulae sed no-
vellae sanguinem vino mixtum ad cornu faucibus digerunt
ignorantes, si plus sanguinis fuerit, continuo animal inte-
rire. Cautius est hac magis potione curare: cepas ger- 4
manas et semen rutae pariter admisces et deteres; ex quo
unc. III cum vini cotyla per dies singulos dabis, usurus
curationibus, quae conveniunt roborosis.

CXIX. De syntexi i. de stomacho.

Syntexin animalia patiuntur ut homines. Quae III 55 Gesn. V 54 Schn.
valetudo his declaratur indiciis: cotidie attenuatur in
maciem, os eminet, multum manducans esurit semper,

3 Chir. c. 405. 10 Chir. c. 406. 18 Chir. c. 407.

1 cabialem *ed. pr. Chir.* cabulem *A* cavealem *L* piculam *P* | poll. et trito cum vino vet. *P* ‖ 2 totum an. confricando *ed. pr.* confricandum *A* de quo an. diutius perunges *P* | perunguebis *L* ‖ 3 unctionem *L* | corio *om. A* | interna *L* interiora *P* et intrinseca *ed. pr.* p. in(*ex* ex-)trinseca *A* ‖ 4 m. sexcutie id est drag. XII *L* unc. VI *P* semiunc. *ed. pr. A* ‖ 5 permisce et per os dabis *P qui §§ 3. 4 om.* ‖ 6 fasciculos *ed. pr. A* ‖ 7 apop. *L* atq. purg. op. et cot. vini *ed. pr. A* ‖ 8 cy. admisces *ed. pr. A* | potum *L* ‖ 9 coactione a. necessitatis *ed. pr. A* ‖ 11 sanguine *LA* | mixto *L* permixto *ed. pr. A* ‖ 12 int. solet *L* ‖ 13 hac magna p. *A* | curabis *L* ‖ 14 erucae *Chir.* ‖ 15 cum vino cotulo *L*

17 de sintesi *P* de stomachico *ed. pr.* de stomacido *A* ‖ 18 syntaxin *ed. pr.* sillat inter an. *A* | et h. *ed. pr. A* ‖ 19 quae liquido his decernitur i. *P* discernitur *M* | signis *A* | tenuatur in m. *P* tenuantur et macie ossa eminent *ed. pr. A* (in macie) ‖ 20 manducantia esuriunt *etc. ed. pr.*

quidquid invenerit temptat fame cogente corrodere, durum
2 stercus emittit. Trahunt longam ac miserabilem vitam,
ut nec surgere valeant, sed iacentes fatigati multumque
manducantes fame moriuntur. Omnis enim esca, quam
sumpserunt, ad stercus et omnis potus convertitur ad
3 urinam: nullus ex his sucus nullum alimentum pervenit
ad medullam, propterea quod stomachus eorum nimio
rigore constrictus nec coquere potest nec epati aliquid
propinare, in quo tota virtus ad nutriendum corpus per
4 dispensationem ciborum et sanguinis praeparatur. Tabescet
iecur corpusque eius minuet ad similitudinem arboris, quae
radicibus ex maiore parte praecisis, cum parvulis aliquam-
5 diu sustentata portaverit frondes, celeriter exarescit. Quo-
rum manifesto periculo hac ratione temptabis occurrere.
Inter principia facies unctionem: cerae lib. II, resinae
terebentinae lib. I, medullae cervinae lib., axungiae veteris
sine sale lib., propoleos selib., iris Illyricae selib., samsuci
selib., oleum laurinum quantum satis fuerit, decoques
carbonibus lentis et ad ceroti mollitiem colabis, cui adhuc
tepenti admisces pulverem iris Illyricae et cretae Cimoliae;
6 pariter donec refrigescat agitabis. Ex quo medicamento

4 Chir. c. 408. 13 Chir. c. 409. 21 Chir. c. 410.

1 conr$\overset{a}{u}$dere *L* corrodere *ed. pr. A* contundere *P* rodere *Chir.* ‖ 3 iacentia *etc. ed. pr.* ‖ 4 manducantes *om. L* | omnem e. escam *A* ‖ 5 sumpserint *ed. pr. A* suscipit *P* | et o. — 6 sucus *om. A* | in ur. *ed. pr.* ‖ 6 nullus — 13 exarescit *om. P* ‖ 7 medullas *ed. pr. A Chir.* ‖ 8 perstrictus *ed. pr.* | poterit *ed. pr.* | pati *L* ‖ 10 cib. et *om. A* et *om. ed. pr. quae* sanguis | tab. ad sim. arb. *rel. om. L* tab. semper iecurq. eius minuetur *ed. pr.* tab. *om. A qui deinde* iecurq. eius minuetur semper ‖ 12 a parv. *ed. pr. A* ‖ 14 tentatur occurri *ed. pr.* ‖ 15 in primis hanc f. u. *P* | lib. III *A* lib. II *ed. pr. P Chir.* cerae lib. I *L qui* res. ter. *om.* ‖ 17 propoleos *L* propulegii *ed. pr.* propoleigion *A* populei lib. I *P* | ir. Ill. lib. *ed. pr.* seminis malvae lib. s. *P* | sams. lib. *ed. pr.* ‖ 18 olei l. *ed. pr. AP* | satis *om. L* ‖ 19 lenti sed *L* | ceruti *L* perlocabis *ed. pr. A* percolabis *P* ‖ 20 tepido *P* | misces *ed. pr.* cui adhuc reuponticon miscis *A* | turis Illyrice *ex* tres -ci *L* ‖ 21 et pariter *P om. ed. pr. A* | infrigescat *ed. pr. A*

totum perunges et multorum manibus confricabis, donec
calefiat et sudet. Quod interposito triduo convenit fieri,
ita ut coopertum animal stet et cotidie paulatim exer-
ceatur, ut digerat. Cui haec praeparabitur potio: abrotani 7
unc. IIII, santonici unc. IIII, trixaginis unc. IIII, chamae-
pityis unc. IIII, gentianae unc. II, murrae unc. II, opopa-
nacis unc. II, eiusdem radicis ⟨unc. II⟩, croci semunc., rutae
semunc., omnia bene contundes et cribrabis. Ex quibus duo 8
coclearia in vino veteri decocta cum suco ptisanae, in quo
acro decoctus est, admiscebis. Adiunges etiam ervi pollinis
coclearia II, quae cum per IX dies continuos dederis,
intermittes aliquamdiu, ut vires colligat et resumat; et
per singulas periodos alternis curabis nec cessabis donec
sanitas redeat. Diebus autem vacuis offas ex farina tri- 9
ticea et lacte conspersas ad substantiam digeres. Fur-
fures quoque triticeos et paleas ministrabis; hordeum non
dederis nisi fortasse sit infusum; denegabis etiam herbam
viridem, donec reparare coeperit corpus.

9 Chir. c. 411.

1 t. iumentum *ed. pr.* *A* t. animal *P* ‖ 2 int. medio *A* 3 an. sit *ed. pr.* *A* *Chir.* co. semper maneat *P* ‖ 4—8 *sic in P:* abr. unc. IIII, aneti unc. IIII, gentianae unc. I, mirrae unc. I panacis radicis unc. II croci sem., rutae s. omnia tere et cribra ‖ 5 trax. *LA* | camipitis *L* camepiteos *ed. pr.* *A* ‖ 6 murrae — 7 radicis *om.* *L* | m. unc. I *ed. pr.* *P* ‖ 7 unc. II *add.* | succari *ed. pr.* *A* | rutae aliquantulum *ed. pr.* *A* ‖ 10 atro (*margo* acyo) decoctum *ed. pr.* in qua acro decoctus *A* acro *sscr.* -er *L* | ervi p. *om.* *L* suco ptisanae et orobi polline cocl. II *P* 11 cum *om.* *A* quae omnia per IX d. cotidie dato *P* ‖ 12 et res. *om.* *A* ‖ 13 singulos *ed. pr.* *A* | periodos *margo* hebdomadas *ed. pr.* | curabis nec cessabis *om.* *L* per singulos alternatim cessando d. *P* cur. cessabis alternis d. *A* ‖ 14 vacuas *L* ‖ 15 et l. *L* ex l. *P* in l. *ed. pr.* *A* | conspersa *ed. pr.* *AP* ‖ 16 paleam *AP* | dabis *ed. pr.* *A* ‖ 17 fortassis inf. *ed. pr.* *A* ‖ 18 reparareͥ *L* saturari *P*

CXX. De icterico i. albuginoso.

III 56 Gesn. V 55 Schn. Icterici ista sunt signa: oculi virides, de quibus profluit lippitudo ad similitudinem fabae: durescit corium, fit horridus pilus, insequitur fatigatio, ambulans
2 genibus claudicabit. His sanatur medelis: panacis radicem et apii seminis singulas libras contundito atque cribrato et cum mellis Attici libra misceto, tunc aquae, in qua lupini crudi decocti fuerint, sextario ex medicamento suprascripto quatuor coclearia miscebis et in potione dabis per
3 dies V. Si tardius adiuvat, vini sext. III in pultario novo et canini stercoris albi unc. III admisceto et ponito sub divo, ex qua potione V diebus per os digeres. Praeterea aquam, in qua cicer decoctum fuerit, et stercus caninum simili ratione praebebis.

CXXI. De strophoso i. de tortionibus.

III 57 Gesn. V 56 Schn. Strophosi diversae causae et diversae sunt curae. Cuius ista sunt signa: volutabitur, patietur tortiones, ilia sibi respicit, stercus durum assellatur, terram pedibus

2 Chir. c. 412. 10 Chir. c. 413. 16 Chir. c. 414.

1 i. alb. *om. ed. pr. A* de ycterico buginoso *P; rectius* auruginoso || 3 ad sim. *om. A* | indurescit c. *ed. pr.* dura ut cornu *P* || 4 horridum pilis *ed. pr. AP* || 5 medellis *ex* medullis *L* Haec est cura ℞ medullae radicis p. *P* | pan. rad. *L Chir.* pan. Syriatici *ed. pr. A* || 6 tere et cribra et misce cum m. albi libra *P* || 7 libra *ed. pr. AP Chir.* selib. *L* | tunc *om. P* misceto cum aqua in qua *L* aquae ubi *P* aqua in qua *A* || 8 et ex *LP* | superius descripto *ed. pr. A* superius scripto *P* || 9 cocl. tria *Chir.* | potionem *L* potu *P* | per diem unc. I *P* || 10 si t. ambulat *P* si t. ambulat adiuvat *L* si tardaveris adiuvat *A* || 11 et *om. ed. pr. A* || 12 qua *om. L* ex quo *P* || 13 pr. in aqua cicer decoctum fuerit *sscr.* si *L* pr. aquam in qua ciceres decocti fuerint *ed. pr. A* pr. aquam in qua cicer et stercus c. decoctum fuerit similiter dabis *P*

15 stropho *ed. pr. AP* || 16 strophi *ed. pr. A* strophos *L* strophosi *P* | div. sunt causae et curae *P* || 17 torsiones *ed. pr. A* || 18 assellat *ed. pr. AP*

tundet dolore cogente, intermissis horis refrigerationem
sentit et requiem. Hac ratione curandus est: acori, anisi,
opopanacis singulas libras pariter contundes et cernes, ex
quo pulvere duo coclearia in vini veteris sextario et olei
pondo semis misces, et tepidum per os dabis triduo. Si 2
strophus fortior fuerit et non facit ventrem, caudam intra
coxas mittit et ad ventrem suum conversus attendit: cui
pulverem de semine rutae silvaticae cum vino per os dabis.
Praeterea cepas X deteris, ficus siccas scrup. VIII, nitri
scrup. V, stercoris columbini scrup. IV, ex quibus ad-
dita amurca collyria facies et bina vel terna in anum
mittes. Si vero fortius venter induraverit, convenit ad- 3
hibere clysterium, sed prius ventrem aqua calida per-
fovebis, tunc sucum cantabri, in quo fuerint betae mal-
vaeque decoctae, cum nitro et hemina olei et palumbini
stercoris IV scrupulis; pronum constitues et per anum ini-
cies iumento ita ut post clysterem deambulet aliquantum.
Alii de fimo leporis cum novem coclearibus mellis et XV
granis piperis addito caulium suco per os salubriter de-
fundunt.

---

5 Pel. c. 130. 9 Pel. c. 131. 12 Pel. c. 132. 18 Pel. c. 135.

---

1 emissores refr. *L* | refrigeratum *A* ‖ 2 potione *ed. pr. A* cuius haec est cura *P* ‖ 3 tere et cribra *P* ‖ 4 et olei pondo *om. P* et o. libra m. *L* ‖ 5 admisces *ed. pr. AP* ‖ 6 si strophosus (strophus *LP*) fuerit *ed. pr. ALP corr. Schn. cf. Pel.* | et non emittit stercora et c. *P* | inter *ed. pr. AP* ‖ 7 c. suas m. *ed. pr. P* | et *om. P* | suum convertit *P* se c. *Pel.* ‖ 8 p. seminis r. silvestris *P* ‖ 9 deteris *AL* tere *P* veteres *ed. pr.* | siccae *ed. pr.* f. s. unc. IV *P* ‖ 10 fimi c. *P* ‖ 11 amurca *P* muria *L* urina *ed. pr. A* ‖ 12 immittes *ed. pr.* vino vel ternas manus mittit *A* duo vel tria manu per posteriora mitte *P* | induruit *ed. pr.* -ruerit *P* -ravit *A* ‖ 13 clystere *AP* ‖ 14 cantabricum in quo *ed. pr.* cantabri cum qua *A* cantabri in aqua cum qua *L* cantabri in aqua decoctionis b. et m. *P* | bletae *vulg.* vite albeque *L* ‖ 15 et *om. L* | columbini *P ed. pr.* ‖ 16 pronus *A* | constituens animali per a. inicies *(lacuna)* ut *P* ‖ 17 inambulat *ed. pr.* | aliquantulum *ed. pr. A om. P* ‖ 18 alii fimum *ed. pr.* a. fimi *A* a. fenum *P* | XV *om. L* ‖ 19 defuderunt *L* diffundunt *A* -dant *P*

CXXII. De dolore iecoris.

III 58 Gesn. V 57 Schn. Iecoris dolor solet infestare iumenta, cuius ista deprehenduntur signa: cibi fastidium, potus appetentia, ventris inflatio, macies. Cui primum cremorem ptisanae sext. II cum oleo roseo III cyathis per os digeres. Si passio permanet, alia potione curabitur: seminis apii unc. III, hyssopi unc. III, abrotani unc. I, alii viridis quod satis est, vel sicci paulo minus si viride abnegat tempus, ex vino optimo ad tertiam decoques. Per aliquot
2 dies potionem dabis. Similis quoque huius passionis est ratio. Sine febre enim non erit animal nec facile conficiet cibum, testiculus ei dexter tumebit et indurescet. Cui ista subvenit medicina: faeni Graeci cyathos III mittis in aquae fontanae sext. III et coques ad tertiam partem, ita per os data potione curabis. Nonnulli turis drach. I tritam cum vino quod sufficit miscent, et inde totum corpus multorum perfricant manibus et sagis cooperiunt ut sudet.

CXXIII. De inflatione ventris.

III 59 Gesn. V 58 Schn. Inflatio ventris interdum iumenta non sine dolore conturbat. Cuius ista sunt signa: testes ei sudabunt,

2 Chir. c. 415. 10 Chir. c. 416 p. 128, 7. 15 Chir. c. 417. 20 Chir. c. 418.

3 indicia *ed. pr. A* haec sunt s. *P* | fastidia *L* | potum *L* sitis valida, latus sibi inspicit; cui *P* || 4 primo *ed. pr. A* pr. crem. *om. P* | cremoris *ed. pr.* || 5 olei r. *ed. pr. AP* | dabis *P* || 6 apii unc. III *om. P* (sem. hyss.) || 7 hyssopi unc. III *om. A* olei v. *A* || 8 quantum sufficit *ed. pr. A* | vel succi paulominis *A* parum minus et ex v. *P* || 9 tertias *ed. pr. AP* || 11 febre *om. L* | accipit c. *P* || 12 ei *om. ed. pr.* eius *P* testiculum dextrum eius cum euitet, ind. *A* | et *om. L* || 13 III *LP Chir.* IIII *ed. pr. A* || 14 fontis *P* | sext. IIII *ed. pr.* | id est grana XXX *post* sext. III *ed. pr. A* | decoques *ed. pr. AP* | partem *om. P* || 15 ita] et *P* hemina *ed. pr. A* | turis *om. L* | I *LP Chir.* II *ed. pr. A* || 16 quantum s. *ed. pr. A* | inde *om. L* || 17 perfricatur *ed. pr. AP* | et *om. ed. pr. A*

20 non *om. ed. pr.* non s. d. *om. A* || 21 cuius passionis *ed. pr. AP* | t. eorum *ed. pr.*

alternis pedibus terram tundet, subinde in alteram partem se convertet, caput ad ilia sua ponet, tanquam qui locum doloris ostendit, gemitus interdum et tremor totius corporis insequitur. Hunc paulatim deambulare facies, manum unctam in anum mittes et stercus exhauries. Deinde sal et mel misces et in anum infundes, ut assellare augeat facultatem. Si hiems fuerit, oleo et pice liquida lumbos 2
et auriculas ipsius saturabis, hanc daturus potionem: laurum viridem vel bacas ipsius, piper, cuminum, petroselinum, semen feniculi, semen argii et nitrum, quae pariter admixta tunsaque cribrabis, cum vino et oleo tepido et calidae aquae parvula portione potionabis, et deambulare compelles moderate, donec desinat dolor.

CXXIV. De intestini versatione vel colo.

Intestini quoque versatio, quod colum vocatur, et in- III 60 Gesn. V 59 Schn.
flationem et dolorem consuevit inferre. Quae his agnoscitur signis: cum ambulare coeperit, prioribus pedibus transvaricat et dolore subglutit. Crebris deambulationibus et calore stabuli, si diligenter etiam operiatur, dirigere

7 Chir. c. 419. 15 Chir. c. 420. 18 Chir. c. 421.

1 tundunt *etc. ed. pr.* | subito inde alterna parte *ed. pr.* subito in alteram p. *P* ‖ 4 manus inunctas *A* manum huic mittes *P* ‖ 5 extrahes *ed. pr. A* ‖ 6 miscens in *P* sale et m. mixtis in *ed. pr.* | assellandi (egrediendi *P*) augeat voluntatem *ed. pr. AP* ‖ 8 illius *ed. pr. AP* | inunges *P* ‖ 9 piper et c. *ed. pr.* | petroselini *ed. pr. A* ‖ 10 agrii *ed. pr.* | a. et nitri *ed. pr. A* 10—13 *sic P:* semen feniculi et rutam pariter admisce, tere et cribra et cum oleo t. et aqua calida modicum per os infunde et fac d. m., donec d. d. ‖ 11 tonsaque cribrataque *A* tunsa et cribrata *ed. pr.* ‖ 12 calida aqua parvulas portiones *A* | potione *L* ‖ 13 dolor cesset *ed. pr. A*

14. 15 vexatione *ed. pr. AP* | vel c. *om. ed. pr. AP cf. Chir.* 15 colus *A* colon *ed. pr. P* | inflationes et dolores *ed. pr. A* 16 consuevit — 17 ambulare *om. L* ‖ 17 prioribus terras varicat *A* ‖ 18 dolores *ed. pr.* | et crebras d. et calores st. *ed. pr.* 19 si *om. L* | diligere *ed. pr. A* dirigere *L* digere *P*

consuevit. Cui per nares suffundes laser Cyrenaicum in vino tepido resolutum.

CXXV. De tussi omnis generis.

III 61 Gesn. V 60 Schn. Frequens et deforme vitium et quod maximae animalium parti accidit, tussis est. Quae interdum sponte desinit, interdum medicamentorum ratione curatur, interdum insanabilis penitus invenitur. Difficultas autem curationis emergit, quia causae, ex quibus tussis evenerit, a medentibus nec discernuntur nec intelliguntur interdum. Quam passionem universis auctoribus evolutis, quanto crebrius accidit, tanto studiosius credidimus exponendam.

CXXVI. De tussi quae venit si quod faucibus haeserit.

III 62 Gesn. V 61 Schn. Exasperatio aut iniuria faucium gravissimam commovet tussim, quotiens aut pilus aut arista aut os aut surculus aut lapillus aut aliquid inhaeserit gutturi. Quae res adeo periculosa est, ut nisi celeriter subveniatur, animalibus per impatientiam doloris insaniam generet. In sole igitur diligenter inspicito, et si quid erit, evellito.
2 Ex tepida etiam, addito nitri pulvere, infusa spongia pertergito. Deinde oleo roseo tepido cum lana obturato locum, qui indignationem sustinet. Post diem tertium la-

1 l. et cyriacum *ed. pr.* l. cyriacum *P* l. cirmaicus *A* | initio r. *P* || 2 solutum *ed. pr.* refectus *A*

4 frequenter omni genere d. v. *ed. pr. A* | eo quod *ed. pr. A* et q. *P* quod et *L* | maxime pati animalibus accidit *L* || 5 est *om. L* | sp. d. int. *om. L* || 6 med. — interd. *om. A* || 7 autem] animalium *A* || 9 interdum *om. A* || 11 credimus *ed. pr. AP* | expositione *A*

13 expiratio *L* | Ex potionibus autem iniuriam faucibus *A* || 14 pilus *A* pulvis *ed. pr. LP* || 15 aut l. aliquis inhaeret g. *P* || 16 ideo *L* || 17 mammam generet (*ex* -it) *L* || 18 et *om. ed. pr. A* | si quid haeserit *ed. pr. A* | vellito *L* || 19 spongiam *L* || 20 tergito *ed. pr.* terge *P* | deinde *om. L* | obt. atque locum *L* | obturato — 21 lanam *om. A*

nam eicies, ex aqua calida fovebis ac tale medicamentum impones: croci scrup. IV, aluminis colati scrup. I ex tepido vino infundes et sic exasperata sanabis.

CXXVII. De tussi ex perfrictione.

Ex perfrictione quoque nascitur tussis. Cuius ista III 63 Gesn. V 62 Schn.
sunt signa: cum tussierit, caput deorsum mittit usque ad terram, et cum biberit, aqua ei per nares currit. Quem hac ratione curabis: machinam ori inseres, manum planam inicies, reperies in parte superiore quasi vesiculam, quam unguibus rumpes. Deinde tres pilulas bene contusa axungia mollissimas facies easque in subtilissimo lomento, hoc est farina fabacea, convolves et per os digeres. Postero die de venaculo et sale fricabis et pastillum cum speciebus calidis et vino in potione praebebis.

CXXVIII. De tussi a tolibus.

Tussis si a tolibus fuerit, his agnoscitur signis: III 64 Gesn. V 63 Schn.
toles iniuriae pleni sunt et tumebunt; dum bibit, continuo rumigat. Ova in acetum acerrimum mittes, reso-

1 extrahes *P* | eadem ex *ed. pr.* et aqua *P* | ac *L* hoc *A* atque *P* et *ed. pr.* || 2 succari *ed. pr. A* | croci scrp. I ex t. vino *P* | culatis *L*

7 aquam *L* || 8 quem *L* que *A* quam *ed. pr.* quod *P* | manus p. *A* || 9 plenam *L* | comperies *ed. pr.* cooperies in partes s. quantum vesiculas quas u. rumpunt *A* | m. totam inmittes, invenies enim vesicam *P* || 11 axungias *L* de b. c. ax. mollissima *P* | quas *ed. pr.* quae *A* || 12 linimento *A* | farinae f. *L* in subtilissima farina f. involve et per os dabis *P* || 13 postero die *P* post triduo *L* deinde per triduum *ed. pr.* d. post tr. *A* | de abmaculo *L* de vernaculo *P* venaculo *ed. pr. A* una auina vel brutillo *margo ed. pr. fort.* verbasco | perfricabis et pastillos *ed. pr. A* || 14 cal. cum v. *L* | potionibus *ed. pr. A* | dabis *ed. pr. P*

15 a spiritualibus *P* ac talibus *A* || 15. 16 a tolebus *L* || 16 colibus *etc. ed. pr.* ac culibus *A* a vitalibus *P* || 17 toli *L* folles *P* | bibunt . . ruminant *ed. pr. AP* || 18 ovum in aceto a. mittis *ed. pr. AP*

lutaque testa ita ut integra membrana permaneat pice liquida perunges et faucibus digeres. Post alumen, axungiam, salem in unum conteres, offas facies et ex melle deicies, ita ut aqua calida, et si facultas suppetit cum
2 hibisco decocta, assidue fomentare non desinas. Hanc quoque adicies potionem: murrae unc. III, piperis albi semunc., nucleos pineos purgatos sext. I s., uvae passae sext. I s., mellis unc. III, pastinacae unc. I, cariotae viridis selib. decoques pariter ex aqua et addito vino tepido V vel VI diebus potionare non desinas.

CXXIX. De tussi ab interioribus.

III 65 Gesn. V 64 Schn. Ab interioribus gravior et paene insanabilis tussis est. Quae hac ratione dignoscitur: nares iumenti praecludes, ut spiritum reddere non possit; tunc ilia ei inspicies: quae si spissis pulsibus duxerit, scito esse tussim ex causa
2 iecinoris, pulmonis vel praecordiorum, sed recentem. Si lentis pulsibus ilia duxerit, veterem indicat tussim de interioribus, hoc est de his locis, quibus intestina cingun-

12 Chir. c. 392.

1 ita ut *om.* *L* | permaneant *LA* || 2 perungit *A* | f. immittes *P* || 3 in vinum *A* in vino *ed. pr.* | cum m. dabis *P* | 4 aquae calidae . . . decoctae a. fomentandae sint *L* aquae c. . . . decoctae a. f. non desinant *A* aqua calida *(lacuna)* si vero f. affuerit cum eius decoctione a. fomentas *P* || 6 unc. II *ed. pr.* p. a. unc. I *P* || 7 nucleorum purg. *P* nuclei pini p. *ed. pr.* *A* | uvae p. sext. I s. *om.* *P*, *primo om. deinde supplevit* *L* || 8 mellis pastinacae id est te viridès lib. I *L* m. unc. III past. unc. III caricarum selib. *P* || 9 ex qua addito v. *L* | t. lib. sex d. *A* tepido unc. I sex d. continuo dabis *P*

12 ab int.] si *L* || 13 praecludet *L* -it *ed. pr.* *A* || 14 reducere *P* | ilia spiciesque si *L* || 15 ex *om.* *A* | sc. tussim esse *(postea del.)* ex causam iecinoris *L* || 16 vel r. *ed. pr.* recentes *A* || 17 l. plumibus *A* | d. et ventrem *ed. pr.* || 18 in quibus *ed. pr.* a qu. *P* de qu. *L* | gignuntur *L* cinguntur *P* *Chir.* iunguntur *A* int. iumentorum ligantur *ed. pr.*

tur, quorum tensione et iniuria tussire compellitur. Nam 3
cursu nimio vel latiore saltu cum vexata ilia fuerint, haec nascitur causa. Ex nimio quoque aestu vel intolerabili frigore interiora vitiantur et tussicos faciunt, unde et vulsi appellantur. Sive igitur ex suprascriptis sive ex 4
aliis causis interioribus nata fuerint vulnera, etiamsi post sanitatem duxerint cicatricem, stricturam tamen contrahendo se et asperitatem faciunt et assidua titillatione perpetuam excitant tussim. Quae causae lenissimis medi- 5
camentis adiuvari vel suspendi aliquatenus possunt, persanari omnino non poterunt. Hinc est quod in herba viridi vel pascuis vulsorum vitia celantur. Sed omni tempore 6
haec compositio salutaris est: faeni Graeci hemina, lini seminis hemina, tracanthi unc. I, turis masculi unc. I, murrae unc. I, croci semunc., ervi pollinis unc. I tunsa et cribrata in calida infusa permaneant; altera die ex aqua tepida singulas cotulas dabis ad cornu, cyatho olei rosei permixto, per plurimos dies. Ex qua compositione 7
recens causa sanabitur; vetus sentiet levamentum. Ad quae vitia nunquam austeriorem dederis potionem, ne exasperet et occidat: sed lenem et simplicem et refrigera-

5 Chir. c. 393 cf. Veg. II 106. 16 Chir. c. 394.

1 compelluntur *ed. pr.* ‖ 2 si . . . convexata *ed. pr.* *AP* | vel labore alta *A* ‖ 4 siquos faciunt *L* f. tussicos *ed. pr.* *A* f. tussim *P* phthisicos *vel* hecticos *Gesn.* | et *om.* *ed. pr.* *A* unde et vulsi ap. *post* 3 causa *transposuit* *Gesn.* *cf.* *Chir.* *c.* *392* ‖ 6 etiam sumpta sanitate *P* ‖ 7 duxerit *L* | cicatrices *ed. pr.* *A* | stricturam t. contrahendus (et *supra lin.*) asp. *L* strictura quaedam constringendo se asp. tamen *P* strictius tamen *(om. A)* contrahendo se et asp. *ed. pr.* *A* ‖ 8 adsiduat illia inlatione *L* ‖ 9 excitant *ex* excitam *L* generant *A* ‖ 10 collo quatenus *A* *om.* *P* ‖ 11 possunt *ed. pr.* *AP* | herbam viridem vel pascua (*ex* -is) *L* ‖ 12 et ideo tempore omni c. haec est s. *A* ‖ 14 turis masticis unc. I croci *P* ‖ 15 succari ervi p. ana unc. I *ed. pr.* *A* ‖ 16 perfusa *P* ‖ 17 et cyatum . . . permisce *P* cyathum olei r. hoc est drag. X permixto p. p. dies ex aqua dabis. Cum positione r. c. s. *L* ‖ 19 veltussenti et iuvamentus *L* | lauamentum *A* ‖ 21 decidat *ed. pr.* *A* | levem *ed. pr.* *A*

toriam. Cavendum etiam est, ne in tali passione unquam
8 sanguinem detrahas. Plerique tracanthum ex oleo dedere
per biduum, tertio die decoctos rafanos atque contusos
propinaverunt cum vino, refrigeratorium pastillum addentes
9 aestate. Ad tussim diversae sunt potiones, quas prope
omnes inserere necessarium duximus, ut pro qualitatibus
passionum medentis arbitrio remedia commodentur. Farinam fabae fresae sext. I infundis in passi sext. III et in
mortario diutissime conteres; piperis triti grana XXX,
sevi hircini lib. III pariter admisces, et omnia rursus
10 attrita per os ad cornu triduo dabis. Nonnulli in duobus
sextariis conditi fabae fresae heminam ante triduum infundunt, post terunt diligenter et aequatis partibus per
triduum digerunt. Aliis placet farinae fabaceae sext. I
in III sext. vini veteris infundere additaque olei optimi
11 libra pariter deterere ac dare per cornu. Tussis ex ruptura vel vulsione si provenerit, arum Gallicum primo
tundes, post herbam parietariam teneram admisces, adiuncta
axungia veteri conteres diligenter, pastillos facies, quos
impari numero imparibus diebus cum resoluto butyro ac

---

7 Pel. c. 72 (Emeriti). 11 Pel. c. 74. 14 Pel. c. 73. 16 Pel. c. 75. 83.

---

1 est *om. L* ‖ 2 plerumque *ed. pr.* plurimiq. *A* | dant *P* debere dari *ed. pr.* ‖ 3 decoctus r. atq. infusus vino propinaretur *P* ‖ 4 propinare *ed. pr. A* | pastillum *om. L* ‖ 5 in aest. *ed. pr. A* | *§§ 9. 10 om. P* | proprie *ed. pr. A* ‖ 6 omnes *om. L* | qualitate *ed. pr. A* ‖ 8 frisae *L* frixae *ed. pr. A* | sext. I *L* sext. II *ed. pr. A* unc. VI *Pel.* | in passis *L* sext. II vini p. sext III *A* | 10 o. tusa (infusa *A*) et cribrata per os (digeres *add. A*) ad c. per triduum dabis *ed. pr. A* ‖ 11 in *LA* vero *ed. pr.* ‖ 12 fundunt *ed. pr.* infundunt — 14 triduum *om. A* ‖ 13 deterunt *ed. pr.* ‖ 14 digerere *A* | placet *om. A* | farinae facies sext. I *L* fabaticae *A* ‖ 15 in *om. ed. pr.* | infundes *A* | que *om. L* ‖ 17 anum G. *L* anag. *ed. pr. A* sinphitum *P* ‖ 18 paratariam *L* | par. pro duabus partibus t. *ed. pr. A P* | misce *L* | adiunctaque ... et past. *ed. pr. A P* ‖ 20 in pari n. et paribus d. *P* impari n. et imp. d. *ed. pr.* et in partibus cum r. *A*

melle defundes. Ad levem tussim viatoria sunt experta- 12
que remedia: porros decoquere et cum herba parietaria bene tunsa miscere factisque pastillis in ovo resoluto et oleo roseo nec non et passo et melle convolvere et per triduum deicere, sucumque ipsius iuris in quo decocti sunt porri insuper dare per cornu. Item laser ad magnitudinem fabae cum vino veteri deteres et per cornu dabis. Tussi et gravedini capitis medebitur: oleum roseum vel certe simplex sed viride cum aqua calida per dextram narem per triduum defunde.

CXXX. De vulsis.

Vulsos glutinare creditur, si tracanthi unc. II III 66 Gesn. V 65 Schn.
pridie infundas in calida, faeni quoque Graeci heminam et lini seminis heminam separatim infundas, die postero in caccabo decoquas et pariter teras, post medullae cervinae unc. II, sevi hircini lib. I, radicis draconteae unc. I, gentianae unc. I, centaureae unc. I, sevi taurini unc. I contundas et illis, quae prius parata sunt, addas: quae omnia in mortario mittes et diutissime conteres. Ad ultimum III sext. passi et aquam, in qua faenum Graecum vel semen lini fuerat infusum, adicies et decoques et ad cornu per triduum dabis. Graviter tussientes et vulsi hac 2

1 Pel. c. 76. 6 Pel. c. 77. 8 Pel. c. 82. 12 Pel. c. 84. 22 Pel. c. 85 (Emeriti).

1 diffundes *ed. pr. AP* | vituria *L* iuvatoria *A* | experimenta rem. *L* expertaq. *margo ed. pr.* expeditaq. *vulg.* ‖ 2 p. etiam coque *etc. P* ‖ 3 in olere soluto *A* | et ol. r. *om. P* ‖ 4 et *tert. om. ed. pr.* ‖ 5 que *om. ed. pr. A* | ipsius iuris et aqua in qua *L* uliris et aquam in qua *P* subtusque ipsius viris et aqua in qua *A* sucum ipsius conditurae *Pel.* ‖ 6 cornum *LP* | laser id est opium syrenicum *ed. pr. A* (cirinnicum) ‖ 9 et v. *ed. pr. A* ‖ 10 diffusum *ed. pr. A* (def.) infusum prodesse poterit ad salutem *P*

12 vulsis *ed. pr.* vulsus *LP* v. gl. cr. *om. A* ‖ 14 lini s. hem. *om. A* | semen *L* | d. tertio *A* ‖ 16 hircini — 17 sevi *om. L* ‖ 17 s. t. unc. I: omnia in mortario trita misce et adde ultimo passi *P* | 18 quae peracta sunt *A* ‖ 19 mortarium *ed. pr.* ‖ 22 *§§ 2—4 om. P*

potione recreantur: de masculo pinguis porcinus acro deco-
quitur, donec omnis caro solvatur, abiectisque ossibus
universis cum iure, in quo defervuerat, et tribus sextariis
passi et sextario ptisanae rursus in caccabum mittetur;
glutis taurinae semuncia, aceti acerrimi dimidia hemina
coniunguntur et fervent, ut chylon faciant. Tracanthi
unc. III, lini seminis et faeni Graeci unc. singulae deco-
quuntur extrinsecus et teruntur; adiunges etiam medullae
cervinae et sevi hircini unc. III. Quae ad ultimum cum
omnia pariter fuerint decocta, facies potionem, ex qua per
cornu dabis animalibus diebus VII aut IX, curaturus ut
tepefactam digeras: quae ne spissentur, adiectio passi et
aquae illius copia, in qua semina decocta sunt, praestat
3 liquamentum. Aliquanti caput agninum tam diu deco-
quunt, donec omnis compago solvatur abiectisque ossibus
terunt, adiunctoque ad ius ipsius melle diebus septem ad
4 cornu digerunt. Quodsi tussis ex faucibus veniat, murrae
unc. II, cardamomi unc. I, nuclei pinei sext. I, uvae passae
sext. I deteres diligenter additoque melle agitando lentis
carbonibus decoques. Cum intepuerit, pastillos ad nucis
magnitudinem facies, quos ternos cum butyro diebus V
5 vel VII digeres. Item si ex faucibus causa est, occisum
pullum palpitantem aperies et tolles ei ventriculum, cum

14 Pel. 86. 17 Pel. c. 87. 22 Pel. c. 88.

1 donec omnis caro s., de masculo *etc.* *AL* | do coquatur *margo* decoquitur *L* ‖ 3 quo deferbuerant *ed. pr.* | def. tres sext. passi succidi siue r. *A* p. s. deinde r. *margo* ptisanae *ed. pr.* ‖ 5 semunciam . . coniungitur et fervet *ed. pr.* *A* semunciam acerrimi dimidiam hem. coniunguntur et fervent *L*
6 quilon fiat *ed. pr.* *A* cylon faciant *L* ‖ 7 f. G. singulas partes emin. dec. *L* singulae p. dec. *A* ‖ 10 cum o. fervuerunt cocta *A* calefacta f. et colata *ed. pr.* ‖ 12 ut inspissentur *ed. pr.* *A* nec spes sentura deiectio *L* ‖ 13 cocta sunt sem. *ed. pr.* *A* | praest. liqu.] praeterea *A* ‖ 16 adiectoq. *ed. pr.* *A* ‖ 18 unc. II *L Pel.* unc. III *ed. pr.* *A* | uvae p. sext. *om.* *A* ‖ 19 lent[i]es ca[r]nibus *L*
22 ita si *L* | ex f. est occasio, pullum *P* ‖ 23 tollis eius *ed. pr.* *A*

stercore suo calentem et integrum in melle convolves et per canalem digeres: certissimum ac vile remedium est. Si exasperatio gutturis moverit tussim, murrae unc. II, 6
piperis unc. II, seminis lini fricti et contusi sext. I, cardamomi semunc., uvae passae sext. I, nuclei sext. I, mellis pondo II diligenter trita commisces ac decoquis; pastillos ad nucis magnitudinem facies, ternos in die digeres.

CXXXI. De tussi quae ex humoris acerbitate generatur.

Tussi, quam humorum acerbitas excitat, tali ratione III 67 Gesn. V 66 Schn.
succurretur: inprimis purgandum est corpus tussientis. Cucumerem itaque silvaticum vel radices eius cum nitro Alexandrino conteres adiunctoque vino vetere per os dabis ad cornu. Quae potio cum laxaverit ventrem, post 2
diem tertium scillae validioris scrup. IV contundes et optimi laseris, quantum fabae patitur magnitudo, commisces vinique odorati sextarium et olei veteris libram addis, et cum diligenter omnia cribraveris, triduo per os defundes ad cornu. Istis quoque suffimentis non minus 3
quam potionibus adiuvabis: sandaracae unc. III, asphalti unc. III, alii et ceparum tantundem; quae cum pariter triveris, in tres partes aequaliter divides et per triduum cooperto ori vel capiti subiectis carbonibus suffies, ut odor

---

3 Pel. c. 90. 10 Pel. c. 91. 19 Pel. c. 92.

---

1 et int. in *om.* *P* || 2 vile *P* utile *LA* verum *ed. pr.* || 3 m. unc. III *P* || 4 fricti cont. *L* frixi et c. *ed. pr.* *A* fr. et *om.* *P* | cardam. — nucl. sext. *om.* *A* || 5 nucl. sext. *om.* *L* || 7 ad diem *LA* in die *ed. pr.* *P* fac, tres in die dabis aut deicies *P*

9 humorum acumine *P* || 10 quae ex acerbitate h. provenit *ed. pr.* *A* || 15 scyllae *L* squillae *ed. pr.* *P* reille *A* | tunde et optimi lasaris ad magnitudinem fabae adde, vini odoriferi sext., olei v. triduo p. os infundes ad c. *P* || 19 §§ *3—6 om.* *P* | item alia *add. ed. pr.* || 20 sandarici *ed. pr.* sandaricis *L* || 21 olei tant. *A* cep. unc. III *ed. pr.* || 23 ori vel c. *om.* *L* ori vel *om.* *A* | suffumiges *ed. pr.* sufficienter *A*

impleat nares. Cuius tamen prius oculos ligabis, ne medi-
4 camenti acerbitate laedantur. Herbae quoque marrubii fasciculum quam magnum volueris deteres et cum oleo et vino sucido permisces, addita adipe cervina vel si defuerit, vervecina quam cum cera resolvis et dum tepe-
5 factum fuerit ad cornu digeris. Gravissimae subvenit tussi, si pilulas cupressi decoquas et purges diligenter, addita axungia et aro Gallico et foliis tenerioribus herbae parietariae contundas in pila et pastillos ad nucis magnitudinem facias, quos per triduum impares in melle, oleo,
6 vino passo, ovis intinctos deicies. Si placet pro pilulis etiam folia cupressi contusa miscere cum omnibus supra scriptis, potes liquidiorem facere potionem et dare per cornu. Ad omnes tusses talem dedere plerique potionem: tracanthi unc. I, piperis unc. I, hormini seminis lib. I, cumini unc. I, murrae unc. I, spicae nardi unc. I detrivere sollerter et cum duobus sextariis passi per triduum defudere.

CXXXII. Ad tussim siccam vel suspirium.

III 68 Gesn. V 67 Schn. Ad arteriam exasperatam et ad suspirium vel spasmum: hyssopi lib. I, faeni Graeci selib., seminis lini, tracanthi, anagallici, rutae viridis selib., salis mediam heminam conteres et usque ad tertias decoques cum passo,

2 Pel. c. 93. 4 Pel. c. 92. 6 Pel. c. 89. 14 Pel. c. 95. 20 Pel. c. 96.

3 cum ovo *ed. pr.* ‖ 4 admisces *ed. pr. A* ‖ 5 verbenaceam *ed. pr.* | quas *A om. ed. pr.* | et cum tepida ad c. *ed. pr.* ‖ 7 pilulam *L* ‖ 8 ano G. *L* armo G. *A* anag. *ed. pr.* | et fol.] appii tenerioris *A* ‖ 10 per tr. *L Pel.* quotidie *ed. pr. A* | imp^{on}ares *L* | cum m. et o. et v. *ed. pr. A* ‖ 11 ovis int.] ^{e}ut si^{c}tinctos *L* ‖ 15 traganti myrrhae spicae nardi ana unc. I *ed. pr.*, *A qui pergit:* piperis deteriues solerunt ‖ 17 defundes *L* diffudere *ed. pr.* diffundere *A*

19 ad tussim s. vel s. et ad art. *continuat L* ‖ 20 ad suspirium vel spatium *P* susp. vel *om. ed. pr. A* ‖ 21 f. Gr. lib. *L* | sem. lini trac. *om. L* ‖ 22 ari G. *Pel.* simphiti *P* ‖ 23 hem. dimidiam *ed. pr.* hem. s. *P* | tertiam *ed. pr.*

tussienti per triduum, vulso per novem dies dabis. Alii 2
petroselini Macedonici unc. I s., dauci unc. I, murrae
unc. I, spicae nardi, costi, tracanthi singulas uncias
prius in mulsa tepida infusas; acori unc. I, piperis unc. I,
croci unc. I, guttae hammoniacae unc. II, casiae unc. I
pariter deterunt, pastillos ex mulsa faciunt, postea ex passo
deiciunt taedianti. Ad tussim veterem et ad suspirium 3
vel anhelitum et synanchen: si mox dederis storacis ru-
beae unc. III, murrae troglitis unc. II, opopanacis unc. II,
iris Illyricae unc. II, galbani unc. II, resinae terebintinae
unc. III, herbae symphoniacae unc. I; pariter commisces
et deteres, pastillos facies cum melle. Praeterea axungiae 4
lib. I s., caricas XV, pineam combustam et in pulverem
redactam, liquaminis optimi heminam, mellis selib. cum
coliculis excoctis: offas faciunt et cum passo digerunt.
Aliquanti hederae folia, item populi albi folia aequo pon- 5
dere deterunt et cum vino albo per nares defundunt.
Aliquanti rutae folia molliora deterunt et cum vino optimo
per nares defundunt. Alia: cucumeris silvatici folia faeno
miscent radicemque ipsius contundunt et cum lini semine
et hordeo commixtam offerunt. Experimento probatum 6
est tussim suspiriumque sanari, si sulfur vivum et rosma-

---

1 Pel. c. 94. 7 Pel. c. 97. 12 Pel. c. 98. 16 Pel. c. 99 (Emeriti). 18 Pel. c. 101. 21 Pel. c. 102 (apopiras Pel.).

---

1 tussienti — vulso *om. L* ‖ 4 diffusas *ed. pr.* diffundis *A* infusi *P* infundes *L* ‖ 5 croci *om. L* succari *ed. pr. A* ‖ 6 simul tere *P* | post cum p. *ed. pr.* ‖ 7 deicies tepido *P* ‖ 8 si *om. Gesn.* prodest si *Pel.* ‖ 11 sponiace *A* | commisce et tere et p. *P* ‖ 13 lib. I *P Pel.* | XII *P* caricas pingues XV, raneam cumbustam *A* raveam *margo ed. pr.* pineam *(del.* m*) margo* al. bene *L* ‖ 14 liqu. o. hem. *om. L* ‖ 15 caul. *ed. pr. AP* | facies . . . dabis *P* ‖ *§§ 5—9 om. P* ‖ 16 albi *sic codd.* ‖ 17 v. candido *L* ‖ 18 alii *ed. pr.* | molliora *L* conterunt mollia *A* cum melle deterunt *ed. pr.* ‖ 19 alia *om. A* ‖ 21 commixto *L* commixta *ed. pr.* -as *A* | et exp. *L* ‖ 22 sanare *ed. pr. A* | si] alia *ed. pr. om. A* | vium *L*

rinum cum melle et vino veteri per sinistram narem digeras. Aliquanti panacis radicem detritam cum vino optimo hemina et tribus cyathis olei per cavernam naris sinistrae infundunt. Praeterea rosmarini scrup. IV, murrae scrup. II, croci scrup. II cum vini veteris sextario, olei hemina per nares triduo defundunt, ita ut in die detur hemina. Anethi acetabulum, iris Illyricae acetabulum, rutae scrup. I, olei heminam dimidiam mane per os dige-
7 runt. Suspirium quoque ac tussim relevat, si radicis mori scrup. I, herbae heliotropii unc. III diligenter conteras et cum hemina vini candidi per os defundas. Recens vero tussis expedite hac curatione sedatur: lentis sext. I s. emolis farinamque mundissimam facies, ex qua singulas heminas cum singulis heminis aquae per os in
8 triduum digeres. Vetus autem tussis aboleri creditur ita: tres cyathos ex suco porri cum hemina olei compluribus diebus per fauces infundas. Tussientes et vulsi hac potione curantur: panacis radicis unc. II, sulfuris vivi unc. I, tus masculum unc. II, murrae troglitis unc. I commixta in pulverem rediges, ex quo duo coclearia cum duobus ovis, addita vini veteris hemina, diebus V vel VII per os da-
9 bis. Expertum dicitur ulmi cinerem levissimum, id est favillam, aqua tepenti permiscere et olei boni aequam

---

2 Pel. c. 103. 4 Pel. c. 105. 7 Pel. c. 106. 9 Pel. c. 107. 12 Pel. c. 108 (Colum. VI 31, 1). 17 Pel. c. 109. 22 Pel. c. 110 (Emeriti).

---

2 vini o. *ed. pr.* || 3 cavernas *ed. pr. A* || 5 croci scrp. II *om. ed. pr. A* | sext. I s. *L* || 6 ut die de emin. *L* (de *postea ins.*) || 7 iris I. *om. L* || 8 mane *om. ed. pr.* | digeris *A* || 9 radicem porri *L* || 11 v. calidi *Pel.* || 12 r. quoque *ed. pr.* | expedit hac cum ratione s. *L* experimento curationis s. *ed. pr.* exp. cur. *om. A* || 13 mollissimam *ed. pr.* || 14 heminis coque et per os *A* | per tr. *ed. pr. A* || 15 creditur si . . defundis *ed. pr. A* || 16 pluribus *ed. pr. A* || 17 tussientes evulsique *A* (vulsisque *G*) || 19 turis m. *ed. pr. A* | trigloditis *ed. pr. A* || 21 V vel VI *L* V vel VII *ed. pr.* V diebus autem per os d. *A* || 22 experimentum d. *L* | lenissimum *L*

mensuram addere iunctisque tribus ovis diebus quot volueris dare per fauces.

CXXXIII. Ad vomicas vel tussim.

Validissima contra tussim et vomicas compositio III 69 Gesn. V 68 Schn.
est: suci marrubii expressi heminam, caricas siccas XXV,
mellis Attici vel Siculi sext. s. in olla nova ad medium
decoques, post murrae troglitis unc. I, dauci unc. I, casiae
fistulae unc. s., cinnami semunc., turis masculi unc. I,
aristolochiae unc. II, opopanacis unc. I, iris Illyricae unc. s.,
panacis radicis unc. I, universa conterito atque cribrato 2
et supra medicamentum, in quo mel et ficus coxeris,
mittito et studiose agitans fervere facito paulatim carbonibus lentis, post in pyxidem plumbeam vel ligneam condito, ex qua bina coclearia cum hemina vini per os co-
tidie digeres. Vulsis vel tussientibus prodest singulos 3
sextarios lentis, faeni Graeci et lini seminis frigere separatim et pulverem facere, et de singulis speciebus singula coclearia cum suco ari Gallici et suco plantaginis quantum volueris addito vino per os dabis.

---

4 Pel. c. 111. 15 Pel. c. 113.

---

3 potio ad *P* | ad v. et t. validissimam c. *L* || 4 val. *om. A* calidissima *P* | vomitum haec est *P* comp. talis est *A* || 5 expressi *om. L habet Pel.* sucum m. expressum *A* || 6 m. albi lib. I cymini sext. I *P* m. Attici vel cymini *ed. pr. AL corr. Pel.* || 7 m. tr. unc. I *LA Pel. om. P* unc. II *ed. pr.* | dauci casiae f. *om. L* | cas. fist. unc. I *A qui reliquas species om.* || 8 semen cymamum sēm. *L* cinamomi *P* || 9 arist. op. *om. L* || 10 radices *L* | omnia trita atq. cribrata et s. *P* || 11 s. medicamento *ed. pr.* | lib. mellis vel f. *P* mel et ficus *ed. pr. A Pel.* m. vel f. *L* || 12 mitte et st. agitabis; f. fac *P* || 14 quo *P* | cum *om. L* | cotidie *om. A* || 15 dabis *P* | singulis *P* || 16 et *om. L* | frigide *G* tere sep. et p. fac *P* || 18 ani g. *L* sinphiti *P* ari G. *Pel.* || 19 dare *ed. pr. A*

CXXXIV. De diversis potionibus.

III 70 Gesn. V 69 Schn. Vulsorum vel tussientium animalium ut diversae causae, ita sunt difficiles curae. Quapropter studiose, quae experimentis nostris vel aliorum probata cognovimus, intimamus. Ad unum itaque animal talis potio praeparatur: fabae fresae sext. I sine sale cum aqua decoques, quemadmodum hominibus consuevit apponi. Praeterea faeni Graeci sext. I separatim mittis in caccabum, et cum fervere coeperit, primam aquam effundes, post addis aquae
2 sext. V, caricas XX, glycyrrhizae unc. II; tantum ferveat, donec IV sextarii remaneant; tunc fabam istam coctam et faenum Graecum cum caricis vel glycyrrhiza in mortario diligentissime deteres, addes insuper butyri unc. III, sevi hircini unc. II, ad calorem diligenter resolves. Quae cum omnia miscueris, addito iure, in quo faenum Graecum decoxeris, tepefacta per cornu plus quam singulas heminas diebus singulis faucibus digeris. Quodsi spissiorem videris potionem, tantum passi addes, ut possit per cornu exire.
3 Barbarorum usus invenit salutare remedium: radicem herbae, cui nomen est inula, quam Campanam plerique appellant, colliges et in umbra siccabis; post deteres, in pulverem rediges, ex quo terna maiora coclearia in singulis sextariis vini veteris pridie infundes, et cum bene

5 Pel. c. 450 cf. Veg. III 9, 5.

1 diversae pot. *ed. pr.* de ã. passionibus *AP* ‖ 2 vulsorum vel tussientium anim. *titulo adiungit L, ed. pr.* (v. et t.) *om. A* ‖ 3 qualiter st. *L* ‖ 4 agnovimus, terminamus *P* ‖ 5 ad unum quodq. a. *P* ‖ 6 frixae *ed. pr. A* fractae *LP* | sext. semis cum a. *A* | cum a. *om. L* ‖ 9 fundes *ed. pr. A* abicies *P* ‖ 10 V: IV *Pel.* | lyciriae *L* gliceris in die *A* | glyc. — tantum *om. P qui* et fac fervere ‖ 12 cum carice vel glycerizia *L* et *Veg. III 9* ‖ 13 diligenter *ed. pr. P* diutissime *M* d. resolve, tere et adde but. *P* d. resoluta, addis *A* | but. s. h. ana unc. II *ed. pr. A* ‖ 16 tepida omnia *P* ‖ 17 singulis dabis *LP* | quodsi *usque ad finem cap. om. P* ‖ 19 usus adversus tussim *ed. pr. A* ‖ 21 et *om. ed. pr. A* | postea *ed. pr. A* ‖ 22 in singulos sext. *ed. pr.*

agitaveris claudes, ne odor herbae salutaris exhalet; per
os triduo vel quot volueris diebus digeres. Item aliud: 4
lentis Alexandrinae faeni Graeci lini seminis heminas sin-
gulas decoques addesque ei tracanthi unc. I s. pridie
in tepida infundis et ari Gallici unc. III diligentissime reso-
lutas; quae cum omnia in mortario triveris, in caccabo
novo cum tribus aquae sextariis decoques et exinde ter-
tiam partem cum sextario passi tepidum per os dabis
triduo: continuo stagnare creditur vulsos. Si iumentum 5
ex vulneribus faucium tussis urgebit, iris Illyricae unc. I,
piperis nigri semunc., croci scrup. I, murrae troglitis semunc.,
turis pollinis semunc., tracanthi prius infusi et triti
unc. I, ova V cum passi sextario commisces et triduo per
fauces digeres ad cornu. Post mel, butyrum, axungiam,
salem et piculam commisces, offas facies et in passo in-
tinctas digeres. Si ab internis tussierit, suci ptisanae 6
heminam, defruti cyathum miscebis et per triduum dabis.
Si gravius tussierit animal, fabae fresae et coctae sext. I,
sevi hircini unc. III, alii capita III pariter decoques et
in mortario conteres et cum passo dabis. Curat autem 7
vulsos et ruptos: faeni Graeci sext. I cum XX caricis et
fasciculum apii et fasciculum rutae in aqua ad medium
decoques, ita ut postmodum tracanthi soluti unc. III et
anagallici contusi tres et alii contusi tres aliae pariter
addantur, et omnia conterantur, offulis ad nucis magnitu-

---

9 cf. Veg. I 11, 6 (Pel. c. 207). 18 cf. Veg. I 11, 10.

---

2 diriges *G* | alia *ed. pr.* ‖ 4 anig. *L* ‖ 6 cribraveris *L* ‖ 7 et *om. ed. pr.* ‖ 9 sanare *ed. pr.* vulsus *ex* -os *L* ‖ 10 faucibus *L* ‖ 11 succari *ed. pr. A* | troglitis sem. t. p. sem. *om. A* ‖ 15 sales *L* s. sed per pic. com. et per triduum offas f. et in p. immittas digeres *A* ‖ 16 interioribus *A* ‖ 17 defricti *L* | et *om. L* ‖ 18 frissae *L* frixae *ed. pr. A* ‖ 20 deteris *ed. pr.* ‖ 21 caricas XX et f. *A* fasciolum *bis L* fasciculo *bis ed. pr.* ‖ 22 in qua *L* ‖ 23 resoluti *ed. pr. A* | unc. IIII *A* ‖ 24 et allii tres add. *ed. pr. A* ‖ 25 offulisque *A ed. pr.* offulae . . . factae *Schn.*

dinem factis ternae, quinae, septenae per triduum digerantur.

CXXXV. *De scabie.*

III 71 Gesn. V 70 Schn. Scabies iumentis deformitatem et passionem et interdum periculum generat. Contagiosa namque est et transit in plures. Cui nascenti medicamentis non oportet occurri, ne praeclusa cute in visceribus residens convertatur in morbum. Sed cum eruperit foras, primum purgatio ventris adhibetur, si pulverem ex cucumere silvatico cum vino faucibus animalis infuderis, vel certe si radicem minutatim concisam copiose cum hordeo sub-
2 ministres. Quod cum ex ratione processerit, interposito triduo aliquantum sanguinis, si caput et collum scabies infestat, de cervice detrahes. Si vero scapulae vel armi aut pectus in causa est, de brachiolis sanguis emittetur. Cum spinam vel lumbos aut coxas papulis aestuans prurigo pervaserit, de femorum venis sanguis auferatur.
3 Asfaltum, sulfur vivum, picem liquidam, butyrum aequis ponderibus pariter deteris et in sole diutissime confricans iumenti corpus perungis. Aceti acris sext. I, piculae unc. IV, cedriae unc. IV pariter decoquis et scabiosum animal ex lotio humano et calida permixta diligentissime

---

4 Pel. c. 347 cf. Chir. c. 613. 20 Pel. c. 348 cf. Chir. c. 614.

---

4 def. et p. *A* deformem passionem *L ed. pr.* deformem et intra per. g. *P* ‖ 6 in pulverem *L* ‖ 7 occurrere *ed. pr. A* ‖ 8 sed ut *ed. pr.* | primo *ed. pr.* ‖ 9 sicut pulvis ex cucumeribus s. . . . infusus *P* ex radice cucumeris s. *ed. pr.* ‖ 10 infundis *ed. pr. A* ‖ 11 minutatim *om. ed. pr. A* minute fractam *P* *qui* copiose *om.* cum hordeo sub] sibi *A* ‖ 12 quod cum solutum fuerit *P* ‖ 13 aliquantulum *ed. pr. AP* ‖ 14 scapuli *ed. pr.* ‖ 15 emittetur — 17 sanguis *om. P* | exstuans *A* | prurigo *L* purgatio *A* contagio *ed. pr.* ‖ 17 emittitur *ed. pr. A* ‖ 18 et post asf. *P* | in butyrum *ed. pr. A* ‖ 19 diu confrica *P* ‖ 20 totum i. c. *ed. pr. P* | acri *L* fortis *P* ‖ 21 cedri *L* ut aureе *P* | simul coque *P* | et . . . perfricabis *L* et . . . frica *P* perfricaturus *ed. pr.* confricas *A*

perfricabis, tunc penicillo in fuste ligato medicamentum
induces in sole. Asfaltum et sulfur aequaliter conteres
addita adipe porcina et olei veteris tantundem, quae cum
decoxeris, perunges in sole. Adipis lib. I, sulfuris vivi 4
unc. II, bituminis unc. I, olei selib., picis liquidae cyathos II,
omnia conteres et decoques, et perunges sicut suprascrip-
tum est. Lotii veteris humani faecis scrup. IV, stercus
suillum selib., faecis olei heminam, sulfuris unc. I, picis
liquidae cyathos III, omnia contere et decoque et in sole
calido animal semel in die perunge. Bituminis pondo II,
sulfuris vivi selib., cerae lib., mannae turis selib. com-
misces in oleo, in quo prius fasciculus ancusae decoctus
est, et perunges in sole. Alia: si minus habet integras 5
vires, ranas in aqua decoques unctumque earum colliges
et cum polline lenticulae, adipe et oleo permisces et tepe-
facto perungis. Item aliud: cucumeris silvatici radices
lavas et tundis et in caccabo novo cum oleo, quantum
sufficit, decoquis et uteris. Sulfur quoque cum vino can-
dido decoctum similiter iuvat. Si vetustate scabies 6
occalluerit, prius eradenda ferro vel testis ad vivum est,
insuper humano lotio cum aqua marina vel salsa mixto
perfricanda; post bituminis, sulfuris, picis liquidae, axun-
giae veteris, sevi caprini, cerae, aluminis scissi singulas
libras contundes et misces et decoques et animal perunges

---

2 Pel. c. 349. 4 Pel. c. 351. 7 Pel. c. 353. 10 Pel. c. 354. 13 Pel. c. 356. 16 Pel. c. 357. 18 Pel. c. 358. 19 Pel. c. 359. 22 Pel. c. 360.

---

1 tunc *usque ad finem cap. om. P* || 3 porcini *L* || 7 scrup. III *L* IV *ed. pr. A* I *Pel.* | st. suillum *LA Pel.* stercoris ovilli *ed. pr.* || 8 faecis *om. ed. pr. A* | s. vivi *ed. pr.* | unc. I *A Pel.* unc. III *ed. pr. L* || 12 aricusae *ed. pr.* || 13 alias ni non habet *L* aliae enim non habent *A* || 14 unctamq. *ed. pr.* mictumq. *A* || 16 alium *A* alia *ed. pr.* || 17 et *alt. om. ed. pr.* in *om. A* || 18 candido *om. ed. pr. A* || 19 vetuste *A* || 20 occaluit *ed. pr. A* | obradenda *ed. pr. A* (-do). abr. *Gesn.* | testis omnium est *A* || 22 fricanda *A* confricandum est *ed. pr.* || 23 cerae *om. A* | spissi *ed. pr. A* || 24 et sic a. *ed. pr. A*

7 in sole. Folia rhododafnes cum oleo vetere decoques, addita pice liquida et aceto et cera: certum est de experimento remedium. Memineris tamen in omni unctione contra pilum iumentum in sole diutissime confricandum.

CXXXVI. Si animal faeno malo laedatur.

III 72 Gesn. V 71 Schn. Vitiatum aliquo casu vel mucidum faenum ad similitudinem veneni animalibus nocet, quorum ista sunt signa: oculos habebunt vagos semper micantes, ipse gradus eorum incertus erit. His de matrice auferendus est sanguis, debrachiolandi sunt etiam et potionandi ita caricis in vino odorato decoctis rursumque detritis: abstinendi ab hordeo, addendae sunt etiam diureticae potiones.

CXXXVII. Si hordeo malo laedatur.

III 73 Gesn. V 72 Schn. Simili observatione curantur qui nimio hordeo maloque laeduntur. Sed hi etiam in aqua frigida adversus torrentem diutissime detinentur. Utrisque remedium est pelliculam de ventre pulli siccatam fumo deterere additisque VIII scrup. piperis, IV coclearibus mellis et pollinis ex ture cum sextario vini veteris tepefacto per os dare.

---

1 Pel. c. 361. 6 Pel. c. 291. 16 Pel. c. 290 (Emeriti) cf. Veg. II 116, 3.

---

1 folia de rododafnes *ed. pr.* || 2 et per acetum et ceram liquidum est *A*

5 de f. m. *L* || 6 aliquotiens vel modicum f. *A* || 8 et semper *ed. pr. AP* | ipsos gr. *L* incedit gradu incertus *P* || 10 de brachiolis flebotomandi sunt et p. *ed. pr. A* et de brachiolis; sunt p. *P* | ita *om. P del. Gesn.* || 11 carisce *L* | c. et v. *P* | que *om. ed. pr. A* | abscindendi *G* || 12 et ad. *A* ab h. et faeno, dandae etiam *ed. pr.* | duriticiae *ed. pr.*

14 quae *ed. pr. A* haec quae *P* | aut malo *ed. pr. A* || 15 Quae si in . . . detinentur, idem periculum incurrit. quibus utrisque prodest pellicula . . . trita *P* || 16 utriq. *ed. pr. A* || 17 pellicula . . . siccata *L* || 18 et uncia pollinis *ed. pr.* | addita unc. piperis mellis coclearia IIII turis pulverizati cum *P* || 19 turis *A* | tepido *P* tepida *M* | data *P* dabis *L*

CXXXVIII. *Ad fascinum.*

Fascinatum animal triste est, gravatur et macescit, III 74 Gesn. V 73 Schn. et nisi subveneris, incidet in morbum. Bituminis igitur et sulfuris parum cum granis lauri ex aqua defundis per nares. Praeterea coriandrum vel semen ipsius cum sulfure et taeda carbonibusque circumferes, ex aqua ferventi animal consperges, suffumigabis. Universis quadrupedibus remedium praestat ista suffitio quae resistit etiam morbis.

CXXXIX. *Remedium contra omnes morbos.*

Adversus universas infirmitates et morbos equorum III 75 Gesn V 74 Schn. vel boum, ubi primum coeperint aegrotare, potio ista succurrit: radices scillae, radices populi quae appellatur ramnus, nam est fuscior et rubellula, et salis communis quantum sufficit mittes in aquam eamque animalibus usque ad sanitatem dabis in potu. Quodsi desperatas valetudines praeoccupare volueris, ne unquam accidant animalibus tuis, incipiente vere hanc tempera potionem et animalibus omnibus per XIV dies continuos dabis in potu.

---

2 Chir. c. 497. 10 Chir. c. 497 p. 163, 11 cf. Veg. IV 2, 4. Garg. Mart. cur. bo. c. 10.

---

1 de fascinato animali *P* || 2 si ascinicum an. *A* | gr. incessu, m. *ed. pr. A* | gr. evanescit *P* || 4 grano l. et a. *P* || 6 carbonesq. *L* que *om. vulg.* | ex a. f. *om. L* aqua an. c. *A* in aqua vase carbonibus circumdato irrigabis et suff. *P* || 7 quatuorpedibus *A* || 8 suffectique *margo* al. sufficti *L corr. Gesn.* suffusio *A* suffumigatio *ed. pr. P* | s. curat atque m. r. *ed. pr. A* s. et res. m. *P*

10 et morbos *om. P* || 11 cum primum *P* || 12 radix sc. *ed. pr. A* | pupuli *L* | quae graece a. *ed. pr.* || 13 ramnus *ed. pr. P Chir.* rampnus *A* albus *L* | novellula *L* nub. *vulgo* | radices ramnos quantum suff. *P* | sales communes *ed. pr. A* || 15 quod si *usque ad fin. om. P* || 16—18 ne u. accidat an. omnibus et per XIV dies dabis in p. *A* || 17 hanc illis praeparabis p. *ed. pr.* | animalibus o. *om. ed. pr.*

CXL. *Si animal laedatur, dum accipit potionem.*

III 76 Gesn. V 75 Schn. Ostendendum autem est, potiones ipsas oportere cum ratione defundi, siquidem frequenter evenit, ut, dum animalia potionantur, tussiant, sudent graviter et tremorem musculorum omnium patiantur, follicent etiam et submisso capite se sustinere vix possint. Quod evenit, si quando per imperitiam dantis potio in arterias et in spiritales partes pulmonis resilierit. Unde fit et periculum
2 praesens. Quare observandum est, ne tussienti iumento et pendenti adicias potionem, sed statim solvas paululumque deambulet et magis alia potione subvenias: aquae tepidae oleum roseum commisces et agitas et per os saepius dabis; pusca quoque puleiata nares eius fovebis: emendabitur culpa. Observandum quoque est, ut subtracto hordeo et negato potu digestum animal potiones.

CXLI. *Si animal a venenatis bestiolis mordeatur.*

III 77 Gesn. V 76 Schn. Plerumque a noxiis animalibus, id est colubris scorpiis sphalangiis et muribus caecis, animalia feriuntur et
2 in periculum veniunt. Quorum ista sunt signa: fastidiunt

---

3 Chir. c. 502 p. 164, 27. 9 Chir. c. 503. 17 Chir. c. 517 cf. c. 509.

---

2 Cum accipit potionem, o. est *A* || 3 op. curatione *ed. pr. A* op. diffundi et dari *P* || 4 sudent *margo* als. solent *ed. pr.* s. pariter *L* || 5 follicent — 6 evenit *om. P* | follientes et subm. *ed. pr. A* || 6 quod accidit *ed. pr. A* || 7 si ante *A* | imp. artis *ed. pr.* | et spirituales *ed. pr. A* || 8 inde p. pr. innascitur *P* || 9 cavendum *P* || 10 eum solvas *ed. pr.* cum s. *A* ipsum solve *P* | paulatimq. *L* || 11 sed m. *L* | ei alia *ed. pr.* ei aliam p. subicias *A* || 12 oleo r. *L* || 13 post quoque pulta acto nares et fov. *A* || 14 et em. *ed. pr. A* || 15 ne^{c} potū degestum *L* negatu potu digerit a. p. *A* negato potu digerat a. p. *ed. pr.* n. p. digestione facta animalis potionem des *P*

17 a *om. L* | nocivis *ed. pr. A* | ut colubre, scorpione *P* || 18 caecis *margo* areis (araneis) *L* sph. muribus ceterisque iumenta *P* || 19 cuius *ed. pr.* | fastidium ciborum *ed. pr.* f. cuius *A*

cibum, pedes trahunt et cum producuntur, succumbunt ad
singulos gressus, per nares defluit sanies, gravedo nascitur
capitis ut deiciatur ad terram, ad surgendum vel ad in-
cedendum deficiunt corporis vires. Generaliter curatio 3
ista succurrit: locum qui percussus est ante omnia fumi-
gabis succensis testis ovorum gallinae, quae prius infuderis
in aceto, addito etiam cornu cervino vel galbano. Post
suffimentum loca ipsa scarificabis et sanguinem ex his
emittes, vel certe cauterio inures loca, quae venenata
pestis attigerit. Observare autem debebis, ne aut supra 4
articulum aut in nervosis locis in quacunque passione un-
quam cauterium ponas. Adustis enim nervis vel articulis
perpetua debilitas consequetur. Sed diligenter considera
et aut superius aut inferius pusillum quam nervi aut arti-
culi sunt, cum necessitas fuerit, appone cauteria. Animal 5
autem quod venenata bestiola tetigerit, expedit ut sudet
et calidis sagis coopertoriis involutum deambulet et fari-
nam hordeaceam in cibo sumat, additis frondibus fraxineis
et vitibus albis. In plaga autem mel Atticum vel cumi-
num cum vino veteri mixtum calefactum oportet imponi.
Nonnulli stercus suillum recens et melantium tritum cum
vino miscent et calefactum quasi cataplasma inducunt
addentes urinam humanam.

9 Chir. c. 518. 21 Chir. c. 519.

1 trahuntur *ed. pr. A* | perducuntur *A* || 2 ingressus *A* || 3 ita ut *ed. pr. A* | ad *tert. om. ed. pr. P* || 5 locus . . . fumigandus est *ed. pr. A* || 6 ova gallinae prius *A* de gallina *P* | infunderes *L* fuderis *P* infundes *ed. pr. A* || 8 suffimento *L* fomentum *AP* | sclaricabis *L* || 9 candenti ferro comburis *ed. pr. A* sang. fluere fac vel ure candenti cauterio loca *P* || 10 attigit *ed. pr.* attingit *A* || 11 corticulis *A* articulos *ed. pr.* | in locis nervorum ullo modo in aliqua p. c. p. *P* || 12 cauteria *A* | imponas *ed. pr. A* | adusto e. nervo vel articulo *P* || 14 ut aut . . apponas *ed. pr. P* || 15 sunt *om. A* || 16 bestia *L* vestigia *A* || 17 sagis — 18 additis *om. P* | sagis *om. ed. pr. A* | involvatur *A* || 19 aliis credo albis *A* albis credo *ed. pr.* | mal attecum vel tyminum *L* || 20 in v. *ed. pr. P om. A* || 21 multi vero st. suilli r. *P* | mel Atticum cum v. *ed. pr. A* || 23 addito lotio hominis *P*

CXLII. Si buprestem comederit in faeno vel in pabulo.

III 76 Gesn. V 77 Schn. Buprestem si comederit in faeno vel in pabulo, haec erunt signa: statim ei venter inflatur, a cibo resilit, stercora minutatim et frequenter reddit. Qui statim sternendus est et cogendus ad cursum. Post vena eius tangenda est leviter de palato, ut sanguinem suum defluentem transglutiat, assidue deambulet, triticum cum passo infusum et porros offeres ad cibandum. Vinum autem tepefactum cum uva passa diligenter detrita ad cornu dabis in potu.

CXLIII. Si vipera percusserit animal.

III 79 Gesn. V 78 Schn. Vipera si momorderit iumentum, ex morsu eius pus consuevit exire. Nam si praegnans erit, totum rumpetur corpus. Ad morsum tamen viperae vel sphalangionis aut muris aranei commune remedium est terram formicarum cum vino miscere et dare per fauces, aut certe de ipsa terra frequentissime vulnera confricare. Ad quas causas etiam terra talparum creditur posse prodesse.
2 Quodsi in itinere aut in locis, ubi desit copia pigmentorum, necessitas ista contigerit, piperis triti grana XXX cum sext. vini veteris tepefacto faucibus digeres; herbam quoque thymum tritam cum vino si dederis, prodesse creditur. Morsus viperae vel cuiuscunque serpentis osten-

2 Chir. c. 506. 12 Chir. c. 514. 14 Pel. c. 283. 19 Pel. c. 284.

1 bustrepem *ed. pr.* | vel in p. *om. ed. pr. AP* || 2 Equus si b. *ed. pr. AP* || 3 haec s. statim sequuntur, venter *ed. pr. A* | cibis *ed. pr. AP* || 5 ad *om. L* | ei vena *ed. pr. A* || 7 tr. posso *(sic)* i. *L* || 8 afferes *ed. pr. AP* || 9 detritam (u *supra* a) *L* trita *P* contritum *ed. pr. A*

12 mordebit *L* || 13 post *pro* pus *LA* || 14 phalangii *ed. pr.* || 17 vulvam *ed. pr.* || 18 et terrata lipparum *A* || 19 fomentorum *ed. pr.* pigrorum *A* || 20 contingit *ed. pr. A* | triti *om. ed. pr. A* || 21 et h. t. *ed. pr. A* || 22 typum *L* || 23 vel c. s. *om. A*

ditur, si humor putidus de plaga incipit currere. Praesens 3
remedium est, si haedum vel gallum aut agnum in recenti
occideris et calentes pulmones eius cum sanguine, corde
vel iecore vulneri apposueris diligenterque constrinxeris, ut
omne virus educat, daturus continuo potionem: acori
Pontici semunc. tritam, vini veteris sext. I s., salis triti
heminam pariter misces et tepefacta faucibus digeris. Si 4
perseveraverit tumor, vitem albam silvestrem copiosam
comburito et ex cineribus eius lixivam facito et in potionem
per diem ad unum sextarium dato. Cinerem quoque
ipsum cum aceto in modum cataplasmatis vulneri imponito. Si nihil profecerit, cauteribus urito, usta solemniter curato. Farinam quoque hordeaceam ex sale et vino oleoque decoctam in cicatricem oportet imponi.

CXLIV. *Si araneum comederit.*

Si iumentum araneum in pabulo comederit, haec III 80 Gesn. V 79 Schn.
erunt signa: totum corpus tumebit, sed circum auriculas et oculos ac nares inflatio cum indignatione maior apparet. Cui hac ratione subvenis: de palato sanguinem tolles eumque exceptum cum sext. aceti et hemina salis miscebis et circa plagam vel loca tumentia perunges, diligenterque operies ut sudet: hac ratione sanabitur.

---

1 Chir. c. 510. 7 Chir. c. 511. 16 Chir. c. 512.

---

1 fluere *P* ‖ 3 cordis vel iecoris *P* vel corde vel i. *ed. pr.* ‖ 5 omnes vires *L* | macoris *A* silicem a. P. *P* ‖ 6 cum v. v. sextario *ed. pr.* ‖ 7 tepefactum *ed. pr. A* ‖ 8 perseveravit *ed. pr.* | item a. *L* | copiose *ed. pr. AP* ‖ 9 cum butiro *AL margo* burito *L* | ex c. — 10 dato *om. A* | lixivium *ed. pr.* ‖ 10 triduo *ed. pr.* ‖ 11 cum ac. *om. L* | vulneri cataplasma *P* ‖ 12 cauteriza sol. et superpone *P* ‖ 13 curantur *A* | hordei *P* | cum vino et sale oleoque *ed. pr. A* ‖ 14 dec. usque dum sanus sit *P* | imponi *deinde* apponi *L*

19 cui h$\overset{n}{a}$c rationem tolles eumq. *L* ‖ 20 sext. V *P* ‖ 22 d. frica et operi ut s. et sic curatur *P*

CXLV. Si sphalangius percusserit.

III 81 Gesn. V 80 Schn. Sphalangius si iumentum percusserit, his agnoscetur signis: stat ei veretrum prae dolore et videtur velle mingere. Cui ista ratione subvenies: piperis unc. I, pyretri unc. I, uvae silvaticae unc. I terito et cum vino veteri per fauces dato.

CXLVI. De mure araneo.

III 82 Gesn. V 81 Schn. Mus araneus pestis est venenata et tam equis quam bobus noxia: atque ideo cum captus fuerit, mersus necatur in oleo ibique in putredinem vertitur, ex quo medicamento, cum animal momorderit, plaga linitur et curatur animal. Vel si inventus non fuerit, cuminum tritum cum pice liquida axungiaque miscetur, ad spissitudinem malagmatis coquetur impositumque a periculo
2 liberat et sanat. Quodsi in suppurationem fuerit plaga conversa, lamina ferrea candenti aperienda est et quidquid vitiosum est inurendum atque pice liquida vel oleo percurandum. Ne autem mus araneus animal mordeat, ipsum vivum de creta circumdatur; quae cum induraverit, suspendetur ad collum: et non tangetur a morsu.

---

2 Chir. c. 514. 4 Pel. c. 282. 8 Pel. c. 279. 18 Pel. c. 280.

---

2 phalangius *margo* palangius *L* | his apparebit indiciis *P* || 3 extat *P* statim *L* | et *om. L* | videbis *ed. pr.* urinam *A* | vellem|ingere[re] *L*

7 morsu muris et aranei *P* || 8 et tamen quibus *A* | est *om. ed. pr. A* || 10 in oculo n. *P* || 11 momorderit *P* [mo]morderet *L* mordetur *ed. pr. A* | plaga *et* animal *om. L* || 12 si de ventum non f. *L* si id inventum *P* || 13 similit. *P* || 14 impositum *om. L* (coquetur quae) || 15 suppuratione *LA* || 17 atq. ita *ed. pr. A* | vel o. *om. A* || 18 curandum *ed. pr. A* | si autem *L* || 19 ipsum animal v. *ed. pr. A* | vivum *om. P* | decrita *L* || 20 in collum *ed. pr.* collo *A* | contingetur *ed. pr.* contangetur *A* qua suspensa eius collo non contingitur morsu *P*

Certissimum adversus morsum eiusmodi remedium comprobatur: alium tritum cum nitro, vel si nitrum defuerit cum sale et cumino, miscere atque ex eo pulvere loca, quae morsu contacta sunt, confricare. Quodsi ei eruperint 3
vulnera venenata, hordeum combustum in pulverem rediges et dilutis aceto vulneribus asperges, et hac ratione sola curabis daturus potionem: pollinem tritici cum hordeo, cedriam et vini sextarium per fauces digeres. Quodsi praegnans mus araneus fuerit qui percusserit, his agnoscitur signis: pustulae per totum corpus exeunt; sed simili, ut supra scriptum est, ratione curabitur.

CXLVII. *De scorpio.*

Scorpius si iumentum percusserit, his agnoscetur III 83 Gesn. V 82 Schn.
signis: genua contrahuntur, claudicabit, non manducat, de naribus fluent pituitae virides, accumbet et vix surget. Simili ratione curatur sicut serpentis ac viperae morsus: stercus tamen asininum vel lotium in ipsa plaga oportet imponi.

CXLVIII. *Ad canis rabiosi morsum.*

Canis rabiosi morsus et iumentis et hominibus exi- III 84 Gesn. V 83 Schn.
tium inferre consuevit usque eo ut ipsos qui contacti

---

1 Pel. c. 281 p. 91, 6. 8 Chir. c. 514. 13 Chir. c. 516. 20 Chir. c. 515.

---

1 c. contra eorum m. hoc remedium dicitur *P* c. est. Adv. morsum comprobatur *ed. pr. A* ‖ 3 cum sale et cum vino *LA* ‖ 3 permiscere *ed. pr.* ‖ 4 contracta *L* coacta *A* loca puncta *P* | ei *om. ed. pr. AP* ‖ 6 de luti a. vulneribus *L* diluto a. vulneri *ed. pr.* dilutis a. vulnera *A* loco vulnere cum a. *P* | insperges *ed. pr.* ‖ 7 tr. hordeum *ed. pr. om. P* dat. rorem pollinis triti cum h. *A* ‖ 8 cedri *LP* ‖ 10 pustella *L*

12 de scorpione *A* de morsu scorpionis *P* ad ictum sc. *ed. pr.* ‖ 15 nar. fetentes p. virides *A* | ut accumbit vix resurget *ed. pr.* ‖ 17 velocius in plagam o. i. *ed. pr. A*

21 ut eos ipsos *L* ipsi *ed. pr. A* | contracti *L*

fuerint hydrophobos faciat et convertat in rabiem. Qui
hac ratione curantur: locum qui morsus est, ferreis vel
quod utilius est, cuprinis cauteriis urito, in loco tenebricoso
eum constituito. Sic eum adaquabis in tenebris, ne aquam
videat. Quodsi canem ipsum occidere potueris, iecur eius
coctum ad manducandum dabis vel tritum faucibus digeres.
Faeni quoque flos combures et cum axungia veteri deteres
2 et ad morsum appones: salutare remedium est. Sed spe-
cialiter prodest, si radicem cynorrhodae, id est herbae
quae vocatur rosa canina, effoderis et lotam prius atque
contusam diligenter sive hominis sive animalis, quod ra-
biosus canis momorderit, in plaga apposueris contritamque
cum vino veteri propinaveris ad bibendum. Hac enim
sola ratione nec hydrophobus fiet et imminens discrimen
3 evadet. Canis rabidi morsibus subvenit, si III scrup. Iu-
daici bituminis triti cum hemina vini veteris tepentis
triduo per os digeras. Sambuci quoque grana vel sucum
de foliis aut de cortice exprimes, et cum vino veteri dabis
in potum. Sed tunc efficax est haec potio, si de eo sam-
buco dederis, quod non in terra sed in alia arbore fuerit
natum.

---

2 curatur *ed. pr. P* | locus *ed. pr. A* | ferreo vel cuprino uratur cauterio et . . . constitue *P* || 3 tenebroso *ed. pr. AP* || 4 alligabis *ed. pr.* adequabis *A* pota *P* | ne quidquam v. *ed. pr.* || 6 decoctum *ed. pr. A* | detritum *ed. pr. AP* || 7 flores *ed. pr.* florem *P* | deteres et *om. L* || 9 cynorode *L* cynorrhodon *ed. pr.* cyronodam eiusdem quae *A* cinoglossae *P* || 10 appellatur *ed. pr. A* | effuderis *L* esconderis *A* | lota pr. ad cont. *L* | specialiter c. lota et contusa d. . . . vulneri apponatur *P* || 11 homini s. animali *ed. pr. A* | quem *L* a rabioso cane morsi *P* || 12 constrictamq. . . . propinabis *L* || 13 pr. cotidie *ed. pr. P* || 14 rat. curatur et i. *P* | fiet et *om. A* | imminens crimen *ed. pr. A* || 15 III scr. aspalti *P* tres scrip. nitri, Iud. bit. scrip. I tritum *ed. pr.* || 16 tritos *P* trito *L* triti *A* | v. v. meri t. *A* || 17 detur *P* | samsuci *ed. pr. A* || 18 radice *A* | expressus et cum v. v. tepido datus in p. subvenit *P* | v. v. tepidum d. *A* || 20 quos *A* quae . . . innata *Schn.* || 21 innatum *ed. pr. A*

CIL. Si stercus gallinaceum animal manducaverit.

Si fimum gallinaceum animal in hordeo comederit vel III 85 Gesn. V 84 Schn.
faeno sumpserit, quasi a venenatis bestiis percussum
cruciatur, continuo internorum dolor et inflatio subsequitur
ad similitudinem strophi, sudor quoque et volutatio ac
tussis asperrima. Adversus quam necessitatem apii se- 2
minis unc. II deteres et cum vini sextario et hemina mellis
temperas et per os defundes, et tam diu deambulare com-
pelles, donec potio ventrem moveat. Quodsi nimio dolore 3
etiam obroboratio fuerit subsecuta, bacarum lauri selib.,
nitri selib., aceti sext. II, olei sext. I diligenter trita per-
misces et ad focum calefacies, et in loco calido animal
per triduum unges et contra pilum diligenter fricabis,
certissimum daturus ex sudore remedium. Adversus huius- 4
modi casus physicum remedium experimenta docuerunt:
pullum vel gallinam occidere ventremque ipsius crudum
et adhuc calentem cum stercore suo equo vel mulo, invo-
lutum melle, digerere per fauces optimum creditur. Tres 5
pilulas cyphi cum vino veteri deterere et tepidum per os
dare eadem hora sanare firmatur. Lixivium quoque ex arbore
ulmi vel ex cuiuscunque generis ligni cinere dummodo

---

6 Pel. c. 137. 14 Pel. c. 138.

---

1 st. gallinarum *ed. pr.* gallinae *A* si manducat fimum gallinae *P* ‖ 2 gallinarum *ed. pr. AP* ‖ 3 in f. *supra lin. L* | quasi aucl'antis *A* ‖ 4 continuo *om. A* | intraneorum *P* n. innorum *sic L* ‖ 5 ad sim. quoque strophi et volutatio *ed. pr.* et vol. — 6 necessitatem *om. A qui* item apii ‖ 7 v. veteris *ed. pr. A* | eminasque illis temperabis *A* ‖ 8 contemperas *L* ‖ 9 nimius dolor *ed. pr. A* ‖ 10 b. l. libram *ed. pr. A* ‖ 11 n. unc. I *P* ‖ 12 ad ignem *P* | animal *om. ed. pr. A* ‖ 13 perungues *L* | vehementer *P* ‖ 14 certissime *A* | c. haec sudore rem. *L* | adversus *om. A* | eiusm. *A* ‖ 15 casum *ed. pr.* | physici exp. *P* ‖ 16 p. si occideris vel g. *ed. pr. A* | eius *ed. pr.* ‖ 17 caliantem habens cum st. *A* | equo *om. A* | involuto *L* ‖ 19 pullas cuficum vino *L* gypsi *vulg.* | cum v. v. tepido *P* ‖ 20 hora] optime *ed. pr. A om. P* | de arb. *ed. pr. A* ‖ 21 vel . . . cinerem *ed. pr. AP*

bene tritum cum oleo permiscere et liquidum ac tepidum defundere per fauces, tanquam physicum et salutare laudatur.

LIBER III.

PROLOGVS.

Solemnis excusatio negligentium est dispendia ex dissi-
mulatione venientia deo imputare vel casibus: minus nam-
que peccare se credit ignavia, si id, quod ipsius culpa
2 accidit, ad potestatem incipiat deferre fortunae. Sic de
aegrotantibus dicitur morituros frustra curari, victuros
etiam si medicina cesset evasuros. Cui disputationi, quia
non solum iners sed etiam impia est, non libenter assen-
3 serim. Malo enim nihil inexpertum relinqui, quam, si
quid calamitatis evenerit, avaritiae vel dissimulationibus
imputari. Sed fortasse aliquando vera illa videantur in
homine, qui divina providentia ac dispositione fatorum
4 creditur regi. Animalia vero, cum quibus divinitas nihil
dignatur habere commune, nisi hominum studio impensisque
5 curentur, absque ambiguitate depereunt. Quid enim iumen-
tis spei superest, quae divinitas fovere respuit, si hominum
medela cessaverit? Saepe accidit, ut, neglectis animalibus

---

1 cretum *ed. pr.* certam *A* cribratum *P* | miscere *ed. pr.* *P* permisces *A* || 2 tanquam *om. ed. pr. A* | dicitur *P*

Publii Vegetii Renati viri digestorum artis mulomedicinae liber secundus explicit, incipit tertius *P.* explicit liber tertius. incipiunt capitula quarti libri *AF nulla subscriptio in L*

4 prohemium *P* || *prologum om. A ed. pr. Samb. edidit primus Fabricius bibl. Lat. t. III p. 135 ss.* || 5 negligenda *P* || 8 accedit *P* | refervere *P* || 9 m. frustra curari, victuros, etiamsi medicina cesset, evasuros *M* (vict. — evas. *om. P*) moriturōs (i) et si m. c. evadet *L* || 10 quia *om. P* || 11 cum impia sit *P* | assentio *P* || 12 expertum *vulg.* | et si quicquam c. ev. *P* || 14 illa *om. Fabr.* fort. illud al. vera creditur *P* || 15 factorum (is) *margo* fatorum *L* || 16 videtur regi *P* || 18 iumenti semper spei est *P* || 19 favore *P*

quae prima conceperunt morbum, contactu crescens pestilen-
tia greges integros perimat, quia polluta a languidis pascua
infectique fontes ita nocent, quasi in venena vertantur.
Postremo aegroti odor cum sanorum impleverit nares, ipso 6
fetore visceribus inseret morbos. Sic ad pullos mors a
matribus corrupto lacte transmigrat. Sic in numerosis 7
stabulis quamvis vile iumentum, si contagiosam semel
susceperit passionem, veloci transitu pretiosa quoque
iumenta consumet. Sed adversum omnia diligentia, stu-
dium, herbarum potestas, curandi scientia prodesse con-
suevit. Sicuti medicorum prima doctrina est humani cor- 8
poris partes organumque cognoscere, ita necessarium mulo-
medicis de ossibus, de nervis ac venis iumentorum uni-
versa perdiscere. Neque enim curare rationabiliter potest,
qui qualitatem rei, quam curat, ignorat.

I. De numero et positione ossium.

Iumentum igitur habet in capite ossa II, a fronte IV 1 Gesn. VI 1 Schn.
usque ad nares alia II, maxillaria inferiora II, dentes XL,
hoc est molares XXIV, caninos IV, rapaces XII. In cer-
vice autem sunt spondyli VII, spatulae renum sunt VIII,
a renibus usque ad anum VI, muscarium habet commis-
suras XII. In armis prioribus sunt ragulae II; ab armis 2
usque ad brachiola II, a brachiolis usque ad genua II. In
genibus parastaticae II; tibiae usque ad articulos II. Bases

---

o i o
1 prima cum pererent morbum *L* | compararent *coni. Gesn.* susceperant *Schn.* ‖ 2 gregem integrum *P* | quam *LP* cum *Fabr.* ‖ 3 nocet *L* ‖ 4 *§§ 6—8 om. P* ‖ 5 inseret (i) morbus *L* ‖ 6 in numero si stabulis *L* ‖ 7 semet s. passio *L corr. L² in marg.* ‖ 12 partis (e) *L* | organorumq. *Fabr.*

16 passione o. *G* ‖ 19 id est *ed. pr.* | dentes XL, IV caninos et IV rapaces *A* ‖ 20 fondoli sunt VI spatulae et r. *P* ‖ 21 usque ad imum muscarum habet *L* (*margo* muscarium) usque ad dimidium VI musculos habet, commissuras vero XII *P* usque ad a. VI muscularium *A* VII *ed. pr.* ‖ 22 posterioribus *P* | regulae *P* ‖ 23 genu *LP* ‖ 24 a tibia *ed. pr.*

quae appellantur, numero II. Usque ad pumicem ungulae ossa minuta XVI, in pectore I, costae cum interioribus XXXVI. Item a posterioribus a cumulari usque ad malaria II; a malaribus usque ad vertebras II, costales II. Ab acrocolefio usque ad gambam II, a gamba usque ad cirros tibiales II, minuta usque ad ungulas XVI. Fiunt ossa omnia CLXX.

II. De mensuris numeroque membrorum.

IV 2 Gesn. VI 2 Schn. Nunc mensuras numerumque membrorum oportet exponi. In palato gradus sunt XII. Longitudo linguae habet pedem semis; labrum superius habet uncias VI, inferius uncias V, maxillae singulae uncias X. A cirro frontis ad nares habet pedem; auriculae singulae continet uncias VI. In oculis autem singulis unciae IV, a cirro ubi desinit cervix usque ad mercurium continentur tali-
2 culi VIII. Spina continet subter ac supra spatulas XXXII, a commissura renum, quod cumulare dicitur, usque ad imum muscarium commissurae sunt XII. Ragulae longitia uncias XII, ab armis usque ad brachiolum uncias VII, a brachiolis usque ad genua longitudo continet pedem: ab articulis usque ad ungulas uncias IV; in longitudine vel

---

1 usque ad pumices *ed. pr.* *A* puniee duae *P* ‖ 2 in pectore II *P* | costae tamen in i. *ed. pr.* *A* cum interioris *L* ‖ 3 in p. *Samb.* | columellari *ed. pr. margo* | molaria II *ed. pr.* *AP* XIIII *L* ‖ 4 ab acr. — g. II *om.* *P* ‖ 5 usque — 6 minuta *om.* *L* | circos *P* ‖ 6 ungulam *L* | fiunt *etc. om.* *P* | CLXXX *L*

7 de numero et qualitate m. *ed. pr.* *A* ‖ 11 quaelibet maxilla *P* maxillare singulare *A* maxillae s. uncias *om.* *L* *qui* de naso cerro fr. ad n. | a cirro — 13 unc. IV *om.* *P* ‖ 12 sing. *om.* *L* ‖ 13 autem *om.* *L* | cerro *L* ‖ 14 desinet *L* in cirro ibidem sunt cervix *A* | talicli VIII *L* continent talicliato *A* continent supter tale dicto *P* calculi octo *ed. pr.* ‖ 15 subtus aut supra sp. *P* ac supra *om. ed. pr.* ‖ 16 commissuras tenuis *A* ‖ 17 musculum *P* | sagulae longicia *ed. pr.* *A* ragiolae longitudo *P* ‖ 18 unc. XII — 20 ungulas *om.* *P* (long. unc. IV) | VI *ed. pr.* *A* ‖ 20 articulo *L* | in longitudinem et prolixitatem *ed. pr.* in longum vel prolixum *P*

prolixitudine pedes VI. Haec eumetria equi convenit staturae honestae ac mediae. Ceterum non dubitatur in buricis minora ista et in primae formae equis esse maiora.

III. De numero et qualitate nervorum.

Nervorum quoque numerus qualitas ac mensura IV 3 Gesn. VI 3 Schn.
pandenda est. A mediis naribus per caput cervicem ac mediam spinam usque ad imum muscarium descendit filum duplex, quod continet pedes XII. Duo nervi in cervice palmarii continent pedes IV; ab armis usque ad geniculum nervi II, a geniculo usque ad basin nervi IV. In prioribus sunt nervi X, in posterioribus X; a renibus usque ad testes nervi IV. Fiunt in se omnes nervi XXXIII.

IV. De qualitate venarum.

Consequenter venarum quoque indicandus est nume- IV 4 Gesn. VI 4 Schn.
rus. In palato venae sunt II, temporales II, suboculares II, in naribus II, in cervicibus II, in pectore II, in brachiolis II, sub cirris IV, de talis II, de coronis IV, de feminibus IV, de femoribus II, de subgambis II, de muscario I. Fiunt pariter venae XXXIIII.

---

1 eumitrique conv. *L* geometria equo *P* aeteum aetria eque *A* ‖ 2 staturae ac media *L* | ceterorum *LP* | c. vero dub. *A* ‖ 3 buraces *L* | non enim dubium est alicubi esse m. et alicubi m. *P*

6 dicenda *P* qualitate ac m. pandendus *A* ‖ 7 ad unam ancarum *P* | descende pilum *L* ‖ 8 pedes XII — 9 continent *om. A* | platonena in c. palmari continet *L* a cervice usque in armos vadit aliud quod est pedes IIII *P* ‖ 9 ab armis *et* nervi II, a geniculo *om. L* (usque ad geniculos usque ad basin) | genua *P* ‖ 10 genu *P* ‖ 11 nervi — 12 testes *om. P* ‖ 12 Simul o. n. fiunt *P* | XXX *L* XXXVIII *P* XXXIII *A* XXXIV *ed. pr.*

15 sunt *om. L* | temporales II *om. ed. pr. A* ‖ 16 cervice *P* | in naribus II in cervicibus II *om. ed. pr. A* | de br. *ed. pr. A* ‖ 17 desub c. *ed. pr. A* | de talis II *om. LP* | in cor. *P* | de seminibus *LA om. P* ‖ 18 in f. *P* | sub gamba *P* | in m. *P* | venae matricis in cervicibus II *add. ed. pr. A* ‖ 19 XXV *L* XXVIIII *ed. pr. A* et sunt omnes XXXII *P*

V. De indiciis aetatis.

IV 5 Gesn. VI 5 Schn. Aetatem quoque iumentorum ex dentibus aliisque
signis oportet agnosci, ne vel ementes per imperitiam
subeamus incommodum vel curantes aegroti animalis igno-
remus aetatem, quia sicut hominibus ita et equis aliud
convenit, cum iuventa sunt fervidi, aliud cum senectute
2 iam frigidi. Manifestum est autem notas aetatis cum
corpore mutari. Pullis enim bimis et sex mensium medii
dentes superiores cadunt, quos lactantes vocant. Cum
autem quartum annum agere coeperint, decidentibus qui
3 canini appellantur alios supponunt; deinde intra sextum
annum molares cadunt; sexto anno quos primo mutavit,
exaequat; septimo omnes explet aequaliter, et ex eo ca-
vatos habere incipit dentes nec postea quot annorum est
sciri ad fidem potest nisi signis aliis, quae usus edocuit.
Decimo namque anno tempora cavari incipiunt et super-
cilia nonnunquam canescere. Duodecimo anno nigredo in
4 medietate dentium apparet. Plerique asserunt domitis et
freno assuetis animalibus rugas, quae in labris sunt supe-
rioribus, computandas ita, ut ab angulo, ubi incipit mor-

---

7 Pel. c. 1 cf. Col. VI 29, 4.

---

1 de i. et aetate equorum *ed. pr. A* ‖ 3 nec vel ementis *L* ne vel amentis imperitiae *ed. pr. A* ‖ 4 aegrotantis *ed. pr.* ae. animalis *A* aegroti *P* aegrotis animalibus *L* -a -ia L^2 ‖ 6 cum inventi s.f. *L* con vivenda et ferventia sunt *P* cum iumenta sunt fervida *ed. pr. A* | cum in sen. *P* ‖ 7 notas corporis cum aetate *codd. corr. Morgagnius cf. Pel.* ‖ 8 biennis duorum et trium m. *P* | ex (*sscr.* sex) mensum *L* | mediis *L* ‖ 10 gerere ceperit recedentibus *P* | his qui *ed. pr. AP* ‖ 11 supponent *ed. pr. A* supponit *P* | deinde — 12 cadunt *om. P* ‖ 13—15 *in P:* septimo o. aequati sunt et incipiunt cavari, postea vero quot a. sit non potest pro certo sciri nisi per signa alia ‖ 13 et *om. L* | cautos *L* ‖ 14 incipiunt *ed. pr. AP* | quot a. sint *ed. pr.* sit *AP* ‖ 15 scire ad f. nullus potest *ed. pr.* secure ad f. non p. *A* | docuit *AP* ‖ 16 cadere i. superc. nono c. *L* ‖ 20 computari *P* | angulo *ex* -a *L* | accipit *PL pr.* coeperit *A*

sus, incipientes usque ad extremum labrum perveniamus, quia annorum numerum rugarum numerus ostendit. Postremo rugarum multitudine, tristitia frontis, deiectione cervicis, pigritia totius corporis, stupore oculorum palpebrarumque calvitie senectus ipsa se prodit.

VI. De signis, quibus agnoscitur patria.

IV 6 Gesn. VI 6 Schn.

In permutandis vel distrahendis equis maximam fraudem patriae solet afferre mendacium. Volentes enim carius vendere generosissimos fingunt. Quae res nos compulit, qui propter tam diversas et longinquas peregrinationes equorum genera universa cognovimus et in nostris stabulis saepe nutrivimus, uniuscuiusque nationis explicare signa vel merita. Nam ut viliora ministeria taceamus, 2
equos tribus usibus vel maxime necessarios constat: proeliis circo sellis. Ad bellum Huniscorum longe prima docetur utilitas patientiae, laboris, frigoris, famis; Toringos dehinc 3
et Burgundiones iniuriae tolerantes, tertio loco Frigiscos non minus velocitate quam continuatione cursus invictos, postea Epirotas, Samaricos ac Dalmatas, licet contumaces ad frena, armis habiles asseverant. Curribus Cappadocum 4

2 post semi rug. *A* ‖ 3 multitudinem tristia a frontes *L* ‖ 4 palpebre febrorumque (temporum *Schn.*) cavatione *A* cautione *L* ca..... *P* ‖ 5 senuctus *L* | ipsa manifestatur *P*

6 in s. *L* | de permutandis et distrahendis equis et signis patriae *P* ‖ 7 detrahendis *ed. pr. A* | maxima fraude p. solent *A* ‖ 9 fugiunt *A* | quae res cum pulittimus quam propter *A* ‖ 10 per *ed. pr.* | qui per positionem d. et l. per. audivimus (*ex* ad-) equorum universorum genera cognovimus *P* ‖ 11 cognoscimus *ed. pr. A* ‖ 12 semper *A* ‖ 13 ut *om. A* ‖ 14 equestribus u. *ed. pr. A* | necessario *sscr.* us *L* | n. habemus *P* | prelii *L* plures *A* ‖ 15 circeos eliis *A* circeis vel ad b. *ed. pr.* selisis *L corr. L*[2] | hunescorum *L* hunniscorum *ed. pr. A* uniscos quorum potior est u. p. *P* | primo *ed. pr. A* ‖ 16 famis *om. P* | deinde *ed. pr.* dehabere *A* ‖ 17 i. multum tolerantes *P* ‖ 18 invectos *L pr.* iniunctos *A* ‖ 19 zelomesos *L* zelemeros *P* samaricos *ed. pr.* sarmaticos *Gesn.* s. ac d. *om. A* ‖ 20 a. tamen habiles sunt *P* ac viles armis *A* ac viles a. ac bellis *ed. pr.* | cruribus. Cap. *ed. pr.*

gloriosa nobilitas, Hispanorum par vel proxima in circo creditur palma. Nec inferiores prope Sicilia exhibet circo, quamvis Africa Hispani sanguinis velocissimos praestare consueverit. Ad usum sellae Persis provinciis omnibus praestat, equos exhibet patrimoniorum censibus aestimatos, ad vehendum molles et impigros, incessus nobilitate pretiosos. Sequuntur Armenii atque Sofoeni: in qua parte nec Epirotas Siculosque despexeris, si mores ac pulchritudo
5 non deserat. Huniscis grande et aduncum caput, extantes oculi, angustae nares, latae maxillae, robusta cervix et rigida, iubae ultra genua pendentes, maiores costae, incurva spina, cauda silvosa, validissimae tibiae, parvae bases, plenae ac diffusae ungulae, ilia cavata totumque corpus angulosum, nulla in clunibus arvina, nulli in musculis tori, in longitudine magis quam in altitudine statura propensior, venter exhaustus, ossa grandia, macies grata et quibus pulchritudinem praestet ipsa deformitas: animus
6 moderatus et prudens et vulnerum patiens. Persae statura et positione a ceteris equorum generibus non differunt plurimum, sed solius ambulaturae genere: nam quadam

---

1. 3 spanorum *L* ‖ 3 africas ponis anguinis *A* ‖ 4 ad cursum s. *A* | persia *P* ‖ 5 omnibus meliores praestat equos, *om.* exhibet *ed. pr.* o. meliores praestat *om.* equos exh. *P* o. praestat equos *om.* exh. *A* | patrimoniorum *om.* *P* patruciorum *A* | generibus *L* consiliis *margo L²* ‖ 6 tam ad *ed. pr.* *P* tamen ad *A* | vendendum *A* | impigros incessu *L* in gropis incessus *A* ipsius incessus *P* pios incessibus *ed. pr.* ‖ 7 consequuntur *P* | armenici *P* armeni *ed. pr.* *A* | Sofoeni *L* Saphareni *ed. pr.* *A* Suffumeni *P* Sofieni *Gesn.* | parte *om.* *ed. pr.* ‖ 8 despicias *P* ‖ 9 hunnuscis *ed. pr.* unicis *L* hunnicis *margo L²* buruscis *P* | grandes *P* ‖ 10 cervix — 11 iubae *om.* *A* ‖ 11 genu appendentes *L* | maiores *om.* *L* ‖ 12 c. spinosa, coxae validissimae, tibiae p. *P* ‖ 13 concavata *A* ‖ 14 nulla — 15 altitudine *om.* *P* | cruribus *L* ‖ 15 latitudine *A* ‖ 16 os agrudia *L* | magis grata quibus *A* ‖ 18 nervum p. *P* | Per staturam et positionem *L* per se stantia et p. *P* persa et st. et p. *A* Persis et st. et positione *ed. pr.* ‖ 19 generatione generibus *A* | differt *ed. pr.* *AP* ‖ 20 sed *om.* *P* | genue *margo* genere *L* genere nam *om.* *ed. pr.* *A* sola ambulantia gratia quadam a c. discernitur *P*

gratia discernuntur a ceteris: gradus est minutus, celer et
qui sedentem delectet et erigat, nec arte doceatur sed
naturae velut iure praestetur. Inter tolutarios enim et 7
eos, quos totonarios vulgus appellat, ambulatura eorum
media est et cum neutris sit similis, habere creditur ali-
quid ab utroque commune. His, sicut probatum est, in 8
brevi amplior gratia, in prolixo itinere minor patientia,
animus superbus et nisi labore subiugetur assiduo, adver-
sum equitem contumax; mens tamen prudens et quod
mirum sit in tanto fervore, cautissima decoris, incurvata in
arcum cervix, ut mentum recumbere videatur in pectore.

VII. De temporibus vitae.

Aetas longaeva Persis, Huniscis, Epirotis ac Si- IV 7 Gesn. VI 7 Schn.
culis, brevior Hispanis ac Numidis. Frequens opinio est barbaricis nullarum potionum adhibendam medicinam, quod usque adeo naturae beneficio convalescant, ut his nocitura sit cura. Sed falsa erit ista persuasio. Nam quanto fortiora sunt membra, tanto diutius vivunt, si ex

---

14 cf. Veg. II prol.

---

1 a ceteris] ciris *L* | minutus et creber *ed. pr. P* minutus eleret *A* || 2 et *om. L* erugat *P* || 3 a natura pr. *P* veluti *ed. pr. A* | iure] f. impriscione *margo L* re *A* | inter — 6 commune *om. P* | totularios *L* colatorios *ed. pr.* intestulatorios enim equos totonarius vulgus a. *A* || 5 cum vernis sit s. *A* | cum neutri sint similes, habere aliquid creduntur ab utrisque commune sicut pr. est *ed. pr.* || 7 amplius gratiae *ed. pr.* amplius gratia *A* | saevior patientia *ed. pr.* s. potentia *A* || 8 et *om. L* | subiugatur *AP* subiugatus *ed. pr.* | assidue *ed. pr. A* || 9 mens tumens prudens *ed. pr.* || 10 est *ed. pr. A* | furore *P* | caute se a decuriis curvata *L* cautissimo decori est curvata *P* caustissime decoris est incurvata *A* cautissime decoris est observantior incurvata *ed. pr.* || 11 cerut mentum *L* cervice iumentum videtur i. p. *A* mentum *om. ed. pr.*

12 de multum viventibus *P* || 13 hunnicis *ed. pr.* unniscis *A* | et pyrotis *P* hephotis *A* || 14 Spanis *L* || 15 nulla (nullorum *A*) adhibenda medicamina *ed. pr. A* || 16 quo usque *LA* | naturae] nec *A* | aegroti conv. *ed. pr. AP* | eis *ed. pr.* || 17 erat *ed. pr.*

2 arte veniens medela non desit. Spadonibus tamen inter
auctores constitit sanguinem de matrice nunquam nisi
forte nimia et extrema necessitate tollendum, propterea
quod caloris maximam partem cum testibus amiserunt.
De palato tamen, si non impedit negligentia, omnibus
prope mensibus tam spadonibus quam testiculatis minuendus
3 est sanguis. Admissarii vero si cohibeantur a venere, nisi
dematricati fuerint, caecari saepe dicuntur: quamvis eo
anno, quo admissum faciunt, non sit ei vena laxanda, ne
generationi intentum cura geminae necessitatis exhauriat.
Studiosis equorum quae cura stabuli, qui alimentorum
cultus, quae observationis sollicitudo praestanda sit, primus
4 ac secundus indicat liber. Nunc decursis omnibus, quae
huius artis doctrina poscebat, ad compositiones necessaria-
rum potionum medicamentorumque descendemus ex quibus
et explorata congessimus et ea, quae non tam ad utili-
tatem curandi quam ob caritatem emendi mulomedicorum
5 cupiditas inflaverat, submovimus. Constat namque non
tam multis neque pretiosis speciebus, sed paucis et ad
causam de qua agitur accommodis posse sanari. Primum
igitur ut pinguia sint iumenta, quia in curulibus et sella-
ribus decet, deinde ut sana permaneant, post ut aegrota
curentur, confectiones ut dictum est medicaminum profere-

1 Veg. I 23 7 cf. Veg. I 24.

1 ex aere *ed. pr. A* | vehemens *P* venientibus *ed. pr.* | medulla *A* || 2 constat *P* || 3 forte *om. P* | ex nimia *ed. pr.* et n. *A* | exstrania *A* || 5 impediat *ed. pr.* || 7 emissarii *P* promissarii *A* nisi cohibendi veneris de matrice f. minuti *P* | nisi] ubi *ed. pr. A* || 8 caecare *A* || 9 eis *ed. pr. A P* || 10 generatio interdum *A* | i. corpus *ed. pr.* nec g. i. corpus ex minutione deficiat *P* || 11 studiosis — 13 nunc *om. P* || 12 qua observatione *L* | primis ac secundis i. labor *A* || 13 de curis *L* decus *A* | o. his quae *ed. pr. A. ante* quae *lacuna in P* || 14 quae ars nostra p. *P* | possidet *ed. pr.* || 15 ex — 20 sanari *om. P* in quibus *ed. pr. A* || 16 et *om. L* || 17 ad car. *L* ad utilitatem *iterum A* || 19 neque *om. L* || 20 ad commodius *A* || 21 quia in c. *L A* quam in c. *P* tam in c. quam in s. *ed. pr.* | et salacibus *P* || 22 licet *L* || 23 profferunt muse el. *A*

mus, electas ex auctoribus multis et experimentis manifestissimis approbatas.

VIII. Potio ad reficienda iumenta et diapente.

Traditur Chiron ad reficienda vel curanda iumenta IV 8 Gesn. VI 8 Schn.
hanc edidisse potionem, quae interna extergeat, morbos ac tussim reprimat, vulsos ac pthisicos curet. Ptisanae sext. I, lini seminis heminam, croci unc. I, intestinum porcinum recens, quod longaonem vocant, prius diligenter elotum, vel acronem: quae si in praesentia forte non suppetunt, haedinum caput cum pedibus suis et intestinis ac ventre, diligenter quasi ad hominum usus curatum, in caccabum novum mittes. Adde superioribus hyssopi fasces II, 2
cocleas germanas purgatas XV, bulbos XV, ficus duplices XX, rutae fasciculum I, bacarum lauri sext. I tritum, dactylos XX, alii purgati capita III, sevi caprini unc. VI, pulei sicci fasciculum I, quae omnia trita decoques in 3
aqua cisternina vel caelesti, donec liquefacta carne defluant ossa; sed aquam saepius adicies, ne medicamentum ustura consumat. Cum spissum videris, colas abiectisque excre- 4
mentis et ossibus addes tracanthi unc. I pridie in calida infusam, ut inturgescat et solvi possit; adicies passi sext. III,

---

4 cf. Veg. I 56, 16. Chir. c. 201.

---

1 et] de *ed. pr. A*
4 cyro *L* || 5 qua *ed. pr. A* | interiora *P* internos e. morbos, qua t. r. *ed. pr.* ac t. — seminis *om. A* || 6 ac tussicos *ed. pr.* lactesycos *L* ac ptisicos *P* || 7 sext. II *P* | lini semc. I *L* || 8 prius dil.] bene *P* || 9 lotum *ed. pr. AP* | vel a. *om. P* ut lacronem *A* | quod si habere nequeas, accipe pro eo edinum c. *P* || 10 suis *om. ed. pr. P* cum pedibus intestinum vacuent *A* || 11 et dil. *ed. pr. A* || 12 novum *om. ed. pr. AP* || 13 codeas *A* | ficos *L* || 15 sivi *L* || 16 quae *om. L* | coque *P* || 17 cisternae *P* || 18 adde *P* | nec ad m. *L* | usturam *L* || 19 constringat *ed. pr.* consuccum spissum v. *A* || 19 sed cum *ed. pr.* | 20 addes *om. ed. pr. AP* | unc. III *ed. pr.* | in *om. ed. pr. AP* | calenda *L* calida ei *A* || 21 infusa *LA* infusi *P* infusas *ed. pr.* | passi *om. A*

ova cruda VI, olei rosei ova plena VI, butyri resoluti
unc. III, alii Gallici unc. III, amyli unc. III, pulveris qua-
drigarii unc. III, lomenti fabae, id est farinae, sext. I.
5 Haec omnia ita temperabis, ut per cornu defluant et sex-
tarios singulos ieiunis animalibus per triduum dabis; et
si volueris, VII diebus interpositis repetes et dabis a ca-
6 pite potionem. Iumenta a morbo reficit et custodit: gen-
tianae, aristolochiae rotundae, murrae troclitis, rasurae
eboris et bacarum lauri aequis ponderibus pulvis im-
mixtus, ex quo grande coclearium plenum sumes; addes
hyssopi triti scrup. IV, mellis vel passi unc. III, vini sext. I,
cyphi resoluti pastillum I; post cursum sive post laborem
conditi bene piperati heminam adicies, aestate rosati vel
7 absinthii tantundem, et per os dabis ad cornu. Si aestu
animal fatigatur, puscam cum puleio trito misces naresque
et faciem confovebis: ova quoque trita cum hemina vini
veteris optimi faucibus infundes, ut ovis lene refrigerium,
vino virtus accrescat. Maciem languoremque depellet sul-
furis semunc., murrae scrup. IV in pulverem resoluta, si
ovum crudum et vini veteris sextarius addatur frequen-
8 terque per fauces detur. Diapente est, quod supra rettu-

---

7 cf. Veg. I 10, 6. 13 cf. Veg. I 56, 22. 18 cf. Veg. I 56, 15. 21 cf. § 6. Pel. c. 366.

---

1 botyrum soliti *L* ‖ 2 ani G. *L* anag. *ed. pr.* *A* sinphiti triti *P* ‖ 3 polis fabae sext. *P* ‖ 6 VI *P* ‖ 7 Tument ad morbos *A* | morbis *ed. pr.* | refert haec potio *P* vindicat et c. *ed. pr.* ‖ 8 troglodytis *ed. pr.* *om.* *P* ‖ 9 aequaliter pulveriza et misce *P* ‖ 10 cochleare *ed. pr.* *A* | addens *P* ‖ 12 gisni *ed. pr.* *A* gyfni *L* fac pastillos pensatos quemlibet unc. I ex quibus unum post cursum sive p. l. dabis addendo heminam conditi b. p. *P* | post laborem ciel cursi observato lavorem conditum b. piperati *L* ‖ 13 piperati *margo* praeparati *ed. pr.* olei rosati vel abscinthiati *P* rosa sive absinti *L* roris vel a. *ed. pr.* *A* ‖ 16 confricabis *A* ‖ 17 ut ovis bene r. *A* ut o$\overset{v}{b}$is l$\overset{e}{i}$ne r. *L* ut ovi r. *P* ut per ovi r. *ed. pr.* ‖ 18 vino vetus *L* vini virtus *ed. pr.* *P*, *A* (virtutem) | arefaciat *P* | si sem. sulf. cum m. scripulis IV i. p. resolutis ovum *ed. pr.* *A* (resolutam). uncia semis s. cum m. . . . resoluta si *P* ‖ 21 ut supra *ed. pr.*

limus, necessarium pluribus causis ac morbis et semper diligenti confectione servandum; id est gentianae, aristolochiae rotundae, murrae, rasurae eboris et bacarum lauri de recentibus speciebus in unum redactis minutissimus pulvis, ex hoc febrientibus plenum cocleare cum tribus unciis mellis et aquae tepidae sextario, in qua radices iunci et apium sufficiens decoctum fuerit, per os dabis ita, ut triduo similis cura procedat. Idem pulvis si ultra 9
cocleare cum sextario vini veteris et olei viridis hemina detur, animal a quibuslibet venenis vel serpentum aut bestiolarum morsibus liberat. Cui si piperis ac pulei nec non etiam cumini pulveris aliud cocleare addideris et cum vini veteris sextario dederis, omne frigus expellet.

IX. *Ad tussim et vulsos.*

Tussim quoque insanabilem curat cum hemina passi IV 9 Gesn. VI 9 Schn.
et tribus unciis olei et ovo crudo, si per triduum defundas faucibus, addito fabae polline et faeni Graeci binis coclearibus. Praeterea valde tussientibus prodest fabae frixae sextarius sine sale coctae, sevi caprini unc. III, butyri unc. III, alii purgati capita tria decocta et cum suco ptisanae data per triduum. Quo medicamento vali- 2
dius creditur: ficus siccas pondo II, faeni Graeci sextarium, tracanthi unciam pridie in calida infusa, anagallici unciam, rutae viridis fasciculum, apii fasciculos III pariter in

---

18 cf. Veg. II 134, 6. 21 ib. § 7.

---

1 plurimis *A* ‖ 2 pro diligenti *P* | id est *LA* quod ℞ *P* *om. ed. pr.* ‖ 4 recentis *L* | redactus *L* | minutissimis *ed. pr. A* ‖ 5 ferventibus *A* ‖ 6 quo *L* ‖ 7 apii sufficienter coctae fuerint *P* ‖ 8 similiter *ed. pr. A* ‖ 10 vel morsibus s. aut mustelarum *P*

15 cura *Samb. Gesn. Schn.* ‖ 16 defundis *ed. pr.* diffundis *A* diffundis in fauces *P* ‖ 17 binis — 18 prodest *om. A* ‖ 19 fractae *P* | coctus *ed. pr.* cocto *A* ‖ 20 butyri unc. III *om. ed. pr. A* | et *om. ed. pr. A* ‖ 22 siccae *ed. pr. A* ‖ 23 infusi *LP* | sinphiti *P* ‖ 24 similiter *P*

aqua diutissime decoques et faucibus per triduum dabis.
3 Curare etiam vulsos creditur, si VII uncias cineris ex
ulmo mundissimi colligas addasque olei unc. III, bulbos
tritos VII, anagallici unciam, butyri unciam, sevi caprini
unciam, mellis unc. III, plantaginis viridis tritae unc. III,
passi heminam, ptisanae vel lini seminis heminam: quae
ita temperata, ut per cornu defluant, per triduum vel si
necessitas cogit per plures dies ieiunis singulos sextarios
4 dabis. Desperatam tussim saepe curavit potio vilis ac
facilis: pulveris ex faba unc. VI, pulveris ex faeno Graeco
unc. VI, enulae siccae et tunsae pulveris unc. III, ana-
gallici siccati et tunsi pulveris unc. III, butyri unc. III:
quae omnia cum tribus sextariis vini boni misces addes-
que passi sext. I s., pariter agitata uni equo ieiuno ante
lucem bina cornua per os defundes, donec omnem bibat
5 potionem. Curam quoque non parum profuisse experi-
menta docuerunt hac ratione compositam: fabae frixae
sextarium sine sale decoques addesque sevi hircini reso-
luti unc. III, butyri unc. V: in mortario conteres uni-
6 versa. Praeterea faeni Graeci sextarium bene purgatum
fervere facies primamque aquam inter initia fervoris
effundes addesque aquae sext. V, XX pinguissimas caricas
et III unc. glycyrrhizae, pariter decoquas, donec aqua ad IV

16 cf. Veg. I 134, 1. 2.

1 defundes *ed. pr.* ‖ 2 VI *P* | ex ulmis *P om. ed. pr. A* ‖ 3 mundissime *L* | addasque eo o. *L* ‖ 4 aligalici *P* ‖ 6 ptisanae — heminam *om. AP* | et l. s. semc. *L* ‖ 7 vel ut n. *ed. pr. AP* ‖ 8 ieiunis *om. L* ‖ 10 pulveris ex f. Gr. *om. P* ‖ 11 siccatae et t. *P* et sic fusae *A* tunsae siccae *ed. pr.* | unc. VI *ed. pr. A* | ali g. *P* ‖ 12 siccati et *om. ed. pr. AP* | tunsi *ed. pr. A* triti *P* | but. unc. VI *ed. pr. om. P* ‖ 13 misce addeq. *P* cum tribus boni v. sext. additoque p. sextario I s. *ed. pr. A* ‖ 14 similiter *P* | agitabis et u. *ed. pr.* ‖ 15 dabis *ed. pr. A* | iuvat p. *A* ebibat *ed. pr.* donec omnia ebibat. Potionem hanc et curam non p. *P* ‖ 17 fractae *P* ‖ 18 absque salis condimento *P* | addesq. eo *L* ‖ 19 deteres *ed. pr. A* ‖ 21 primum itaque a. *P* | fervores *ed. pr.* ‖ 22 viginti unc. pinguium caricarum *P* ‖ 23 et liquiritiae unc. IV *ed. pr.* et XIIII unc. requilicie *A* | omnia coquas *P* | ad III sext. *ed. pr. A*

sextarios redigatur. Tunc faenum Graecum cum caricis 7
et glycyrrhiza in mortario deteres miscesque cum faba, superfundes etiam calidam, in qua caricae cum ceteris coctae sunt: contemperatis omnibus, si liquor spissior fuerit, tantum passi addes, ut per cornu facile possit exire, diebusque plurimis ex eo per os singulos sextarios tussientibus dabis.

X. *Ad cossos, vermes vel tineas.*

Cossos, vermes vel tineas ceteraque animalia ventris IV 10 Gesn. VI 10 Schn.
extinguit, si heminam cineris ex olivae ligno viridi collecti cum hemina olei viridis per triduum dederis ad
cornu. Alia quoque confectio, quae eadem saepe morti- 2
fera liberat passione: pulveris santonici itemque absinthii Pontici nec non lupini crudi et herbae centaureae nec non etiam ervi pollinis et seminis rafani binas uncias mittes addesque cornu cervini unc. I et apii seminis unc. I, sinopidis Pontici pastillos IV, opopanacis semunc., vini † tenetali vel alterius austeri sext. II, olei viridis sext. I, quae tepefacta ita animali defundes, ut unum cornu per os accipiat in clivo constitutum, quatenus sucus facilius
ad interiora perveniat. Postero die idem animal pronum 3
constituatur in clivo et per clysterem in intestinum ipsius

9 cf. Veg. I 45.

1 redeat *P* ‖ 2 in m. deteris f. Gr., liquiritiam et caricas *ed. pr.* ‖ 3 s. aquam in qua *P* | cum ceteris *om. P* ‖ 4 comparatisq. *ed. pr. A* ‖ 6 que *om. ed. pr. AP*

9 ad c. . . . animalia quae v. extingunt *L* | ex solibe ligno *L* | viride *L* arido *ed. pr. A* cui olivae viridis cum *P* ‖ 11 collecto *L* | dabis *ed. pr. AP* ‖ 12 c. eadem quia saepe mortifera est l. passionem *L* c. quae eandem s. m. l. passionem *P* c. sed quae saepe m. l. passionem *ed. pr. A* ‖ 13 itemq. abs. P. *om. L* ‖ 15 et ervi p. *ed. pr. A* horobi p. *P* ‖ 16 eo corni c. *L* | et opii sem̄. *L* apii seminis unc. I *P om. ed. pr. A* ‖ 17 IV *L* III *vulg.* ‖ 18 v. tenetali *L* v. optimi *P* v. tenitami *A* v. tenetani *ed. pr.* | vel a. a. *om. P* alerius austeris *L* ‖ 19 tepida animali dabis *P* | ut per os cornu a. *P* ‖ 20 divo *A* declivi *P* ‖ 22 et] ut *AP* | in int. *om. P* per cl. illius t. potionis sext. i. *ed. pr.* per cl. inrigetur *A*

tepidae illius potionis sextarius irrigetur, quatenus alternis diebus ex utraque parte iniecta potio coagulare, quod appellatur, possit infundere, in quo illae noxiae bestiolae congregantur et pertuso ventriculo excruciata doloribus
4 animalia perimunt. Est et tertia confectio non minus valida: radices capparis Siculae vel bacas cum foliis ad unam libram deteres addesque sextarium iuris capparis, eminam quoque seminis coriandri et eminam nasturtii et eminam seminis erucae deteres pariterque commisces additis aceti sext. II. Quod medicamentum interdum per os, sicut dictum est, interdum per intestinum inicis animali et internos hostes potionis austeritate consumes.

XI. Adversus omnia genera morborum.

IV 11 Gesn. VI 11 Schn. Adversus omnia genera morborum salutaris confectio praeparanda est, ut inter ipsa initia ex conditis possit occurri; cassa est enim medicina, quae sera est. Murrae troglitis lib. I, turis masculi lib. I, mali Punici corii tunsi selib., piperis unc. VI, croci unc. III, acaciae rufae selib., cadmiae botritis selib., aes ustum selib.,

---

17 Chir. c. 197. Veg. I 16, 5.

---

1 ingeratur *ed. pr. P* ‖ 2 quamgulare quod a. *A* potio longaonem possit i. *P* ‖ 3 appellat *L* ‖ 4 coguntur *ed. pr. A* | et cruciato d. *A* ‖ 5 pereunt *ed. pr. A* | et alia c. *P* ‖ 6 bacas lauri *L* ‖ 7 addesque — 9 deteres *om. ed. pr.* adde sext. vini, capparis emina et seminis erucae, tere simul misce addens *P* | turis *L* ‖ 8 heminamque *A* | turcii *L* ‖ 9 addisque *ed. pr. A* ‖ 11 superius d. *ed. pr. A* ut diximus *P* | est, ut intestinum *A* ‖ 12 ut . . consumas *ed. pr. A*

13 *inscriptio deest in L* | ad *P* ‖ 14 adversum *ed. pr. A* ‖ 16 cassa enim nec materia eque se^r^ca *A* causa enim medicinae quaerenda est *ed. pr.* causa est enim medicinae quae servanda est *L* ‖ 17 troglitis *om. ed. pr. A* ‖ 18 corium tunsum *L om. P* libram *ed. pr. A* | VI *L* III *ed. pr. AP* ‖ 19 casmie bo tritae *L* butyri *P* cathimiae butrotis *ed. pr. A* | aes ustum *om. P* perustum *A* resinae ustae *ed. pr.*

absinthii Pontici selib., pulveris serpylli selib., betonicae selib., centaureae selib., sagapeni selib., saxifragae selib., peucedani selib.: quae omnia bene tunsa et cribrata mellis optimi tribus sextariis misces et ad carbones leniter paululum coques, post in vase stanneo vel vitreo reconditum servas. Ex qua confectione morbidis, si etiam febriunt, ad diem singula maiora coclearia cumulata cum hemina aquae tepidae et olei floris tribus unciis dabis. Quodsi absque febre sunt morbidi vel convalescere iam coeperint, cum vino et oleo diebus plurimis dabis, donec animal liberatur, quam validissimam et probatam noveris potionem.

XII. Compositio suffimentorum salutaris.

Suffimentorum compositio fascinum pellit, lustrat animal, fugat daemones, submovet morbos. Odoris namque fumus ac spiritus per os ac nares ingrediens penetrat ad viscerum omnes recessus ac curat saepius loca, quae potiones non potuerunt curare; sic tussis etiam in hominibus suffimentorum vapore praecipue sanatur. Deni- 2
que desperatos ac periculosissimos morbos auctores mulomedicinae asserunt non ex pabuli aut aquarum vitio, sed ex aeris corruptione descendere. Et ideo facilius lan-

IV 12 Gesn. VI 12 Schn.

18 Veg. I 17, 5.

1 Pontici *om.* *L* | betonicae — 2 sagapeni *om.* *A* || 2 sagapeni *om.* *P* || 3 contusa et trita cum *P* | in m. *ed. pr.* *A* || 4 leviter *ed. pr.* *A* || 5 reconditum *L* conditum *AP* condita *ed. pr.* || 6 m. animalibus *L* | etiam si *P* etiam *om. ed. pr.* *A* || 7 diebus singulis *P* || 9 etiam coep. *ed. pr.* *A* || 11 approbatam *ed. pr.* *AP* | invenies et est optima potio *P*

12 *nulla inscriptio in* *L* | confectio *ed. pr.* *A* || 13 suff. comp. salutaris f. *L* | et illustrat a., pellit d. *P* || 14 morbos *om.* *A* | odor namque fumi ac sp. *ed. pr.* *A* || 15 penetrans ad ulcerum *ed. pr.* *A* || 17 potio non poterit *A* | curare nec tangere *P* | sic tussis *om. ed. pr.* *A* || 18 in omnibus *L* | vipere *P* | sanantur *L* suff. vapor pr. sequitur *ed. pr.* *A* | de quibus *L* || 19 morbos aut sicut mulomedici a. *ed. pr.* *A* || 20 non stabuli *L* non ex pabulo *ed. pr.* *AP* || 21 ex *om. ed. pr.* *A* | descendentes *ed. pr.*

guorem, quem pestilens ventus ingessit, suffimentorum
3 salubris curat afflatus, cuius talis est compositio: sulfuris
vivi lib. I., bituminis Iudaici lib. I., opopanacis selib., gal-
bani selib., castorei selib., aeris crudi selib., albitis selib.,
salis hammoniaci unc. III, rasurae cornu cervini unc. III,
lapidis gagatis masculi unc. III, lapidis gagatis feminae
unc. III, lapidis galactitis unc. I, lapidis haematitis unc. III,
lapidis sideritis unc. I, lapidis argyritis unc. I, caballiones
marinos VII, scillas marinas VII, pilas marinas VII, cau-
das marinas VII, ungues marinos VII, uvae marinae unc. III,
medullae taedae pineae lib. III, cedriae lib. III, picis liqui-
4 dae lib. III, ossa sepiae VII: haec siccata pariter dete-
runtur atque miscentur; ex quibus unum cocleare, si opus
fuerit, vivis carbonibus asperges et operto capite, ut fu-
mum per os naresque suscipiat, animal suffis. Quod suffi-
mentum, praeter curam iumentorum sanat et incursantes
hominum passiones grandinemque depellit, daemones abigit
et umbras fugat.

---

2 Veg. I 20.

---

1 ventus *LP* morbus *ed. pr. A* | ingesserit *L* | suffimenti s. huius *ed. pr. A* salubris curatur afflatu *L* salubres curat afflatus *P* || 2 at talis c. suffimentorum *ed. pr. A* || 3 op. unc. *ed. pr. A* | galb. sulfuris castorei terebintinae ana lib. s. salis ham. *P* aer. cr. albitis *om. L* ciceris *vulg.* || 5 salis ham. et capadoci *P cf. Veg. I 20* | corni *L* || 6 dagatis *L qui* lapidis g. feminae *om.* lapidis gagapis maris et gagapi feminae ana unc. III *P* sinopidis unc. III, gagatis feminae unc. III *ed. pr. A* || 7 galactis unc. *L* g. unc. II *P* gagatis unc. III *ed. pr. A* | ematitis unc. III *L* unc. II *P* unc. I *ed. pr. A* || 8 arg. unc. V *P* | caballos *P* caballi *A* || 9 stellas m. IV *ed. pr. A* (stellae). stincos marinos VII *P* || 9 pallas *ed. pr. PA* (pallae) | caudas m. *om. L* caud. m. ung. m. *om. A* || 10 ung. marinas *LP* || 11 medullam t. p. *L* medullae pine *A* pineae *P* m. cervinae *Veg. I 20, 2* | pondera *ed. pr. A* pondo *P* | cedriae, picis liq. *om. A* | picis l. pondo II *P* || 13 cum o. f. *ed. pr. AP* || 14 cooperto *ed. pr. AP* || 15 que *om. L* nares et os *P* || 16 propter *L* | sanat incurrentes *ed. pr. A* || 17 abicit *L* alligat *A* || 18 et larvas. *om.* fugat *ed. pr. A* et d. et larvas angit *P*

XIII. Compositio pulveris quadrigarii.

IV 13 Gesn. VI 13 Schn.

Quadrigarium pulverem vocant, qui ex diverso pigmentorum genere mixtus et per se adiuvat animalia et aliis potionibus pro modo vel curae ratione miscetur. Huius Chiron talem compositionem saluberrimam credidit: 2
tracanthi pondo III, aloes unc. VI, murrae unc. VI, costi unc. VI, amomi unc. VI, cassiae unc. VI, gentianae lib. I, aristolochiae lib. I, meliloti lib. I, centaureae lib. I, betonicae lib. I, saxifragae lib. I, scinoanthis lib. I, samsuci lib. I, hyssopi lib. I, abrotani lib. I, eupatorii unc. VI, cardamomi unc. VI, folii unc. III, spicae nardi unc. III, spicae Celticae unc. VI, asari lib. I, dauci unc. III, castorii unc. VI, opopanacis unc. VI, galbani unc. VI, strutii unc. VI, panacis radicis unc. VI, glycyrrhizae unc. VI, absinthii fasces III, sucum herbae peristerei cyathos II, radices vel surculos ipsius herbae peristerionis siccas et cribratas drach. VI: haec omnia pariter conteres et diligenter in vase vitreo trita servabis. Pelagonius quoque quadrigarii pulveris 3
eiusmodi composuit confectionem: cinnamomi, spicae Syriacae, spicae Indicae, croci Siculi, murrae troglitis,

---

18 Pel. c. 390.

---

3 mixto sed per *L* ‖ 4 vel curatione *ed. pr. A* ‖ 5 Cyro *L cf. p. XXXVIII* | credit *ed. pr. A P* ‖ 6 aloes unc. VII *P* | murrae — cassiae unc. I et scrup. I *A* murrae unc. VI et scrup. I, costi — cassiae unc. I et scrup. I *ed. pr.* murrae — cassiae unc. VII *P* ‖ 8 aristolochiae unc. III *ante* 14 absinthii *ponit A, utroque loco habet P* | meliloti *om. ed. pr.* ‖ 9 scynoanthes *L* yciniantes *A* cynaritos *P om. ed. pr.* | sinapis sucum *P* ‖ 10 ysopi *LP* opii *ed. pr. A* ‖ 12 cast. unc. III *A* ‖ 13 stritii *P om. A* ‖ 14 licirigiae *L* requiliciae *A* gliquiritiae aristolochiae longae ana unc. III *P* | fasciculos *P* ‖ 15 peristeriae *L* suci h. peristerei siccae et cribratae unc. V *ed. pr. A* (peristerion). suci peristereon ciatos II radicum peristereon vel foliorum pulveris unc. VI *P* ‖ 17 simul tere *P* | diligentissime *ed. pr. A om. P* ‖ 18 trita *L*] vel stagneo *ed. pr. A* conde et usui serva *P* | *§§ 3. 4 om. P* | P. vero *ed. pr. A* ‖ 19 comp. potionem *L* | cinnamomi *ed. pr. L* cinnami specie Suriacae sp. Indiae crocis S. *A* cinnami *etiam Pel.*

scinuanthus, piperis nigri, piperis longi, xylocinnamomi, casiae, betonicae, casiae nigrae, trixaginis, folii, nardi, lentisci, cepae Indicae, acori Pontici, meu, turis masculi, iris Illyricae, thymi Cretici, piperis albi, calami Syriaci, asari Pontici, petroselini, mannae croci, mali terreni, gentianae, rosae aridae, casiae fistulae, inulae: haec omnia aequis ponderibus pro modo animalium misces, conteris, cribras, in pyxidem vel vitreum doliolum condis et cum opus fuerit, singula coclearia vel amplius, si vires animalium patiuntur, iumentis singulis dabis, addito vino vel oleo. Interdum aliis potionibus misces, si ratio artis vel cura
4 mandaverit. Apsyrtus quadrigarium pulverem hac ratione composuit: folium, spicae nardi, crocum, piper album, piper longum, piper nigrum, opopanacis radicem, casiae dafnitis, casiae marmalitis, casiam nardinam, iris Illyricam, apii semen, malum terrae, peucedanum, radicem herbae Sabinae, gentianam, herbam rosinam, thymum, murram, trixaginem, costum, tus masculum, † gesse mantium, malum Punicum, calamum aromaticum, rosam siccam, rutam agrestem, petroselinum, aristolochiam longam, amomum, calamum Syriacum, herbam Artemisiam: haec omnia pro numero animalium praeparas, aequis ponderibus misces et tundis cribrataque servabis ad diversas passiones usurus.

---

1 scinoatos *L* scoeni *A Pel.* scieni *ed. pr.* σχοινάνθης *Hipp.* | xyl. casiae *L Pel.* mannae croci *ed. pr. A* ‖ 2 traxagonis *L* | folium nardi *L* ‖ 3 c. Indiae *A* | *post* c. Ind. *ins.* nardi storacis *ed. pr.* nardostocidos *A* | meum *L Pel. om. ed. pr. A* ‖ 4 thymi — calami *om. A* | Syriaci *L Pel.* aromatici *ed. pr.* iris Illyricae i. aromatici *A* ‖ 5 terrini *L* terdeni *A* ‖ 6 terrae aridae *A* | henulae *L* | haec *om. ed. pr. A* ‖ 8 in pyxide vel vitreo dolio *ed. pr. A* ‖ 9 animalium *om. ed. pr. A* ‖ 10 et oleo *ed. pr. A* ‖ 12 Absertus *L* ‖ 15 c. daphnitae *L* cassia dafnitri *A* c. nidafantis *ed. pr.* | cassiae asmalitae *L* cassia masmalitem *A* c. marmalitis *ed. pr.* ‖ 16 peuc. sabina g. *ed. pr. A* ‖ 17 h. rasina *A* herbam derusimamam *L* | thymum] pemum *L* | myrrha per plantaginis contusum masculum *A* ‖ 18 gesseniante (ante *del.*) cum eum *L* gessamantium *A* gessem. *ed. pr.* | iuncanicum punicum (*ex* ponec.) *L* ‖ 20 longam *om. L* ‖ 22 intermisces *ed. pr. A* ‖ 23 cribrasque et s. adversus p. u. *ed. pr. A*

XIV. *Compositio caustici.*

Causticum humecta siccat, laxata constringit, luxata reparat, laesa confirmat. Huius Chiron talem compositionem demonstravit: bituminis Iudaici pond. II, bituminis Apollonii pond. II, mannae turis unc. VI, bidellae Arabicae unc. I, cerae propolis unc. II, opopanacis unc. II, castorei unc. II, galbani unc. I, guttae storacis unc. II, medullae cervinae pond. II, cerae communis pond. II, axungiae pond. II, resinae frixae pond. II, resinae terebintinae lib. I, resinae dictamni lib. I, resinae cabialis lib. I, visci Italici unc. III, apochymatis unc. II, hyssopi sucum unc. II, guttae hammoniacae unc. II, picis Brittiae lib. I. IV 14 Gesn. VI 14 Schn.

Pelagonius causticum, quod suffusiones vesicasque siccaret 2
in genibus vel in articulis, hac ratione composuit: cerae Punicae lib. I, resinae pond. II, galbani unc. VI, asfalti Iudaici pond. II, murrae secundariae pond. II, visci Campani pond. II, bituminis lib. I, hammoniaci unc. VI, costi unc. VI. Verum cetera decoques in caccabo fictili novo; 3

2 Chir. c. 902. 13 Pel. frg. c. 491.

2 humectat siccata *P* humectata s. *ed. pr. A* | laxa *L* et lassa *P* luxatà parat *ed. pr.* laxa reparati estas c. *A* || 4 dicit *P* | sulfur Iud. *L*; *fort. cum Chir.* sulfur vivum, bit. Iud. | bit. indi *A* || 5 smiruis et turis an. unc. VI *P* || 6 arabicae *om. P* bdellii Ar. *ed. pr.* | unc. I *L* II *ed. pr. AP* p. libra *Chir.* | cerae] medullae ceroniae p. II *ed. pr. A* | propalis (*ex* -es) *L* | op. cast. *om. ed. pr. A* || 7 galb. unc. I *L* II *ed. pr. AP* p. libra *Chir.* || 8 ax. p. II *om. ed. pr. A* || 9 resinae fr., res. ter., res. d. *om. ed. pr. A* resinae pondo II, ter. lib. I, res. ab. *P* || 10 r. vecamine *L* dicam̃ *Chir. corr. Buecheler* | abialis *LP* || 12 Briciae *PA* | *post* pic. Br. lib. I *haec addit P ex § 3:* liquefacienda liquefac, pulverem aliorum addens agita et coque, ut sit una substantia. Quo uteris adversus vesicas et suffusiones, quae nascuntur in genibus et tibiis et nodis et articulis; et glandulas et ossilaginem curare creditur. *deinde §§ 2—5 om. P* || 14 vel art. *ed. pr. A* || 15 Ponticae *L* | p. II et semis *ed. pr. A* | galb. unc. III *ed. pr. A* || 16 visci Campani p. II *om. ed. pr. A* || 17 costi *om. A* || 18 verum etiam d. *A*

quae cum refrixerint, addes asfaltum et hammoniacum et costum pro mensura, qua scriptum est, tritum ad modum farinae, et agitabis et iterum recoques, ut sit una substantia. Quo uteris adversum vesicas et suffusiones, quae nascuntur in genibus aut tibiis aut internodiis aut articulis, usque eo ut etiam ossilagines curare credatur.
4 Malagma quoque causticum hac voluit ratione componi: picis pond. II, cerae pond. II, galbani unc. III, resinae lib. I, adipis taurini pond. II, bidellae unc. III, turis pollinis unc. VI, resinae terebintinae unc. VI, visci pond. II,
5 glutis unc. III. Apsyrtus eiusmodi causticum ad curam composuit glandularum: resinae frixae unc. III, resinae astulosae unc. III, resinae terebintinae unc. III, hammoniaci unc. III, visci unc. III, cerae unc. III, picis durae unc. III, bituminis Iudaici unc. I, dauci unc. III, bituminis Graeci unc. III, galbani unc. III: haec omnia in vino decoques; bitumen vero contundes et supermittes.

XV. Confectio malagmae.

IV 15 Gesn. VI 15 Schn. Compositio malagmae ad tumorem nervorum: galbani unc. II, resinae lib. I, hammoniaci selib., picis Brittiae selib., cerae selib., olei quod temperare possit. Item malagma ad tumores duros et veteres: galbani lib. II, hammoniaci selib., resinae terebintinae lib. I, opopanacis

---

1 qui cum refrixerit *ed. pr.* refrigescit *A* ‖ 3 coquis *ed. pr. A* ‖ 4 adv. venas et ves. et s. *ed. pr. A* ‖ 5 aut in t. aut inter nodos aut in a. *ed. pr. A* internodis *L* ‖ 6 ut ossulaginem *ed. pr. A* | credantur *ed. pr.* ‖ 9 taurinae *ed. pr.* | bdellii *ed. pr.* | unc. VII *ed. pr.* unc. et scrup. I *A* | turis p. unc. III *ed. pr. om. L* ‖ 11 guttae *L* | unc. IIII *A* | huiusm. c. hac ratione c. *ed. pr. A* ‖ 12 glandularis *ed. pr.* glandulare *A, deinde sic ed. pr. A:* resinae fr. unc. III, picis d. unc. III, bit. Iud. unc. III, evisci unc. III, galb. unc. III, bit. Gr. unc. III ‖ 13 asturosae *L* ‖ 16 in vinum *L* ‖ 17 superimmittis *ed. pr. A*

19 ad tumores duros et veteres *ed. pr. A* ‖ 21 cerae lib. *ed. pr. A* libr. s. *P* | quod sufficiat *P* ‖ 22 malagmas *L om. P* ‖ 23 r. ter. selib. *ed. pr.* | op. lib. *ed. pr. AP*

lib. s., bidellae lib. I, storacis lib. I, piperis albi unc. I, piperis longi unc. I, bacarum lauri lib. I, cerae rufae lib. I, picis Brittiae lib. I, olei irini quod satis est.

XVI. Compositio collyrii fistularis.

Quod conficitur, ut mittatur in fistulas vulnerum, IV 16 Gesn. VI 16 Schn. quae ab initio curata fuerint negligenter. Formatur autem ad mensuram ipsius fistulae, ut cum immissum fuerit, eandem possit implere, ut celerius consumpta duritie viva caro ducat solidam cicatricem. Misy lib. I, feculae lib. I, aeruginis lib. I, chalcitis lib. I, cumini unc. VI teres cum aceto et collyria facies. Item aliter compo- 2 nitur collyrium fistulare: misy lib. I, aeruginis lib. I, chalcitis lib. I, mellis unc. VI, lonchitis pond. II coques cum vino veteri pastillosque facies fistulis inserendos.

XVII. Compositio malagmae crudae.

Calcis vivae lib. II, sinapis Alexandrini lib. I., ficus IV 17 Gesn. VI 17 Schn. siccae unc. VI, axungiae quod sufficit in unum contundes et uteris.

---

5 cf. Veg. II 26, 3. Chir. c. 933.

---

2 rufae *om. P* (cerae picis Br. ana lib. s.) || 3 p. Br. lib. *ed. pr. A* olei immittis qu. *A* | quantum (quod *P*) sufficit *ed. pr AP*. — *Species alio ordine dant ed. pr. A, alio P, alio L quem secutus sum.*

5 collyrium fistulare quod *ed. pr.* | fit *P* | ut *om. L* (immittatur) || 6 si c. t. *L* || 7 in mens. *L* || 8 cel. iam c. *ed. pr.* ut consumpta putredine et callositate viva caro nascatur *P* || 9 missi vel aer. lib. I calcis lib. s. *P qui* cumini — 12 chalc. *om.* || 11 vel c. *ed. pr. A* || 13 mellis unc. V s. *L* | longitae *L* zungitis *ed. pr. A* terenbentinae *P* | cum *L* in *P* ex *ed. pr. A* || 14 inde f. *ed. pr. A*

15 c. *XVII om. P* || 16 picis siccae *L* fici sicci *A* || 17 quantum *ed. pr. A* | in unum *A* et unum *L* immisces *ed. pr.*

XVIII. Compositio synchrismae.

IV 18 Gesn. VI 18 Schn. Compositio synchrismae: cerae rufae pond. II, resinae frixae pond. II, olei laurini lib. I, sevi taurini lib. I, axungiae lib. I, medullae cervinae lib. I, olei cyprini lib. I, aeruginis lib. I, hyssopi lib. I, axungiae veteris lib. I: haec pariter ad carbones coques et uteris.

XIX. Compositio traumatici.

IV 19 Gesn. VI 19 Schn. Traumaticum medicamentum curationi vulnerum valde convenit, nam absumpta putredine vivam carnem ad sanitatem adducit. Huius est talis compositio: misy lib. I, chalcitis lib. II, aeruginis lib. I pariter colabis et supra tegulas in igne pones et coques, ut rubeum fiat. Post in mortario teres et ad similitudinem farinae pulverem facies. Deinde duos sextarios mellis in olla nova coques cum vino et cum fervere coeperit, adicies pulverem suprascriptum et pariter decoques refrigeratoque ad cancromata et plagas
2 et famices vel ad cicatrices reducendas uteris. Traumaticum quoque hac ratione componitur: misy lib. I, cadmiae lib. I, aloes lib. I, cumini lib. I, aeruginis lib. I, chalcitis lib. I, mellis lib. II in olla nova decoques refrigeratoque uteris.

---

2 Afrae *L* | res. fr. *om. A* ‖ 3 sevi — axungiae *om. L* axungiae *om. P* ‖ 4 ol. cypr. lib. s. *P* ‖ 5 hyssopi *om. P* ‖ 6 haec omnia p. *ed. pr. A* | decoquis *ed. pr. A*

10 adducit *L* red. *ed. pr. A* perd. *P* ‖ 12 tegulam *ed. pr. AP* | ignem *ed. pr. P* (ad i.) | impones *P* | faciat *L* | postmodum pulveriza et supra duos sext. m. in olla n. ferventis adde hunc pulverem bene agitando et simul coquendo *P* ‖ 13 facies — 15 pulverem *om. A* ‖ 14 cum vino *om. L* ‖ 15 cum bene coeperit ad. *L* | pulverem s. s. agitabis et p. *ed. pr. A* ‖ 16 cancromatas *ed. pr.* cancromatiam *A* | c. plagas ad famicem et c. *ed. pr. A* frigidum c. et pl. et f. sanat. *P* ‖ 17 *§ 2 om. P* ‖ 19 aloes cumnes lib. I *L* alios cuos *A* aloes acori lib. singulas *ed. pr.* | aer. lib. II *ed. pr. A* | chalcitis mellis *om. A*

XX. Compositio malagmae basilicae.

Malagmae quoque istiusmodi probata est compositio: IV 20 Gesn. VI 20 Schn. mellis lib. I, galbani lib. I, storacis lib. I, bidellae lib. I, piperis albi lib. I, hammoniaci pond. II, medullae cervinae lib. I, bacarum lauri lib. I, turis pollinis unc. II, sevi caprini unc. V.

XXI. Alia compositio malagmae.

Malagmae quoque medicamentum hac ratione componitur: IV 21 Gesn. VI 21 Schn. hammoniaci unc. III, cerae lib. I, nitri floris unc. II, resinae terebintinae pond. II, storacis unc. III, bacarum lauri unc. VI, olei cyprini unc. III, olei irini unc. III, olei rosei unc. III, olei laurini unc. III, adipis anserinae unc. V, hyssopi unc. IV, medullae cervinae unc. VI, opopanacis unc. VI, piperis albi unc. II, galbani unc. III, axungiae veteris lib. I, aceti acerrimi heminam, turis masculi unc. III.

XXII. Compositio prima anacollematis.

Apsyrtus compositionem anacollematis eiusmodi IV 22 Gesn. VI 22 Schn. prodidit: flos nitri sext. I, flos siliginis sext. I, opopanacis unc. III, croci Siculi unc. II, piperis albi semunc., pollinis turis unc. III, ova X, cocleas contusas X, bulbos XX, avellanas XX, quae omnia contusa et permixta si aceto temperes, divulsa coniunges. Efficacius tamen est, si de locis dolentibus missum sanguinem ipsius animalis addi-

---

1 basiliscis *L om. P* ‖ 2 approbata *ed. pr. om. A* ‖ 3 galbani *om. A* | storacis *om. L* propoleos bidellae storacis *P*

7 *c. XXI—XXIII om. P* ‖ 9 cerae selib. *A* ‖ 11 olei ydrini *L*, irini *A om. ed. pr.* ‖ 12 olei laur., medullae cerv., olei ros., adipis ans., hyssopi, adipis cerv. *ed. pr. A* | asarinos *L* anserini *A* unc. VI *ed. pr. A* ‖ 15 unc. IV *ed. pr. A*

17 compositiones anancolematis *L* ‖ 18 composuit et pr. *ed. pr. A* | flos sil. *om. ed. pr. A* ‖ 19 piperis a. unc. *ed. pr. A* ‖ 20 ova X *om. ed. pr. A* ‖ 22 temperaris *ed. pr.* -ares *A* | devulsa *L* | de *om. ed. pr. A* ‖ 23 dolorosis emissum *ed. pr. A*

2 deris. Compositio synchrismae: storacis unc. III, hammoniaci unc. II, medullae cervinae unc. II, turis pollinem unc. III, oleum laurinum unc. II, olei glaucini unc. III, olei cyprini unc. III, sevi taurini unc. III, resinae terebintinae unc. IV, adipis ursinae unc. III, adipis leoninae unc. III, propoleos unc. III, olei veteris unc. VI, axungiae veteris lib. I, olei Sabinensis lib. I s., opopanacis unc. III, galbani unc. III: haec ad carbones lentis vaporibus decoquuntur et unctionem saluberrimam praestant.

XXIII. Compositio alia malagmae crudae.

IV 23 Gesn. VI 23 Schn. Compositio malagmae crudae talis est: cerae Punicae selib., hammoniaci selib., bidellae unc. III, storacis unc. II, sagapeni unc. IV, turis pollinis unc. VI, olei veteris unc. IV, propoleos unc. II, medullae cervinae unc. VI, sevi taurini unc. II, resinae frixae unc. II, adipis ursini unc. II, adipis leonini unc. II, opopanacis unc. II, bacarum lauri unc. II, olei cyprini unc. II, gentianae unc. II, resinae Colophoniae

2 unc. VI, galbani unc. VI, resinae terebintinae unc. VI. Item compositio malagmae coctilis: cerae lib. I, hammoniaci lib. I, storacis unc. VI, sagapeni unc. III, turis pollinis unc. IV, medullae cervinae unc. IV, opii Hispani unc. II, propoleos unc. IV, sevi caprini unc. VI, adipis ursini unc. III, opopanacis unc. II, olei cyprini unc. III, galbani unc. VI, picis Brittiae unc. III, resinae terebintinae unc. III, resinae frixae unc. IV, aceti acerrimi unc. IV, olei lentiscini unc. VI, olei irini unc. IV.

---

1 unc. IV *ed. pr. A* | ham. unc. III *ed. pr. A* || 2 tur. p., ol. laur. *om. ed. pr. A* || 3 ol. gl. unc. VI *ed. pr. A* || 5 ad. le. unc. IV *ed. pr. A* || 6 oleue tustus *L* || 7 olei savirensis lib. I *ed. pr. A*
15 ursinae *ed. pr. A* || 16 leonis *ed. pr.* || 17 olei c. unc. IV *ed. pr. A* | gent. unc. III *ed. pr. A* || 18 res. ter. *om. ed. pr. A* | item alia c. *ed. pr. A* || 19 coctilis *om. ed. pr. A* cottile scerae *L* || 20 turis p. unc. III *ed. pr. A* || 21 opium Spanum *L* || 22 adipis — ol. cypr. *om. ed. pr. A* || 24 picis Briciae unc. IV *ed. pr. A* || 25 aceti acri *L*

XXIV. Compositio malagmae ad uligines.

Compositio malagmae ad uligines: salis Afri lib. I, bulbi lib. I, sulfuris lib. I, misy lib. II, olei lib. I: his coctis diligenter uteris. IV 24 Gesn. VI 24 Schn.

XXV. Compositio malagmae ad nervos.

Compositio malagmae ad nervos: sulfuris vivi, aluminis, resinae, picis Brittiae ana lib. I, cerae pond. II, medullae cervinae lib. I: haec omnia pariter diu agitas aut verberas. IV 25 Gesn. VI 25 Schn.

XXVI. Compositio traumatici.

Compositio traumatici: gallae unc. IV, aeris usti unc. III, corticis mali Punici unc. III, misy unc. IV, vini unc. I, aceti unc. III in olla nova excoquis et uteris. IV 26 Gesn. VI 26 Schn.

XXVII. Compositio collyriorum.

Collyriorum quoque confectiones Apsyrti Pelagonii Chironisque subiecimus. Ad album enim de oculis abstergendum Apsyrtus tradit nitrum lib. I, nuces avellanas purgatas comburi deberi donec redigantur in cinerem, et in mortario deteri addique eo mannae turis idem pondus, IV 27 Gesn. VI 27 Schn.

---

1 *c. XXIV—XXVI om. L* ‖ 3 bulbos, sulphur, nitrum missi olei ana lib. I coque et utere *P*

6 nitri *ante* aluminis *ins. P* ‖ 8 haec simul cocta adiuvant nervos *P*

11 gallae unc. III *P* ‖ 12 corticum *P* | missi IV, vini aceti ana unc. III *P*

15 compositiones coll. *ed. pr. A.* Coll. quoque compositiones Chironem philosofum ponimus *P qui quae sequuntur om. usque ad § 6 p. 270, 15* vetera ‖ 17 tollendum et abst. *ed. pr. A* | nitrum lib. I *om. ed. pr. A* | nuces a. combustas, donec r. in cineres, in m. deteres addesque m. *ed. pr.*, *A* (cinerem et, addisque ei)

quae diutissime trita et creta melle optimo adiecto com-
2 prehenduntur, et sic inungatur animal. Idem Apsyrtus
eiusmodi collyrium laudat: piperis albi grana VIII, mellis
Attici unc. II, croci unc. II, sepiae marinae testa diligen-
3 tissime trita unc. II, balsami unc. I. Pelagonius tale colly-
rium monstrat: oleum, sal, butyrum, resinam, cerussam,
opobalsamum addito melle pariter deteri atque componi
4 et alternis diebus induci usque ad sanitatem. Nardinum
quoque collyrium hac ratione composuit: violae unc. I,
spicae nardi semunc., casiae semunc., murrae unc. III, croci
unc. III, olei cyprini unc. VI, piperis albi unc. II, cummi
5 unc. III. Item alia compositio collyrii: opobalsami unc. I,
croci unc. I, murrae unc. I, salis Hispani unc. I, lepidis
unc. I, ossis sepiae unc. I, cadmiae unc. II, afronitri unc. I,
6 mellis Attici lib. I. Chiron etiam vetera glaucomata eius-
modi collyrii indicat confectione purgari: cornu bubalum
extremum, ubi solidum est, combures ac deteres, turis
quoque masculi pulverem iunges, stercoris quoque humani
combusti et salis hammoniaci paris mensurae pulverem

---

5 cf. Pel. frag. c. 490. 8 cf. Veg. II 22, 12. Pel. c. 423. 12 Pel. c. 424. 15 Chir. c. 534.

---

1 et creta *om. ed. pr. A* | m. o. acetoque mysi lib. I (*margo* al. misceri) comprehendụntụr et sic inungụntụr a. *L* || 5 tritae *L* s. m. diligenter statissim et rute unc. II *ed. pr. A* || 6 propter o. *ed. pr.* pariter o. *A* | butyrum *om. ed. pr.* || 7 pariter *om. ed. pr.* | deteris *etc. ed. pr. A* || 8 et *om. ed. pr. A* || 9 ampalmū unc. I lipidum unc. I propolympon panicum unc. I *L* violae unc. I *ed. pr.* anfalini unc. I *A* opopanacis violae *Veg. II 22, 12 Hipp.* op. violae pontoclitae *Pel. fort.* pompholygis unc. I lepidis unc. I propolim, opopanacis unc. I || 10 cassiae myrrhae unc. III *ed. pr. A* || 11 cumini *vulg. corr. Pel.* || 12 a. collyria composuit *ed. pr.* composita *A* || 13 Spani *L* | lipidi *L* lapidis *A* || 15 Contra glaucomata: cornu *P* | hac coll. *ed. pr. A* || 16 indicat *om. L* | bubulum *ed. pr.* bubulinum *A* bubali *P* || 17 ac deteres *L* deteres *et* quoque *om. ed. pr.* ac dens masculi quoque p. *A* || 18 iunges *om. ed. pr. A* | humani *om. L* || 19 pari mensura *ed. pr. A*

facies, murram, piper longum, ossa sepiae, flos aeruginis,
vetus vinum, crocum, rutam pariter detrita commisces,
addito optimo melle quod sufficit, et inunges. Aliud quo- 7
que collyrium simile composuit: ossa sepiae marinae, crocum, murram troglitem, salis hammoniaci, stercus crocodili: haec omnia pariter diutissime teruntur et bene trita cernuntur additoque optimo melle inunctionibus utilitatem animalibus praestat.

Licet aut parva aut prope nulla de his, quae diversi 8
auctores rettulerunt, praeterisse doceam, tamen quaecunque
videntur proba conscripsimus. Verum ne longior liber con- 9
fusionem magis legentibus quam instructionem videretur afferre, modum plenum credimus faciendum, illud iterum iterumque commonentes, ut diligenti cura passionum occurratur exordiis. Nam etiam incurabiles valetudines si praeventae fuerint medendi arte vincuntur; inveteratae causae quae etiam facile curari solent saepe non possunt.

---

4 Chir. 536 cf. c. 807. Pel. c. 419. Veg. II 22, 7.

---

1 murram *om. ed. pr. A* | et tere turis m., stercoris h. combusti, salis h., mirrae, piperis l., ossis s., floris aer., croci, rutae ana pulveriza, adde vini v. et mellis quod s. *P* ‖ 3 sufficiat *L* ‖ 4 semel *L* ‖ 5 trigonitem *L* troglodytis *ed. pr.* triclotydis *A* | item sal ac stercus cr. *ed. pr. A* aliud simile: ossis s. m., croci, mirrae, salis am., stercoris cocodrilli *P* ‖ 6 pariter ac d. deteruntur *ed. pr. A* omnia ana subtilissime trita cribra et addito melle confice et unge *P* ‖ 7 unctionis ut. *ed. pr. A* et inunctionibus ut. *L* ‖ 9 aut parva aut pr. *L* parva et pr. *ed. pr.* ‖ 10 praeterissent doceamus *ed. pr. A* ‖ 11 videbantur probata *ed. pr. A* ‖ 13 plenius *L* | aliud iterum verumque c. *ed. pr. A* ‖ 14 passionum *ex* -ibus *L* ‖ 15 aegritudines *ed. pr. A* | praesentes *A* ‖ 16 vi medentis arte *ed. pr. A* | inveteratas causas, etiam faciles, curari saepe n. posse legi *ed. pr.* i. causae, etiam f., c. s. non possunt legi *A* ‖ 17 *τέλος τ 8 Γ L qui pergit lib. IV 9, 3.* — *§§ 8—9 om. P sic librum concludens:* in huius libri fine monemus, quod in principio morbi occurratur ne veteres insanabiles fiant et curari non possint. liber tertius explicit Publii Vegetii Renati viri de mulomedicina

[*XXVIII. Alia quaedam medicamentorum genera.*

IV 28 Gesn. VI 28 Schn. Cephalicum, quod facit ad omnia vulnera diffi-
cilia claudenda et supplenda: herbae panacis radices,
tus masculum, murram, pollinem ervi, rosae folia arida
bene trita et cribrata; hic pulvis confectus difficilia vulnera
claudit ac curat. Nunc etiam si melle decocto et huic
medicamento mixto collyrium facias et altis sub vulneri-
bus fistulae subicias, citius supplere et sanare cogit.
2 Medicamentum consuetum in usu cotidiano necessa-
rium propter compendium et moras ita facies: aeruginem,
chalcitem, aeris florem, aes ustum: haec bene trita et cri-
brata aequo pondere catastalticum faciunt, quod carnem
supercrescentem comedendo fovet. Hoc idem cum aceto et
melle decoctum ad mellis crassitudinem facies medicamen-
tum, quod facit ad omnia vulnera et cancros elimpidanda et
3 ossa scabrosa. Chlora medicamentum, quod facit ad
omnia vulnera complete limpidanda vel sine difficultate
claudenda: ceram Punicam, resinam terebintinam, medullam
cervinam, aeruginem, oleum ita conficies, quantum sufficit.
4 Tetrapharmacum, quod facit ad omnia vulnera elimpi-
danda et velocius curanda: adipem taurinam, ceram, picem,
oleum. Igitur medicamentum quod supra dixi catuloticum
5 est. Licium, quod facit ad omnia vulnera sordida et
cancrosa: amurcam, salem, acetum: his mixtis quantum
6 volueris ad crassitudinem mellis uteris. Ossuculare

9 Chir. c. 925. 16 cf. Chir. c. 927. 23 Chir. c. 926.

1 *c. XXVIII additum Vegetio in ed. pr., § 1—29 etiam in codd. AF' Ven., om. LP* ‖ 6 hic etiam *Gesn.* ‖ 7 commixto c. factum altis sub v. fistulis subiectis citius complere *A* ‖ 10 ut moras *A* ‖ 12 quo carne supercrescente *A* ‖ 13 effovet *ed. pr. A* ‖ 15 elippitando *A* ‖ 18 ceram *add. Gesn.* ‖ 19 qu. volueris *A* ‖ 21 curanda valde per hoc medicamentum cataloticum *add. ed. pr. A. del. Gesn.* ‖ 22 *fort.* dixi chloram, cat. est | cataloticum *ed. pr. A* ‖ 23 glicium *ed. pr. A* ‖ 24 haec omnia mixta q. v. et ad *A* ‖ 25 ossoclare *ed. pr. A*

medicamentum, quod facit ad omnia ossucula et clavum
quo loco factum, si deiciendum volueris: picem liquidam,
axungiam veterem, aeruginem bene tritam et admixtam
colas bene coctum, post decoctionem suprascripta purgat
vulnera diligenter. Stypticum, quod facit ad omnia 7
vulnera humecta et fungos exsiccandos: alumen scissum,
gallas minores, cortices mali granati, subcorticem de ipsa
arbore, haec omnia trita: pulvis ipsius vulneribus exsic-
candis valde prodest. Medicamentum, quod facit ad 8
omnia vulnera claudenda: absinthium, sinopidem, lepidam;
haec tria bene commixta faciunt medicamentum siccum, quod
ad omnia vulnera prodest. Anapleroticum medicamen- 9
tum, quod facit ad omnia cava supplenda: pollinem turis,
pollinem ervi, lepidam; haec bene trita medicamentum
faciunt ad supplenda vel elimpidanda vulnera. Ad ocu- 10
lorum rupturas et tuniculas servandas prodest, si fel
caprinum lacti caprino misceatur et sic penna nigra oculis
inungatur. Ad oculorum album sive glaucomam sic
facies: vini sext. IV, gari floris sext. I, mellis unc. IV
pariter decoquis et uteris. Oculare ad recentem percus-
sum: croci, murrae, turis masculi, gummi, medullae verve-
cinae, ari Gallici suci, mellis, cardami binas uncias.
Synchrisma: cerae rufae pond. II, axungiae pond. IV, 11
opopanacis unc. II, olei veteris pond. II, galbani unc. III,
murrae pond. IV, hammoniaci pond. III, olei Cyprini

15 cf. Plin. nat. hist. 28, 171. 19 Pel. c. 428 cf. Veg. II 22, 8. 20 Pel. c. 422. 23 cf. Chir. c. 861—867.

1 ossicula *ed. pr.* | clariscus *A* darscus *ed. pr. corr. Schn.* (clavus . . factus) || 2 volueris medicamentum ℞ hoc *A* || 6 humectata *A* | fongos *ed. pr.* || 12 anaflectoricum *A* implectoricum *ed. pr. corr. Schn.* || 15 facies *A* | vel elimpitanda optime facit *A* || 16 prodest *om. A* || 17 lacti mulieris *Plin.* | oculi *vulg.* || 18 inunguntur *A* | glaucomata *ed. pr.* || 19 vini emina I (Aminei?) sext. IV *A* | gario floris *ed. pr. A* || 20 decoquis in unum et u. *A* | ad vecentem ocularem percussum *ed. pr. A* oculorum *Schn.* || 21 medulla herbacina *A* || 22 anagallici *ed. pr. A* | cardini *A* || 23 exuniu pond. IV *A* || 25 armonia *A ed. pr.* (-ae)

pond. IV, medullae cervinae pond. II, hyssopi pond. II,
12 storacis pond. IV, olei lentiscini pond. IV. Synchrisma
ad alia genera: galbani pond. II, opopanacis pond. I, cerae
pond. IV, medullae cervinae pond. III, turis masculi
pond. II, piperis albi pond. I, resinae terebintinae pond. III,
storacis pond. I, adipis anserinae pond. s., euphorbii unc. VI,
adipis leoninae, mellis, castorei lib. sing., olei murrae
lib. II, olei lentiscini pond. II, olei Syriaci lib. II, olei
veteris lib. II, olei melini pond. II, olei storacis pond. II,
13 opii pond. III. Liparam sic facies: spumae argenti
pond. I, cerussae unc. II, vini sext. III, olei pond. I et
14 sem., omnia conficies et sic uteris. Liparam alio genere
sic facies: spumam argenti, cerussam, tus masculum, ace-
tum album, oleum; haec omnia in unum conteres et cum
15 vino melicrato admisces et sic uteris. Traumaticum
sic facies: chalcitidis pond. I, misy pond. I s., aeruginis
unc. I, stercoris columbini pond. I, adarces unc. III et
scrup. III decoquis una et sic uteris. Item alio genere
ad flegmonas tollendas: sinapis Alexandrini unc. VI, fici
Afrae unc. III, axungiae veteris unc. VI, aceti scrup. III.
16 Item traumaticum alio genere ad verrucas tollendas:
floris calcis unc. II, nitri unc. II, lasaris unc. III, aceti
heminam. Item alio genere ad suffraginosos: aeruginis,
aluminis ana pond. V, herbae sideritis i. ferrariae pond. I,
17 aceti acri sext. I. Ad flegmonas discutiendas: ra-
dicis filicis, ervi, axungiae, aceti acris linis in linteo et
18 sic uteris. Causticum ad nervos crassos vel quaecunque

10 Pel. c. 345 cf. 333. 12 Pel. c. 346. 15 Pel. c. 342. 18 Chir. c. 894. 21 cf. Chir. c. 921. 23 Chir. c. 945. 25 Chir. c. 894. Veg. II 48, 4. 27 cf. Chir. c. 907. Pel. c. 496.

6 anserini *A* || 9 mellini *ed. pr.* *A* || 10 lipparia *ed. pr.* *A* || 12 lipparia *ed. pr.* *A* || 13 cerusse partem *A* || 14 cont. et cum mittis in unum melatritum admiscis et u. *A* || 17 *pro* adarces *Pel.*: aceti scrup. II, mellis scrup. IV || 19 flegminas *A* || 20 Afri *A* || 22 floris chalcitis *vulg.* | lasari *ed. pr.* || 24 i. *addidi* | farrariae *A* || 26 filicis *addidi ex Veg. II 48, 4.* fici *Chir.*

in notitia sunt: galbani, opopanacis, medullae cervinae,
resinae terebintinae, hammoniaci, propoleos, violae, turis
pollinis ana pond. II, resinae frixae pond. V, bituminis
pond. III, picis durae pond. V, resinae pituinae pond. V,
cerae pond. V, olei cyprini pond. III, † incomii pond. II, sto-
racis pond. II, visci pond. II. Causticum ad nervorum 19
dolores: galbani, storacis, violae, propoleos, resinae ana
pond. I, Colophoniae unc. VI, resinae terebintinae pond. VI,
opopanacis pond. I, turis pollinis, hyssopi, hammoniaci,
bacae lauri ana pond. I, picis Brittiae pond. I sem., vini
Aminei pond. I sem., resinae pituinae pond. I; haec omnia
in uno caccabo coques, in linteolo induces calida. Malag- 20
mam cocticam sic facies: cerae albae, galbani ana unc. I,
resinae terebintinae pond. II, adipis taurinae pond. III,
hyssopi pond. II, bidellae pond. I sem., iris Illyricae pond. II,
adipis anserinae pond. I; haec omnia decoquis et uteris.
Malagma ad nervorum dolorem: cerae unc. VI, adipis 21
cervinae unc. III, galbani, piperis, hammoniaci, resinae
terebintinae ana unc. III, tracanthi unc. V, singula con-
tundis, permisces et uteris. Malagma ad nervos vexa- 22
tos: mentae, galbani, rubricae, storacis, violae ana pond. VI,
similaginis pond. IV; haec omnia cum similagine et vino
decoques in caccabo et liquida facies, deinde similaginem
et vinum in unum permiscebis, inlinis in linteolo et alli-
gabis ferventia. Malagma ad tumores sic facies: cerae 23
unc. VI, adipis cervinae unc. III, galbani unc. III, violae,
piperis albi ana unc. III, hammoniaci unc. I, resinae tere-
bintinae unc. III, storacis unc. III, gentianae unc. I, sin-
gula contundis, postea permisces in vino et sic uteris.

---

12 Chir. c. 869.

---

2 resinae *om.* *A* | 2. 7 propulei *ed. pr.* propolei *A* | bidellae *Pel. Chir.* ‖ 4 pituitae *A* ‖ 5 o. cerini *ed. pr.* *A* | *fort.* meconii ‖ 10 britiae *ed. pr.* *A* | vini inei *ed. pr.* vini nivei *A* *corr. Morgagnius* ‖ 11 r. bituminis *ed. pr.* r. bituine *A* ‖ 12 calido *A* ‖ 13 cocticiam*?* ‖ 14 taurini *A* ‖ 16 amerini *A* ‖ 20 malagma quorum nervi vexantur *A* ‖ 23 liquide *A* ‖ 24 uno *A* ‖ 25 ferventem *A*

24 Emplastrum: cerae viridis pond. I s., olei cyprini unc. IX,
olei myrtini unc. II, adipis anserinae unc. II, turis pollinis
unc. II: haec omnia in caccabum mittis, coquis et linteolis
25 inlinis. Cerotum ad ulcera et strumas: mentae pond. II,
cerae rufae pond. X, olei myrtini pond. VI, olei veteris
pond. VIII, aluminis pond. IX, olei cyprini pond. X, calcis
26 pond. V. Fomentum ad tumores sive ad duritiam
quamlibet sic facies: hebiscum ex vino decoctum conteris
cum axungia et sic uteris; si minus, herbam Sabinam con-
teris et ex rosaceo concoquis et sic uteris ad sanitatem.
27 Compositio ad colicos: asari Pontici, petroselini, feni-
culi ana unc. I, piperis nigri unc. II, marrubii mas. unc. I,
abrotani unc. s., mellis optimi pond. II coques et despu-
mabis et haec omnia contundes et cernes et sic in melle
commiscebis, inde figuram facies nucis Abellanae, et ex
aqua dabis bibere congium I. Item diebus, quibus eo
morbo tenetur, feniculi seminis cum vino coclearia III aut IV
fricabis in mortario, adicies vini cibarii sext. I, mittes in
ampullam aut cornu et dabis, ut bibat, et cum sagis bene
28 munies. Malagma ad nervos claudos: sevi hircini
lib. I, molybdaenae selib., resinae lib. I, aeruginis selib.
29 Compositio ad genua: aceti hemina, salis pusillum,
30 aeris usti selib., sinopidis quod satis est. Potio hie-
malis: croci, costi, petroselini Macedonici, murrae, turis
masculi, tracanthi, cumini Alexandrini, mannae croci, piperis
uncias singulas, vini et olei quod sufficit, ova; haec omnia
permisces et dabis cum suco ptisanae, cui immittis pal-
mas XXV, bulbos XXV, hyssopi fascem, caprinos adipes,

1 Pel. c. 336. 7 Pel. c. 337. 11 cf. Pel. c. 288. Veg. II 116, 2. 23 Pel. c. 370.

2. 5 myrrhini *Gesn.* || 3 cacabo *A* || 4 ad ulcerrimum strumenta *A* ad ulcera strumenta *ed. pr.* || 5 olli mirte *A* || 11 colices *ed. pr.* || 16 dabis et aquae congium I in potum *ed. pr.* || 18 mortarium *A* | cibaria *A* || 19 dabis bibere *A* || 20 clodos *A* | colati s. h. *A* || 21 molipidinis *A* mollicidenae *ed. pr.* || 23 quod satis est pugillum. Explicit liber Vegecii de mastalcia *A F Ven.* || 25 crocomagmae *ed. pr.*

catulum brevem vivum, quem cum madefactum videris
mittis, tunc omnia exsiccabis et adicies olei quod sufficit;
tunc illa omnia permisces et potionabis. Potio aesti- 31
valis: tracanthi, croci, abrotani, cardamomi, glaucii, petro-
selini Macedonici binas uncias, gingiberis unc. I; haec
temperas et cum dare coeperis, mittis cotidie heminas sin-
gulas singulis iumentis; addes porri sectivi, porclacae quod
sufficit, sil Gallici, tus, apium, olei Afri heminam, tempe-
rabis et uteris.]

LIBER IV.

PROLOGVS.

Mulomedicinae me commentarios ordinante civium atque
amicorum frequens querela accepti operis continuationem
suspendit, deflentium aegritudines mortesque damnosissi-
mas boum, cum magnopere peterent publicandum, si quid
pro salute tam commodorum animalium scriptum reperi-
retur in libris. Cedens itaque familiarium honestissimae 2
voluntati ex diversis auctoribus enucleata collegi pedestri-
que sermone in libellum parvissimum contuli; cuius erit
praecipua felicitas, si eum nec scholasticus fastidiat et
bubulcus intelligat. Maximo autem incitamento mihi fuit 3

---

3 Pel. c. 371.

---

2 mittis *ante* quem *ponitur vulgo* || 7 porcla *ed. pr.* | quod sufficit *post* temperabis *habet ed. pr.* | 8 arum Gallicum *Pel.* || 9 uteris. Sed haec vide lib. I cap. 57. Finis *ed. pr.*

10 *librum singularem constituit P sic inscribens:* de curis boum epithima ex diversis autoribus incipit. *Prologus et cap. I—IX 3 desunt in L; cf. p. XII et 10. De ceteris codicibus cf. p. XXVII. — Capitum distributionem retinui ex Schn.*

12 commentaris (*ex* -daris) ordinatione *A* mulom. commentaria ordinanti *P* || 13 incepti *Gesn.* | continuatione *P* || 14 clamosissimas *ed. pr. A* || 15 cum magno opere supplicantium, si quid pro salute eorum in libris scriptum reperietur *P* reperietur *etiam A* || 19 parvissimum *om. ed. pr.* || 20 scolasticis *A* cum scolaris non f. *P* || 21 *§§ 3—6 om. P*

ipsorum boum utilitas et gratia, sine quibus nec terra
excoli nec humanum genus sustentari ullatenus poterunt.
Cuncta igitur legumina sive frumenta bobus merito ara-
trisque debentur; vinearum ipsarum usus periret, nisi
4 eorum adminiculis subvehendis carpenta sudarent. Quid
de diversorum onerum comparatione referamus, dum et
inter mobilia quidquid gravius est absque vehiculis paene
reddatur immobile? Reliqua quoque animalia ipsaeque
cohortales aves ex eorum capiunt labore substantiam.
Unde enim equis hordeum, unde cibum canibus, unde
porcis pabulum dominorum sollertia ministraret, ni para-
5 rentur boum labore frumenta? Et ne longum faciam,
bobus debent alimenta, quidquid ali potest. Apud alios
genus mulorum, apud alios camelorum, apud paucos ele-
phantorum licet exiguus usus est: nulla potest natio esse
6 sine bobus. Postremo, ut ad providentissimorum virorum
scripta redeamus, quorum firmatur auctoritate Iustitiam
iumentorum caede violatam derelictis terris ad siderum
remeasse consortium: quid potest laudabilius reperiri, quam
ut numen aequissimum boum fugaretur interitu, quod,
7 dum homicidia fierent, permanebat in terris? Duplicem
igitur sollicitudinem oportet impendi, ut sanitas incorrupta
permaneat et aegritudo, quae ex casu vel negligentia
sive labore contracta est, competentis medicinae curetur
ratione.

I. De observanda boum sanitate.

III 1 Gesn. Ut longaevi et sani sint boves, bubulcum convenit
providere vel dominum, quatenus frigoribus calidissimo

16 cf. Verg. georg. II 473.

7 inter mobilia et *vulgo* || 9 aures *A* || 12 faciat *A* || 13 ap-tius alios *A* || 17 reddemus *A* | auctoritas *ed. pr. A corr. Morgagnius* | iustitia *A* || 18 violenta *ed. pr.* violentam *A corr. Gesn.* || 19 consortem *ed. pr. A corr. Morgagnius* | laudabile reperire *A* || 20 nomen *ed. pr. A corr. Morg.* || 23 maneat *ed. pr.* || 24 contraria *P*

28 pervidere *A* | calidissimum cubile muniatur *P*

cubili muniantur et si fieri potest semper foco vicini sint 1
boves. Quodam enim beneficio naturali eiusmodi anima- 2
libus semper ignis commodum est, sive quod inutilis et
pestifer humor exsudat sive conceptum in pastu vel opere
frigus expellitur sive et flammarum halitu interna curan-
tur. Praesepium oportet extructum esse diligenter, ne 3
quid pabuli inter pedes animalium pereat. Bovile autem
loco sicco statuendum est assidueque mundandum est ita
ut cotidie pabulum ad edendum inutile substernatur, ut
boves siccius et mollius cubent. Par quoque studium est, 4
cum boves revocantur ex opere, ut colla eorum ex vino
tepido perfundantur et diutissime perfricentur. Cum vero 5
de via vel pastu redeunt lutulenti, priusquam deducantur
ad bovile, adhibita aqua diluendi sunt pedes, ne inhaerentes
corpori sordes ulcera generent vel ungulas faciant molliores
vel certe molestiam manducantibus vel inquietudinem affe-
rant dormituris. Sicut hieme omni sollertia frigus est 6
prohibendum, ita aestivis mensibus aura quaerenda. Per
diem igitur in umbra, per noctem sub divo boves stare
convenit. Non enim pauciores, si aestuaverint, quam si 7
alserint, colligunt morbos. Praeterea unum ovum crudum
cum hemina salis et sextarium vini per singula capita
septimo die diffundi percommodum est. Iuvat etiam si 8
alium tunsum hircino misceas sevo, herbam quoque verbe-
nam additam deteras, rutam et ervi pollinem iniungas et

2 quodam naturali beneficio his an. semper i. accommodus atque utilis est, ut pestifer humor recedat et frigus expellatur et fl. h. interiora curentur *P* ‖ 4 ex pastu *ed. pr.* ‖ 5 sive in fl. *ed. pr.* *A* ‖ 6 praesepia o. construi *P* | extrusum *A* ‖ 7 bubile autem in loco calido *P* ‖ 8 ita quod *ed. pr.* ‖ 10 parum quoque (quotidie *ed. pr.*) fastidium *ed. pr.* *A* ‖ 11 ex *om.* *P* ‖ 12 confricentur *A* fric. *P* ‖ 13 luculentia adhibita pr. *ed. pr.* *A* pr. inducantur in bubile adh. *P* ‖ 14 sunt *om.* *ed. pr.* *A* ‖ 16 et certe . . afferunt *P* ‖ 17 sed h. *ed. pr.* sed cum h. *A* si cum *P* ‖ 18 ita *P* vel *A* velut *ed. pr.* | pura aura *ed. pr.* | auram quaerendum *A* ‖ 19 sub u. *ed. pr.* ‖ 20 p. ex aestu quam ex gelu proveniunt morbi *P* ‖ 22 sextario *P* ‖ 23 die *om.* *ed. pr.* *A* | utile est *P* ‖ 25 r. herbam etiam p. *ed. pr.* *A* addita berbena, ruta et polline horabi tritis et cum v. *P* | inungas *Gesn.*

9 cum vino per os digeras. Cavendum praecipue est, ne
aut cursu nimio aut longo itinere fatigentur vel graviori-
bus certe oneribus affligantur: nimiam enim lassitudinem
sequitur aegritudo et omne animal est debile, si rumpitur.
10 Aquam quidem istius generis animal non requirit niti-
dissimam nec usque adeo laeditur, si sordidam biberit.
Sed tamen bubulci diligentis est procurare, ut mundam
11 semper et optimam bibant. Maxime autem studendum est,
ut competentibus redundantibusque cibariis saturi semper
habeantur et pingues. Omnis enim aegritudo exordium
sumit a macie: exhaustum animal celerius labor frangit,
12 aestus vexat, frigus penetrat. Non solum igitur aestivis
mensibus pascuum sufficit, ubi frondes diversi generis ad-
dantur et minuat varietas ipsa fastidium. Hieme autem
non tantum paleis, sed faeno quoque et hordeo et saepius
13 ervo saginandi sunt boves. Nullus autem uberiores cibo-
rum repudiabit expensas, qui considerare voluerit boum
per inopiam pereuntium quam cariora sint pretia.

II. De morbis boum et primo de maleo.

III 2 § 1—15 Gesn. Adversum boum morbos non minor adhibenda est diligentia quam equorum: nam equinum genus morbus, qui appellatur maleus, diverso genere passionum migrans

20 cf. Veg. I 1, 2.

1 dirigas *A* des *P* ‖ 2 vel ullis gr. *ed. pr.* ‖ 3 certe *et* affligantur *om. P* ‖ 4 incipit d. esse *P* ‖ 5 quidam *A* ‖ 6 laeserit *ed. pr.* | 7 diligentius *ed. pr. A corr. Morgagnius.* sed oportet tamen bubulci diligentissime pr. *P* ‖ 8 potent *P* ‖ 9 cibariis *om. ed. pr.* ut comp. cibis saturatos semper habeat et p. *P* ‖ 10 initium *P* ‖ 11 ex m. *ed. pr.* | vacuum a. *P* ‖ 12 non s. enim *ed. pr.* ‖ 13 nisi *Samb.* ‖ 14 minuit *P* ‖ 14 autem *om. ed. pr.* ‖ 16 n. namque u. cibariorum *P* ‖ 18 propter i. p. quanto c. sint pr. *P* | sunt *ed. pr. A*

20 adv. — equorum *primo capiti adiungunt ed. pr. A* | contra *P* | minus *P* ‖ 22 emigrans *ed. pr.* emigrantem *A* migrando per plures contagiones consuevit *P*

per plures contagione consumit; boves quoque idem mor-
bus interficit, sed a diversis diverso nomine vocatur, quem
plerumque vulgus achanum appellat. Hic morbus bovem 2
si quando temptaverit, istis agnoscitur signis: erit pilo
horridus et tristis, stupentibus oculis, cervice deiecta,
salivis assidue per os fluentibus, incessus pigrior, spina
rigidior, fastidium maximum, pauca ruminatio. Cui si 3
inter initia subvenire temptaveris, discrimen evadet: si per
negligentiam adhibeatur tardior cura, vetustioris morbi
non potest superari pernicies roborata.

Inter exordia igitur taedianti bovi adversus omnes 4
morbos potio ista succurrit: III s. unc. squillae minutatim
concisas, praeterea radices tenerae populi effossas et dili-
genter lotas contundes in pila et tria ex iis pondera, ad-
dito sextario salis, in vini VII sextarios mittes et per
VII dies per os bobus singulos sextarios digeres. Quodsi 5
toto anno adversus omnes aegritudines desperatas boves
stagnare volueris, incipiente vere id est ab idibus Februarii
XV diebus continuis hanc potionem dabis omnibus diebus,
quae usque adeo salutaris est, ut approbatum sit integro
anno boves sic curatos nullius morbi contagione temptari.
Talis etiam compositio et morbis resistit et vires anima- 6
lium firmat: folii capparis, folii mirti silvestris, folii cu-
pressi ana unc. III diligentissime deteres, infundes in con-

---

11 cf. Veg. II 139. 22 § 6. 8—11 Col. VI 4.

---

3 achanum *P* *om. ed. pr. A* | bovem sa ... aliquando *P* || 4 pilo horrido tristis *P* || 7 rigido *P* || 8 ab initio *P* | tempt. curabitur; si vero negligatur, perit vetustate morbi *deinde lemma:* potio contra omnes morbos boum et equorum *P* || 11 initio *P* | contra *P* || 12 succurrerit *ed. pr.* || 13 popinum *ed. pr.* popinem *A* | ℞ squillae minutim incisae unc. III radicum tenerrimae populi bene tritae et in pila tunde salis sext. III vini sext. VII et diu agitando superpone igni et coque post tepidum per VII dies *P* || 16 dabis *P* || 18 praeservare *P* || 19 dabis quae in tantum s. e. *P* || 23 servat *P* | f. caprinis *ed. pr.* lupini *Col.* | foliorum c., f. mirte s. ana unc. III, foliorum c. unc. VI diligenter tere *P* || 24 in catino *P*

gium aquae et una nocte sub divo manere patieris, et
inde ieiuno bovi tepefactum per triduum singulos sextarios
dabis; quae potio ad stagnanda animalia quater in anno
facienda est ultimis temporibus veris, aestatis, autumni et
7 hiemis. Morbos aegritudinesque depellit: tres uncias baca-
rum lauri, gentianae, aristolochiae longae, murrae, beto-
nicae diligentissime detere et misce cum mero; ex quo
8 trinas heminas triduo iugiter iumento per os dabis. Spicae
quoque alii tritae cum vino per nares infusae purgant
capita iumentorum. Ova cruda cum melle iumentorum
faucibus inseruntur, atque ita fastidium nauseaque discu-
titur. Expedit tamen sales pabulis miscere, marrubium
9 quoque tritum mane cum oleo vinoque diffundere. Turis
etiam pulverem cum mero sive per nares inieceris sive
per os dederis, prodest. Nec minores medicinas bobus
horti copia subministrat: nam porros, rutam, apium et
herbam Sabinam si quis large deterat et misceat vino
ternasque heminas praebeat ad potandum, aegrotantibus
10 subvenit. Plurimi caulem vitis albae concisam atque ser-
pyllum et squillae partem in aqua macerant ternasque
heminas per triduum digerunt; quae potio ventrem purgat
11 viresque confirmat. Ad interna autem curanda praecipue
amurca creditur salutaris, si tantundem aquae misceas et
animal bibere consuescat. Sed quia licet sitiat potum

1 manere dimitte *P* | et inde unoquoque bovi tepefacto *ed. pr. A* et ieiuno bovi tepidum *P* ‖ 2 binos sext. *P* ‖ 5 et sic m. ae. que repellit *P* ‖ 6 murrae enulae bet. diligenter tere *P* ‖ 7 cum m. — 9 tritae *om. P* ‖ 8 iuvenco *A* ‖ 9 cum v. quoque *ed. pr. A* | infusum purgat caput iumenti *P* ‖ 10 iuvencorum *A* o. c. iuvencis ieiunis data fastidium nauseamque discutiunt *P* ‖ 11 ac n. *ed. pr.* ‖ 12 salem p. misceri *ed. pr.* | saepe misc. *P* ‖ 14 etiam *om. ed. pr. A* | cum m. per nares vel per os proderit *P* ‖ 15 non m. *P* | medicinae b. horum c. subministrantur *ed. pr.* medicinas b. hora c. s. *A* ‖ 17 sauinae *ed. pr. A* | si quis bene terat et misceas vini ternas h. et praebeat *P* ‖ 19 plurimique *ed. pr. A* | pl. tuberes v. a. serpillum et squillam in a. m. ternasque h. diurnas per tr. *P* ‖ 22 v. quoque *ed. pr. A*

fastidit ignotum, primo cibi asperguntur; deinde aqua
exigua portione medicatur, ad ultimum pari mensura
miscetur et usque ad saturitatem sitientibus datur. Quo- 12
cunque autem tempore sed maxime aestate, si boves con-
citentur ad cursum, aut alvus eorum ad perniciem solvitur
aut febriculae commoventur. Natura enim pigrum et la-
bori potius quam velocitati accommodum vehementer lae-
ditur, si ad opus cogatur insuetum. Periculosum quoque 13
est, si ad praesepia sues aut gallinae pervenerint. Nam
bos cum gallinae fimum inter pabula sumpserit, statim
nimio ventris dolore torquetur inflatusque moritur. Cui
hac ratione succurri convenit: apii seminis unc. III cum
vini sext. s. et II lib. mellis commisces et tepidum per os
diffundes ac tam diu ambulare compellis et confricas mani-
bus plurimorum, donec ventrem potio moveat. Cyphi quo- 14
que cum vino deterere et per os dare creditur salutare
remedium. Lixivium quoque ex arbore ulmi vel cuius-
cunque generis ligni cinerem, dummodo bene cribratum,
cum oleo miscere et liquidum ac tepidum diffundere per
fauces adversus stercus pullinum plurimum prodest. Si 15
autem porcinum stercus bos devoraverit, statim pestilen-
tiam contagionis illius malei sustinet morbi. Qui cum
semel in gregem vel armentorum vel domitorum incesserit
iumentorum, statim omnia animalia, quae vel levem suspi-

3 Col. VI 5, 1. 11 cf. Veg. II 149, 2. 15 cf. Veg. II 149, 5.

1 fastidiat *ed. pr. AP* | cibus aspergatur *P* || 2 potio *ed. pr. A* potione *P corr. Col.* | pari *P Col.* pro *ed. pr.* per *A* || 3 satietatem *P* || 6 Natura animal p. *P* | labore *A* || 8 p. est etiam *P* || 9 perveniunt *A* || 11 inflatusq. ipsa hora moritur, si statim hac r. non succurris *P* || 12 cum vini *Ihm ad Pel. c. 137*, cumini *vulgo* || 13 et duabus *A* cum duabus *P* et duas *ed. pr.* | misce *P* || 14 infundes *ed. pr.* | compellere et fricetur *P* | 15 gisni *ed. pr. A* cyphi — remedium *om. P* || 17 vel ex c. ligni cinere *P* || 18 cribratum *P* coctum *ed. pr. A* || 19 mixtum et . . diffusum contra st. *P* || 20 pullinum *om. ed. pr. A* || 21 pestilentia contangioli illius mallei *P* solius *ed. pr. A* || 24 vel *om. ed. pr. A* | susp. langoris *P*

cionem habuerunt, de possessione tollenda sunt et distribuenda illis locis, ubi nullum pecus pascitur, ut nec sibi invicem nec aliis noceant. Nam pascendo herbas inficiunt, bibendo fontes, stabula praesepia: et quamvis sani boves odore morbidorum afflante depereunt. Usque eo etiam mortua cadavera ultra fines villae proicienda sunt et altissime obruenda sunt sub terris, ne forte ipsorum corporum interna sanorum contingantur et pereant.

III. De speciebus pestilentiae boum et ipsorum curatione.

III 2 § 16—31 Gesn. Uno quidem vocabulo pestilentia appellatur, sed habet plurimas species et diversas, quas enumerare non piget, ut facilius inter ipsa principia a diligentibus in-
2 telligi possint. Est itaque humidus morbus, quotiens per os et nares humor defluit bobus et fastidium aegritudoque consequitur. Est siccus, quotiens nullus humor apparet, sed animal cotidie macescit et fit deterius nec iuxta consuetudinem appetit cibos. Est articularis, quotiens interdum de prioribus, interdum de posterioribus pedibus claudi-
3 cant boves, cum habeant ungulas sanas. Est et subrenalis, quotiens a posterioribus debilitas incipit et quasi lumbi dolere creduntur. Est farciminosus, quotiens per totum corpus bobus tubercula exeunt, aperiunt se et quasi sa-
4 nantur et iterum in aliis locis exeunt. Est et subcuta-

5 cf. Veg. I 17, 3. 10 cf. Veg. I 2—9.

1 de pascuo *P* | et mittenda ubi *P* || 2 ubi nulla animalia pascuntur *P* || 4 stabulo pr. *ed. pr.* stabula et pr. *P Samb.* stabulando *vel* stando *ci. Gesn.* || 5 odore m. pereunt *P* || 6 mortuorum c. *P* || 7 et abscondenda valde sub terra ne sanorum interiora attingantur et p. *P*

9 *lemma dedi ex P, continuant cap. II et III ed. pr. A* || 11 et div. *P om. ed. pr. A* || 12 piget *P* licet vel riget *ed. pr. A* | ut *et* inter *P om. ed. pr. A* || 13 morbus *Gesn.* humor *ed. pr. AP* || 14 plurimus humor *P* | effluit *ed. pr.* | et bobus f. et aegr. sequitur *P* || 16 secundum cons. *P* || 20 incipit *P* appareat *ed. pr. A* | quasi *AP* quia *ed. pr.* || 22 tabernacula *P* || 23 subterc. *ed. pr. A*

neus, quotiens humor pessimus in diversis partibus corporis
bobus erumpit et decurrit. Est elephantiasis, quotiens
velut scabies minutae cicatrices exeunt extra corium ad
similitudinem lenticulae. Est insania, quae refectis bobus
eripit sensum, ut nec audiant more solito nec videant;
ex qua passione celerrime moriuntur, quamvis hilares
pinguesque videantur. Hi omnes morbi contagione sunt 5
pleni; et si unum animal apprehenderint, celeriter ad
omnia transeunt et sic interdum aut integris armentis
aut omnibus domitis afferunt interitus. Unde omni studio,
quae semel temptata fuerunt, segreganda sunt animalia et
ad ea loca mittenda, ubi nullum animal pascatur, ne
contagione sua omnibus periculum generent et negligentia
domini sicut solet a stultis divinae imputetur offensae.
Evincendi tamen sunt et exquisitis remediis expellendi 6
acerbissimi morbi. Panacem a seplasiariis comparas. Eryn- 7
gion autem herba dicitur, quae in litore nascitur prope
undam maris, florem habet quasi aureum vel galbineum,
folia eius sunt quasi folia cardui silvestris, inter arenas
litorum largissime spargit radices; has effodies et in umbra
siccatas servabis: adversus morbum tam equorum quam
boum plurimum prosunt. Ex quibus potio componitur 8
ista: radicis panacis itemque radicis herbae eryngii unc. III,
seminis quoque feniculi unc. III pariter deteris diligenter
addisque farinae triticeae sext. I ita ut prius frumentum

---

4 cf. Veg. II 87. 10 Col. VI 5, 2 cf. Veg. III prol. 1. 16 cf. Veg. I 17, 14.

---

2 per corium b. e. et currit *P* | elephantiosis *ed. pr.* -osus *A* -otes *P* || 3 minutae pustulae circa nares vel collum exeunt ad s. *P* | et ad s. *ed. pr. A* || 4 mania *ed. pr.* manea *A* inania *sic P* || 9 omnes *A* plures *P* || 11 t. sunt ab aliis segregentur animalibus et ad illa loca mittantur *P* || 13 generet *ed. pr. A* (-at), inferant *P* || 16 morbi variis expensis curantur *P qui* § 7 *om.* | p. supplassariis *ed. pr. A corr. Gesn.* || 19 cardus silvestri *A* || 20 spargitur *ed. pr.* | radices *add. Gesn.* || 22 Quibus potio ista fit *P* ℞ r. yringi, opopanacis ana unc. III, seminis fenicli unc. III simul tere *P* || 24 foeni *ed. pr. A*

frigas et sic molas: quae omnia de calida fervente con-
spergis et cum melle vel sapa novenas offas singulis bobus
9 digeres. Praeterea sanguinem marinae testudinis colliges
et cum vino per os dabis. Quam quia invenire difficile
est, vulgarem testudinem prodesse aestimant. Quod utrum
bene opinentur, usus viderit: nam auctores de terrestri
10 testudine tacuerunt. Pulverem murrae et casiae fistulae
nec non etiam turis pro aequa parte admisces; ex eo
unam semis unciam cum sextario vini veteris in die per
nares bovis infundis. Quod medicamentum per triduum facies.
11 Morbi quoque, quos superius nominavimus, amari sunt et
non nisi amaris potionibus superantur: nam contraria con-
trariis potionibus curantur ratione medicinae. Ideoque
pulverem herbae absinthii et crudorum lupinorum, herbae
quoque centaureae vel peucedani aequis ponderibus dili-
genter misces et cum sextario vini veteris trina coclearia
12 singulis diebus, additis unc. III olei, per os dabis. Praesens
quoque remedium experimenta docuerunt: radiculam herbae
consiliginis, quam alii pulmonariam vocant, alii tantum
radiculam, sinistra manu ante ortum solis collige, quia
sic maiorem vim habere creditur; tunc ad acum [vel
acutum] cuprinam pars auriculae, quae lata est, quasi in
circulo designatur adpremiturque ut rupta cute leviter

---

3 Col. VI 5, 3 cf. Pel. c. 21. 13 cf. Pel. c. 6. 17 Col. VI 5, 3. 4 cf. Veg. I 12, 2.

---

1 frigas *P* frangas *ed. pr. A* | sic *om. ed. pr.* | cum c. fervere aspergis *P* || 2 offolas *P* | inde dabis s. b. *P* | diebus *ed. pr. A* || 5 vulgarium testudinem *A* -ium -num *ed. pr.* | magis pr. *P* pr. posse *A* || 6 opinantur *ed. pr. A* || 7 tractaverunt *ed. pr. A* | murrae *om. ed. pr.* | c. fist. et turis ana misce ex eoque *P* || 10 bovi *A* || 11 et non aliter nisi a. curantur p. *P* || 12 nam — medicinae *om. P* || 14 herbae quoq. *et* vel *om. P* || 16 in sext. *ed. pr.* | cocl. misce et s. bubus *P* || 18 medicamen *P* | experimentaverunt *ed. pr. A* | radiculam — p. 287, 5 liberetur *om. P* || 19 cum siliginis *A* | tantundem *ed. pr. A corr. Gesn.* || 21 actum *A* || 22 vel acutum *secl. Schn.* || 23 signatur *ed. pr.* | acciprum itaque *A* adprematque *ed. pr. corr. Gesn.* atque premitur *Schn.*

sanguis exeat. Quod cum ex utraque parte feceris, me- 13
dium orbiculum perforas ad acum et in eodem foramine
inseres; quod ubi exierit, omnis pestilentiae virus per ip-
sum defluit vulnus, donec ille solus locus, qui designatus
est, putrescat et decidat atque ita animal liberetur. Visci 14
folia cum vino trita defunduntur in nares, atque ita sin-
gulis bobus sive universis gregibus, cum morbum incurre-
rint, subvenitur. Suffimenta quoque plurimum iuvant: 15
sulfur, bitumen, alium, origanum, semen coriandri aequa-
liter misce et vivis carbonibus insperge, et cooperta capita
boum supra vas, in quo suffimenta incenderis, diutissime
continebis, ut fumus os eorum, caput ac nares impleat,
atque ita ad cerebrum et interna salutare remedium pene-
tret. Sed et totum suffimentare percommodum est, ut ab 16
eodem morbi pernicies expellatur et cetera pestilentiae
contagio non coinquinet. Generalia igitur remedia adversus morbos generales contagiososque rettulimus; nunc adversus valetudines, quae singulis animalibus accidunt nec in alia transeunt, remedia subiungemus.

IV. De cruditate.

Cruditas plurimum nocet, cuius haec sunt signa: III 3 § 1—11 Gesn.
crebri ructus, cibi fastidium, sonitus ventris, intensiones nervorum, oculi hebetes. Propter quae nec bos ruminat

---

5 Col. VI 5, 5 (Celsus). 8 Veg. I 19, 3. 20 Col. VI 6.

---

3 inseres radiculam *Schn.* *qui* ubi exierit *del.* ‖ 5 usci *ed. pr.* ‖ 6 diffunduntur in n. et sic animal liberatur atq. ita *P* ‖ 7 et universo gregi succurritur. Fomenta *P* ‖ 9 allei, origani, seminis c. *P* | aequaliter — vivis *om. ed. pr. A* ‖ 10 asperge *P* | capita *om. ed. pr. A* cooperto capite bovis supra fumigium d. tene ubi fumus *P* ‖ 12 caput *P* capiat *ed. pr.* capit *A* ‖ 13 interiora *P* | salutari remedio *ed. pr. A* ‖ 14 totum animal suffumigare *P* ‖ 15 morbo *ed. pr. A* ‖ 16 contagione *A* contagione non inquiret *P* ‖ 18 incedunt *A* ‖ 19 conscribamus *P* subcumbimus *A*

22 intensiones *ed. pr. A* contractiones *P* ‖ 23 o. habentes *P*

neque lingua se detergit ut solet. Proderit aquae calidae
duos congios ut bibi possit digerere per fauces, post quos
statim brassicae XXX caules modice decoques et ex aceto
dabis, suspensumque animal ab alio cibo penitus abstinebis.
2 Alii cruditate laborantes clausos in bovili detinent nec
cibos praebent. Praeterea lentisci et oleastri cacuminum
pondera IV deterunt et cum libra mellis atque aquae
congio miscent, quae una nocte sub divo mittunt atque
ita faucibus digerunt. Deinde interposita hora macerati
infusique ervi lib. IV obiciunt, ab alio quoque cibo vel
3 potione prohibent. Nam si neglecta fuerit cruditas, ven-
tris inflatio intestinorumque subsequitur, exprimit gemitus
cibosque capere non sinit nec in loco consistere, decumbere
et volutari cogit, caudamque frequenter commovet. De
experimento medicina est, caudam iuxta clunes resticula
vel lino vehementer astringi vinique sextarium cum hemina
olei tepidum dare per fauces atque ita per MD passus
bovem currentem trahere: si dolor permanserit, ungulas
eius circumsecare et uncta manu per anum fimum extra-
4 here et rursus agere currentem. Si tardius proficit, tres
partes lauri diu conteruntur et cum duplici aquae calidae
dantur. Si ista non valent, myrtae silvestris foliorum II
lib. tunduntur in pila et duo sextarii aquae calidae mis-
centur ac per vas ligneum faucibus infunduntur; atque

1 linguam d. *ed. pr. A* lingua se det ei *P corr. Col.* | pr. itaque calide *P* pr. itaque ut duos c. *ed. pr. A* || 2 ubi bibi p. *ed. pr.* | quos *om. P* || 3 modicas *ed. pr. A P corr. Col.* | cum aceto *P* || 4 animal uno die ab *P* || 5 laborantem clausum *P* || 6 lent. ol. cimini pondo IV *P* || 8 dimittant *A* sub d. manent, ut digerant facilius *P* || 9 macerata infusaq. ervi IV lib. *ed. pr.* || 10 dant *P* || 11 prohibentur *ed. pr. A* || 12 gemunt, cibos non capiunt . . consistunt, saepe decubant et voluptantur *P* || 14 voluptari *A* volutare *ed. pr.* | commovent *A* frequentius movent *P* commovere *Morgagnius* || 15 medicorum *P* | crines *P* crunes *A* | rest. vel l. *om. P* || 17 tepidi *P* || 19 secare *ed. pr.* | et missa m. *P* || 20 si adhuc non profecerit folia l. *P* caprifici aridae *Col.* || 21 et cum limfa calida dentur *P* || 22 si laurus non adest *P* | mirrae *P* myrti *Col.* | folia tereantur *P* || 23 et duae ex calida aqua m. *ed. pr. A*

ita sub cauda quatuor digitis ab ano percussa vena sanguis emittitur. Qui cum satis effluxerit, papyro ligata cauda restringitur, post concitatus bos agitur usque dum anhelet. Ante detractionem tamen sanguinis adhibentur 5
ista remedia: III heminis vini IV unciae contriti alii permiscentur postque potionem cogitur currere, duae quoque unciae salis cum decem unciis ceparum atteruntur, mel quoque decoctum admiscetur; ex quo facta collyria longiora non parum valida immittunt in anum, ut ventrem resolvant: atque ita bos currere cogitur. Ventris quoque et 6
intestinorum dolor sedatur, si anseres natantes et maxime anates animal aspexerit. Nam anas mulos, etiam equinum genus conspectu sui celeriter sanat. Sed interdum nulla 7
medicina convenit sequiturque torminum vitium, quorum signum est, si cruentum mucosumque ventrem ediderit. Singulare remedium est cupressi bacae XV, gallae XV diligentissime tritae, quantum utraeque ponderantur tanti ponderis vetustissimus caseus, quibus pariter detritis admiscentur vini austeri sext. IV et in potu dantur ita, ut lentisci murtique et oleastri cacumina praebeantur. Si 8
venter coeperit fluere et viride egerere, corpus et vires

10 Col. VI 7.

5 contriti olei *ed. pr. A* tritici olei p. *G* ‖ 6 postque p. *ed. pr. A* et post hanc p. *P* post quam p. *Schn.* | cui salis unc. II ceparum tritarum unc. X melli cocto misce et in calida resolutae fiat per anum iniectio; quo facto bos c. c. *P* ‖ 11 vel maxime *P* ‖ 12 anas multum et e. g. *P* ‖ 13 sanat intuitus *P* | in illa m. *ed. pr.* ‖ 14 subvenit *P* | s. omnium v. *P ed. pr.* o. vicinum *A corr. Samb.* ‖ 15 signa sunt *P* | si exventum *ed. pr. A* | muscosumq. *A* mutosumq. *ed. pr.* | venter *P* ‖ 16 singularia remedia ℞ cupressi bacas et gauere (galle//// *M*) an. XV bene tritas et tantundem v. casei et cum vini a. sext. IV potionem da ita quod utatur pro cibo summitatibus mirrae et oleastri *P* | cupressinae XV verbenae XV gallae *ed. pr. A* cupressini XV coni totidemq. gallae *Col.* ‖ 17 et quantum *Morgagnius* | ponderantur pontanti p. *A* ‖ 20 lentisco mixtaque ol. cac. *ed. pr. A* nec desint lentisci myrtique et. ol. cac. viridis *Col.* ‖ 21 et videris egere *ed. pr.* et vide|re egere *A* vide egere *G* et viride quale manducavit *P qui deinde* corpus — p. 290, 3 acciderint *om.*

carpit operique inutilem reddit, quia ex cibariis ad me-
dullam bovis nil pervenit, quod sic viride per ventrem
9 proicit quam quod manducaverit. Quae cum acciderint,
prima die a cibo et potu abstinendum est ita ut nec se-
cunda die bibere permittatur; cacumina tamen oleastri et
cannae silvestris itemque bacae lentisci et murti dandae
sunt; nec post triduum etiam potestas bibendi nisi per-
10 parum concedenda est. Sunt qui ex foliis lauri teneris
lib. I abrotanum hortense pari portione deterunt cum
aquae calidae sext. II atque ita faucibus infundunt et
11 pabula quae superius praebent. Aliqui vero II lib. ex
vinaceis ad focum torrent et conterunt et cum sextario
vini austeri ad bibendum dant et commemorata saepius
cacumina obiciunt. Quodsi neque proluvies ventris erit
neque intestinorum dolor, recusat tamen cibos et prae-
gravato capite erit, lacrimae quoque oculis et pituita
naribus currit: usque ad ossa frons media uratur auresque
ferro discindantur, sed usturae igne factae ut sanescant
veteri urina bovis ipsius confricandae sunt; aures vero
scissae picula oleoque curantur.

V. De ranulis oris.

III 3 § 12 Gesn. Periculosum fastidium bobus ranulae faciunt, quae aperiendae sunt, et alio cum sale pariter trito ipsa

---

22 Col. VI 8.

---

1 carpit operique *Col.* capito plerumque *ed. pr. A* | medelam *ed. pr. A corr. Gesn.* || 2 et sic *Schn.* sic videris *ed. pr.* sic vide|re *A* sic vide *G* || 4 primo d. *P* | ita quod *ed. pr.* a. est ne secundo d. *P* || 6 c. silv. lentisci et mirrae *P* | mirtae *A* || 7 non pot. bibendi etiam post tr. *P* || 9 abrotani ortensis lib. I *P* | et cum aqua c. sext. II faucibus diffundunt et pabula superiora pr. *P* || 10 et p. quae *Schn.* p. que *ed. pr. A* || 11 alii v. ex yniantiis *P* vinantiis *M* || 12 et tritam cum *P* | sextariis II *Col.* || 13 austeris vini dant nec alium potum et cibos praedictos praebent quodsi ventre soluto et int. dolore cibos fastidiat, capite sit gravato, l. ab oculis et pruritu de n. fluat tunc usque ad os fr. *P* | cummerata *ed. pr.* || 18 sed ut ustura sanetur, urina bovis lavetur *P* | igneae *ed. pr.* || 21 *lemma habet P*

vulnera confricanda, ut omnis humor exeat provocatus. Melius creditur, si ad acutam cannam exseces ranulam; post vino os lavatur. Interposito unius horae spatio virides herbae vel frondes dantur. Tam diu autem sustentantur mollibus cibis, donec facta vulnera cicatrices ducant. Si neque ranula fuerit et non appetent cibum, alium tritum cum oleo naribus infundes.

VI. De febre boum.

Bos si febrire coeperit, quod ex venarum inquie- III 4 § 1—3 Gesn.
tudine et calore totius corporis vel oris intelliges, uno die a cibo est penitus abstinendus ita ut postero ieiuno eidem sub cauda exiguum sanguinem detrahas; atque interposita hora XXX parvos coliculos decoques et ex oleo ac liquamine per os digeres eamque escam per dies V ieiuno dabis. Praeterea cacumina lentisci vel olivarum vel tener- 2
rimam quamque frondem ac pampinos, si eodem tempore sunt, praebebis in cibo. Labra quoque eiusederges ad spongiam et aquam frigidam ter in die offeres ad bibendum, ita ut intra tectum bos febriens teneatur nec antequam sanatus est dimittatur in pastum. Febrientis autem 3
ista sunt signa: lacrimae profluunt, gravatur caput, oculi semiclausi sunt, labra salivis madida, longior et cum quodam impedimento tractus spiritus, frequenter et gemitus.

9 Col. VI 9.

1 defricanda *P* || 2 canna acuta *P* || 4 tamdiu donec vulnus cicatrizetur mollioribus reficiatur si vero r. non adest *P* || 7 et salis et herloancii nullum similiter naribus digeres *add. A om. ed. pr. P* vel sale et cunila defricare fauces vel eandem partem alio tuso et halecula linire *Col.*

10 una d. *ed. pr. A* || 12 ei desub *P* || 13 hora trigesima *A* | aculeos *ed. pr.* coculeos *A corr. Col.* XXX strignum ex o. ac l. coques et per os dabis *P* || 15 summitates *P* | lentium *ed. pr.* | tenerrimum quemque fr. *ed. pr. A* quamlibet tenerrimam fr. *P* || 18 spongia terges *P* || 19 infra *ed. pr. A* || 20 pastu *ed. pr. A* || 22 semicupi *P* | longus spiritus, frequens gemitus et tussis. non minus *P*

VII. Ad tussim boum.

III 4 § 4—6 Gesn. Tussis boum non minus diligenter sananda est quam equorum. Si recens fuerit, sextarius farinae hordeaceae cum uno ovo crudo et hemina passi per os datur ieiuno; gramen quoque concisum tunsumque admixta farina fabae fresae et pollinis lentis sine cortice cum sextariis II aquae calidae miscetur agitataque diligenter per os diffunditur.
2 Veterem tussim sanant II lib. hyssopi maceratae ex aquae sext. III, quod infusum teritur et cum duabus partibus farinae lentis miscetur et per os datur; super quod aqua hyssopi, in qua infusum decoctumque est, propinatur ad
3 cornu. Porri etiam sucus expressus cum oleo et ipsa fibra cum hordeacea farina remedium praestant. Radices quoque eius diligenter lotae et cum farre triticeo contusae ieiunoque datae discutiunt vetustissimam tussim. Idem praestat ervum sine valvulis cum ptisana hordei molitum et cum aqua tepida vel mulsa in fauces salivati more dimissum.

VIII. De apostema.

III 4 § 7. 8 Gesn. Suppuratio, quam apostema dicunt, melius ferro aperitur; post, cum expressum pus aut sanies fuerit,

---

2 Col. VI 10. 20 Col. VI 11.

---

1 *lemma sumpsi ex L.* de tossi boum *A* ‖ 2 sanandus est quam equus; quae si *P* ‖ 3 hordei *P* ‖ 5 gr. quoque tritum adm. *P* ‖ 6 frixae *ed. pr. A* fractae *P* | lentis sextario aquae c. *ed. pr. A. ut P etiam Col.* ‖ 10 lentis *om. ed. pr.* ‖ 11 in aqua decoctum (d. *om. A*) infusum decoctumque etiam pr. *ed. pr. A* ‖ 12 et cum o. et farina ordei mixtus datur *P* | ipsa fibra *Col.* ipsi febri *ed. pr. A* ‖ 16 horobus *P* | sine valvulis *Col.* sine pabulis *A* si in p. *ed. pr. P* ‖ 17 salivati more *Col.* salivat in ore *A* salivantiore *ed. pr. om. P*

19 *lemma praebent L ind. et P* ‖ 20 apusa *P* ‖ 21 aperitur quam medicamento; quo rupto sanies exprimatur et panniculis continens apusa urina b. c. lavetur et stuppa in pice l. vel oleo infusa curetur *P*

sinus ipse, qui eam continebat, urina bubulina calida lava-
tur et linamentis ac stuppis sive linteolis pice liquida et
oleo infusis curatur. Quodsi colligari ea pars, ubi est 2
ulcus, non potest, lamina candente sevum caprinum aut
bubulinum stillatur. Aliquanti cum vitiosam partem
inusserint, tunc urina veteri humana lavant atque ita
aequis ponderibus picem liquidam cum veteri axungia in-
coquunt et liniunt.

IX. De sanguinis clodicatione.

Sanguis cum ex aliqua necessitate ad pedes venerit III 4 § 9—12 Gesn.
boum claudicationem affert. Quod cum accidit, inspicito
ungulam, invenies eam ultra solitum calere, et vitiatam
partem premi vehementer bos non patitur. Sed si sanguis
adhuc supra ungulas in cruribus est, ad triduum triti
salis perfricatione discutitur; si cura haec non proderit,
scarificetur. Quodsi iam in ungues descenderit, cultello 2
leniter inter duos ungues aperies et mundabis deintus, et
postea stuppam sale atque aceto infusam applicabis ac
solea spartea pes calceatur maximeque datur opera, ut bos
in aquam non mittat pedem sed ut sicce stabuletur. Qui 3
sanguis nisi emissus fuerit, famicem creabit, qui suppu-

10 Col. VI 12.

2 ac] id est *A* ‖ 3 ligari *P* ‖ 4 lana c. *ed. pr.* ad lanam c. *A* sevum c. super lana candidum instilla *P* ‖ 5 quidam vero cum u. hominis lavant et cum pice l. et axungia v. aequaliter mixtis curant *P* ‖ 6 inunxerint *ed. pr. A corr. Col.*

9 *sic L ind.*, de sanguine qui pedes laedit *P* ‖ 11 bovi *P* ‖ 12 et locum laesum premi non sinit *P* ‖ 14 supra *AP Col.* super *ed. pr.* | ad tr. *om. P* ‖ 15 si cura — scarif. *P Col., om. ed. pr. A* ‖ 16 iam *P Col.* tantum *ed. pr. A* ‖ 17 aperies; postea stuppa sale et aceto infusa applicetur et superpone soleam aliquam, ne aqua laedatur, et provide ut stabulum siccum sit *P* ‖ 18 appl. ad solum sparta opere calceatur *ed. pr.* ad s. sporte apperiri c. *A; corr. Col.* ‖ 19 maxime quae datur operantibus et in aquam non m. p. *ed. pr. A corr. Col.* | ut sicca est ambulet *A* ubi siccum est ambulet *ed. pr. corr. Col.* ‖ 21 famicem *A* ramicem *P* saniem *ed. pr.* | quod *A* quo suppuratio etiam c. *ed. pr.* | suspiratus *A*

ratus tarde curabitur. Nam primo ferro circumcisus expurgatur ad vivum: deinde pannis aceto, sale et oleo calentibus impletur, mox axungia veteri et sevo hircino pari pondere, ferro candenti stillantibus guttis, curatur et
4 sic perducitur ad sanitatem. Si sanguis in interiore parte ungulae est nec aperturam facit et tamen claudicat animal, extrema pars ipsius ungulae ad vivum resecetur, et ita emittitur, ac stuppa vel linteolis cum sale oleo acetoque infusis pes involutus spartea munitur. Mediam vero ungulam ab inferiore parte non expedit aperire, nisi in eo loco ubi suppuratio facta est. Si claudicat ex dolore nervorum, oleo et sale genua poplitesque et crura confricanda sunt donec sanetur.

X. *Ad tumorem genuum.*

III 4 § 13—15 Gesn. Si genua intumuerint, fovenda sunt calidissimo aceto, aut lini semen aut milium detritum infusumque aqua mulsa imponendum est; spongiae quoque ferventi aqua infusae et expressae, conspersae postmodum melle
2 genibus circumdantur ac fasciolis alligantur. Quodsi humor cum tumore est, fermentum vel farina hordeacea ex passo aut aqua mulsa incocta imponitur, et cum matu-

---

1 nam *incipit L cf. p. 271, 17* || 3 madentibus *P* aceto et o. et sale madefactis *ed. pr. A* || 4 guttis *et* sic *L om. vulg.* stillantibusque *A* || 5 in *om. L* || 6 tamen *LA* tantum *ed. pr. P* || 7 extrema ipsius . . . resecantur *ed. pr.* || 8 emittitur *AP* remittitur *ed. pr.* admittitur *L* || 9 spartia *L* parta *ed. pr.* sparta *A om. P* || 10 aperiri *ed. pr. P* | n. eo loco in quo *ed. pr. A* || 11 si cl.] *lemma* si dolor fuerit nervorum *A* ad claudicationem *P: caput X hinc incipit Schn.* || 13 donec — 15 fov. sunt *L om. vulg.*

15 calido *ed. pr. AP* || 16 lini semen — infusum *et ante* cal. ac. *et suo loco habet L* | aut linum detritum *L* || 17 que *om. L* | et spongia . . . alligatur *ed. pr.* || 18 conspersaque *ed. pr.* -aeque *A* | medullae *L* || 19 fasciis *ed. pr. A* || 20 vel *ed. pr. A Col.* cum *L* || 21 imponitur et *om. L*

raverit suppuratio, rescindetur ferro emissaque sanie, ut
supra docuimus, percuratur. Potest etiam radix lilii vel 3
scilla cum sale vel herba sanguinalis, quam polygonon
Graeci appellant, vel marrubium ferro aperta sanare.
Omnis autem corporis dolor, si sine vulnere est, recens
fomentis melius discutitur; vetus autem uritur et supra
vulnus butyrum vel caprina stillatur axungia.

XI. Ad scabiem.

Scabies sanatur trito alio defricata: eodemque III 4 § 16 Gesn.
remedio rabiosi quoque canis morsus sanatur, vel lupi
dentis vulnus illatum. Vetus quoque salsamentum utram-
que plagam curare perhibetur. Ad scabiem autem prae- 2
sentior ista medicina est: cunila bubula sulfurque conteri-
tur admixtaque amurca cum oleo atque aceto decoquitur
et cum tepescere coeperit, alumen scissum tritum sparge-
tur: quod medicamentum candente sole illinitum maxime
prodest. Ulceribus gallarum tritarum pulvis aspergitur;
sucus quoque marrubii cum fuligine sanat impositus.

---

9 Col. VI 13.

---

1 rescindetur *L Col.* scinditur *vulg.* — *§ 1. 2 sic in P:* confr. sunt et aceto calido et lini semine aut m. contusum et coctum in a. mulsa et impositum perducit ad maturitatem: quo facto scindatur ferro et sanies emittatur et curetur ut s. d. ‖ 2 et post *L* potum *P* ‖ 3 squilla *ed. pr. A* savilla *P* scyllae *L* | sanguinali *LP* | polygonium *L* -iam *P* palaganon *ed. pr. A* (pel.) ‖ 4 marrubio *P* | sanari *L* ‖ 6 melius *LP* mellinis *ed. pr.* ‖ 7 vel b. vel c. instillatur a. *ed. pr. A*

8 *lemma in LAP* ‖ 9 scavies anatis *ed. pr.* scabie sanatus *A* | trita oleo *ed. pr. A* oleo *etiam L* ‖ 10 quoque *om. ed. pr. A* | morbus *ed. pr.* L^2 | lupi dentes v. i. *L* lupini v. i. *ed. pr. A.* — *§ 1 sic in P:* scabiosa trita cum oleo utramq. plagam c. p. ‖ 12 autem *L* quoque *cett.* | praesens m. est *P* ‖ 13 concula *L* sauda *P* si cumulam bubulam *ed. pr. A* ‖ 14 admixta aqua a. *L* admixtaq. myrrha *ed. pr. AP* ‖ 15 tepere *P* | spissum *L om. P* | inspergitur *ed. pr. A* aspergatur *P* ‖ 16 candentis olei *L ed. pr. A* quo ungatur ad solem fortiter *P* | maxime *om. ed. pr. A* ‖ 17 vulneribus *L* | inspergitur *ed. pr. A* maxime prodest ulceribus g. tr. p. et sucus m. cum f. *P*

XII. De pelle adhaerente.

III 4 § 17—19 Gesn. Infesta pestis est bubulo pecori, quam coriaginem rustici vocant, cum pellis ita dorso adhaeret, ut apprehensa manibus deduci non possit a costis: quae res non aliter accidit quam si bos aut a languore aliquo ad maciem perductus est aut sudans in opere faciendo refrixit aut si lassus sub onere vehementer infusus pluvia est.
2 Quae quoniam perniciosa sunt, custodire debemus, ut, cum ab opere redierint boves adhuc aestuantes anhelantesque, vino aspergantur et offulae panis infusae faucibus eorum inserantur. Quodsi praedictum vitium inhaeserit, expedit decoquere laurum et e calida cum oleo et vino spinam dorsumque animalis perfricare contra pilum ac per omnes partes apprehendere et trahere pellem et velut a costis
3 separare. Quod aut in loco calidissimo faciendum est aut sub divo sole fervente. Aliquanti faeces vini et axungiae commiscent eoque medicamento tepido post fomentum praedictum utuntur.

---

1 *lemma in P.* de peste bubuli *A* || 2 bubalum *ed. pr.* | maginium *ed. pr. A* ageneum *L corr. Gesn.* || 3 cum pellis *om. L* | haeret *ed. pr. A* | ut ad praesens m. *L* | pessima pestis est bubulo pecorique cum pestis appr. m. adhaeret costis, ut d. n. p. *P* || 4 quae res] erint *L* || 5 aut a *L* aut ex *P* ex *ed. pr. A* || 6 deductus *ed. pr. A* | in corpore faciente *ed. pr. A* | refrixerit *L* refriguit *ed. pr.* refrigeretur *P* aut — refr. *om. G* || 7 ita aut si lassus *L* aut si lapsus *ed. pr. AP* | sub vomere *L* | in pluvia *ed. pr. A* a pl. *P* || 8 quae quandoque *ed. pr. A* | ut] et *L* || 9 stantes L || 10 offula p. infusa *ed. pr. A* | o. adipis *Col.* || 11 inferatur *ed. pr. A* || 12 et cum c. et o. *ed. pr. AP* || 13 confricare *ed. pr. A* frica *P* | hac *L* || 14 partes *om. L* | et tr. *om. ed. pr. A* per o. partem attrahe pellem quasi separando *P* || 15 in *om. L* || 16 aliquanti — 18 utuntur *om. P* | fecis vini et axungia commiscens *L* fraces *Col.* || 17 post fumento praedicto utile *L*

XIII. *De pthisi.*

Est etiam gravis pernicies, cum pulmones exulce- III 4 § 20 Gesn. rantur; unde tussis et macies, ad ultimum vero pthisis invadit, quae mortem afferant. Radix consiliginis sicut supra docuimus perforatae auriculae inseritur et suci porri hemina pari mensurae olei miscetur, et bibenda sunt cum vini sextario per dies plurimos.

XIV. *De tumore palati.*

Nonnunquam et tumor palati ciborum fastidium III 4 § 21. 22 Gesn. facit crebrumque suspirium. Prodest palatum ferro aperire ut profluat sanguis, cui ervum sine corio maceratum ad manducandum dabis viridemque frondem vel quodlibet molle pabulum dum sanetur. Si in operibus contuderit 2 collum, praestantissimum remedium est sanguis de aure emissus, aut si factum in tempore non fuerit, herba, quae vocatur avia, cum sale trita et imposita.

---

2 Col. VI 14.

---

1 de tisico *A* || 2 Et cum gr. p. ut cum *ed. pr. A* (et etiam gr.) || 3 inde tussiet macies ad u. tussis i. *L* ex quo tussis macies et ultimo p. conveniunt *P* || 4 in mortem a. *L* ne m. a. *Schn.* | sicut — 5 et *om. ed. pr. A* || 6 porri suco semunc. I pari mensura o. miscentur et bibendum cum *L* sucus porri omnium (*om. A*) heminam per mensuram o. m. et bibendi sunt cum *ed. pr. A* cui suci p. et olei an. eminam I cum vini sextario . . detur *P*

8 *lemma in LA* || 9 n. nimio in palato cib. *P* || 10 prodidit *L* prodit *A* || 12 quodl. aliud m. *ed. pr. AM* || 13 *§ 2 om. P.* ad contusuram cervicis *lemma in L* || 13 in opere bos *Morgagnius* || 14 ab aure *ed. pr. A* || 15 at (aut *A*) si id totum in tempore, quae v. *ed. pr. A* || 16 abia *L* aviaticum s. tritum et imposito *A* amati amaticum s. tantum et imposito *ed. pr.* | et imp. *om. L*

XV. Ad deiectionem cervicis.

III 4 § 23—27 Gesn. Si cervix mota et deiecta est, considerabimus in quam partem declinet, et ex diversa parte sanguinem detrahimus ex ea vena, quae in aure videtur amplissima: quae sarmento primo verberanda est, ut cum intumuerit ferro aperiatur, effusoque sanguine postero die iterum ex eo loco emittitur cruor et biduo vacatio operis datur.
2 Tertio vero die levis iniungitur labor et paulatim ad operis consuetudinem revocatur. Quodsi cervix in neutram partem deiecta est mediaque intumuit, ex utraque auricula sanguis emittitur. Qui si intra triduum, quam bos vitium ceperit, emissus non est, intumescit collum nervique ten-
3 duntur et ita nata durities iugum non patitur. Tali vitio comperimus aptum esse medicamentum: ex pice liquida et bubula medulla et hircino sevo et vetere axungia, olei quoque veteris aequis ponderibus compositum concoquitur et sic utendum est: cum bos ab opere disiungitur in ea piscina, ex qua bibit, tumens cervix lavatur confricaturque
4 diligenter praedicto medicamento detersaque linietur. Si ex toto propter tumorem cervicis iugum recusat, paucis diebus requies ab opere danda est, et cervix aqua frigida diluenda et spuma argenti linienda est. Celsus

---

2 mota *ed. pr. AP Col.* vitiata *L* || 3 partem *om. ed. pr. A* in qua parte *L* || 4 ex uinaque in aurem curret a. *L* || 5 sarcocata *ed. pr.* sarcocuto *A* | prius *ed. pr. AP* | ut *L* et *vulg.* || 6 postero die *ed. pr. A Col.* postremo die *P* post triduum *L* | iterum *L Col. om. vulg.* || 7 et b. cesset ab opere *P* || 8 triduo deinde *L* || 11 inter *ed. pr.* | quam *L* quando *P* quod *ed. pr. A* || 12 ceperit *om. L* || 13 et ita nata *ed. pr. A* indignata *L* tamen innata *P* || 15 oleo q. veteri *ed. pr. AP* || 16 compositum *LAP* (c. et coctum) impositum *ed. pr.* composito *G* | incoquitur *A* || 17 et sic *L* quo *ed. pr.* quod *A* quo sic uteris *P* | et in piscina in quolibet tumore c. l. *ed. pr.* in ea p. in qualibet tumores c. l. *A* in p. in qua bibet c. l. *P* || 18 tamen fricaturq. *L* || 19 deteres auehetur *L* tersa liniatur *P* detersaque diluitur *ed. pr.* || 20 propter t. iugum cervix respuit *L qui* paucis d. — 21 cervix *om.* || 21 cum aqua *ed. pr. A* || 22 lavanda *ed. pr. AP*

quidem tumenti cervici herbam quae vocatur avia, ut supra dixi, contundi et imponi iubet. Clavorum qui cervicem infestant minor molestia est, nam facile sanantur per ardentem lucernam oleo instillato. Melius tamen est 5
custodire ne nascantur neve etiam colla calvescant; quae non aliter glabra fiunt, nisi cum sudore aut pluvia cervix madefacta est in opere. Quodsi acciderit, pulvere latericio trito, priusquam disiungatur, bovis colla conspergi oportet et cum exsiccati fuerint, exinde oleo infundi.

XVI. *Si a vomere laedatur.*

Si talum aut ungulam vomer laeserit, picem duram III 4 § 28 Gesn.
et axungiam cum sulfure et lana sucida involvito et candente ferro supra vulnus imponito et ure: quod remedium optime faciet, si clavum calcaverit aut acuta testa vel lapide ungulam pertunderit. Quae tamen si altius vulnerata est, latius ferro circumciditur et ita inuritur, ut supra dixi. Deinde spartea calceata per triduum aceto suffuso curatur. Quodsi vomer crus vulneraverit, lactuca 2

11 Col. VI 15.

1 iumenti *ed. pr.* | abia *L* ama *ed. pr.* avenam *P qui* ut s. d. *om.* ‖ 2 de glabulis *lemma in L* | cl. quidem cerv. *L* Quae cerv. *ed. pr. A* clavorum — 9 infundi *om. P* ‖ 3 minor est cura *ed. pr. A* ‖ 4 per — 5 etiam *om. L* ‖ 5 neve *Col.* venae *ed. pr. A* | calliscant *L* calviscant *A* ‖ 6 cum *om. LA* ‖ 7 in opere defricata est *L qui deinde pergit:* quod cum trito usque dum deiungatur bovis colla conspergit oportet et tum cum adsiccaverit, subinde oleo infundit. — deiungatur *etiam ed. pr. A* ‖ 9 subinde *Col.* iterum inf. *ed. pr. A*

10 *lemma in L, A* (de laeso talo) ‖ 11 picis durae et axungia cum s. et unam s. involvetur *L* ‖ 12 involuto *et* imposito *A* | 13 cum f. c. super v. instilla et ure *P* imponito et ungito *ed. pr. A,* et u. *om. L* ‖ 14 optimum facit *ed. pr. A* q. r. facies *P* ‖ 15 ungula pertunditur *ed. pr. A* acutam t. vel lapidem ungulamq. p. *L* si clavo vel lapide u. percussa fuerit *P* ‖ 16 et *om. ed. pr. A* | ut s. dixerint eum optimum facit *L* ut dixi *P* ut s. praecepi *ed. pr. A* ‖ 17 ex parte c. *ed. pr. A* spartia c. *L* ‖ 18 suffusa *L* deinde aceto p. tr. diffuso iuvatur *P* | clu . . vulneraverit *cum lacuna P* crus *om. ed. pr. A* | intraverit *A*

marina, quam Graeci tithymallum vocant, admixto sale imponitur.

XVII. De pedibus attritis.

III 4 § 29 Gesn. Subtriti etiam pedes eluuntur calefacta bubula urina. Deinde favillam sarmentorum ferventem calcare compellitur et pice liquida cum oleo vel axungia cornua eius unguntur. Minus tamen claudicant, si ab opere disiunctis frigida pedes laventur et suffragines coronaeque ac fissura ipsius ungulae veteri axungia defricentur.

XVIII. De armis laesis.

III 4 § 30 Gesn. Frequenter etiam vel ab asperitate itineris vel in proscindendo duritiam soli aut obviis radicibus obluctando convellit armos. Quod cum acciderit, ex prioribus cruribus sanguis emittitur; si dextrum armum laeserit, ex sinistro, si sinistrum ex dextro. Si vehementius utrumque vitiaverit, etiam in posterioribus cruribus venae solvuntur.

---

11 Col. VI 16.

---

1 quod Gr. temalum v. *L* quae Graece d . . . . timallos *cum lacuna P* cyniolam *ed. pr.* cimalam *A cf. corp. gloss. III p. 577, 54.*
3 *lemma in L, A* (si sola pes boum doluerit) ‖ 4 calefactam bubũ laurinam *L* ‖ 5 favilla s. fervente *ed. pr. A* ‖ 6 picem l. — superpone *P* ‖ 8 disiuncti fr. aqua pedes l. *L* | coronaeque adfixura ungulae *L* moneque ac f. *M* morique et fissura *P* scissura *vulg.* ‖ 9 defricatur *L*. — *c. XVIII ss. om. P qui addit:* rabiosis equis et canibus da bibere rasuram de yliemia (ylienua *M*) et sanantur. deo gracias.
10 *nullum lemma in A ed. pr.* ‖ 11 vel ab *om. L* | in pr. solo *L* in pr. duritiam (-a *A*) soli *ed. pr. A* in pr. duritiae soli *Schn.* ‖ 12 aut *om. L* | obluctando *L* obvolutatus *ed. pr. A* ‖ 14 dextram *ed. pr.* | armum l. *et* si sin. ex d. *om. ed. pr. A* ‖ 15 et si *ed. pr. A* | utramq. *ed. pr.* ‖ 16 posterioribus *L Col.* anterioribus *ed. pr. A*

XIX. De praefractis cornibus.

Praefractis vero cornibus linteola sale atque aceto et oleo inlita superponuntur, ligatis per triduum eadem infunduntur. Quarto die axungia cum pice arida et cortice pini pari pondere contusa diligenter apponitur, et ad ultimum cum iam cicatricem ducunt fuligo infricatur. III 4 § 31 Gesn.

XX. Ad vermes.

Solent autem neglecta ulcera vermes creare, qui si mane ex aqua frigida perfunduntur, rigore eius contracti decidunt; vel si haec ratio nihil profecerit, marrubium aut porrum conteritur et mixto sale imponitur; vel calcis vivae pulvis spargitur, aut cucurbitae viridis sucus cum aceto immittitur. III 4 § 32 Gesn.

2 Ideoque universis ulceribus picem liquidam, oleum vetus cum axungia oportet adhiberi et extra vulnera etiam eodem medicamento circumliniri, ne infestentur a muscis, quae vermes creent cum vulneribus insederint.

XXI. De morsibus serpentum.

Serpentis quoque ictus mortiferus est bobus; sed et minorum animalium noxium virus. Nam viperae III 4 § 33—38 Gesn.

19 Col. VI 17.

1 *lemma in L* ‖ 2 praefr. *L Col.* perf. *vulg.* ‖ 3 inlita superp *L* imbuta ponuntur *ed. pr. A* | legatis *L* superligatisq. *ed. pr. A* ‖ 4 quarta die tantum *ed. pr. A* tandem *ci. Gesn.* quarto demum *Col.* | p. liquida *Col.* | cortice inpari p. *L* ‖ 5 cont. dil. *om. ed. pr. A* | imponitur *ed. pr. A* ‖ 6 producunt *ed. pr. A* | fuligo *L Col.* subito *ed. pr. A*

7 de verme vulnerum *A* ‖ 8 quae *vulg.* ‖ 9 contracti *ed. pr. Col.* contacti *LA* ‖ 10 profuerit *L* ‖ 11 et m. *L* adm. *ed. pr. A* ‖ 12 inspergitur *et* mittitur *ed. pr. A* ‖ 14 et axungiam *ed. pr. A* ‖ 15 e. v. tantum eod. medicamentum circumlinire *L* ‖ 16 quae *L* vel *ed. pr. A* ‖ 17 insederint *A* inciderint *ed. pr.* insidunt. finis de curis boum *L fol. 66ᵛ, deinde III lineae scriptura carent, in imo margine sin. scriptum:* in oφin (*i.* synopsin) de morsibus serpentum c. 1, *pergit fol. 67ʳ:* Mortiferus ictus sed in m. a. mors ut virus

20 vipera et celicia *ed. pr. A* (cicilia)

et caeciliae saepe cum in pascuis bos improvide supercubuit stimulatae onere morsus infigunt. Araneus quoque, quem Graeci mygalen appellant, parvus quidem corpore non tamen parvam solet inferre perniciem. Verum viperae venenum depellit supra tumorem, qui inflatur ex ictu, scarificatio ferro facta, ita ut herba, quam personaciam
2 vocant, imponatur trita cum sale; cuius efficacior creditur radix si contusa ponatur vel siler montanum reperiatur, trifolium quod confragosis locis efficacissimum nascitur, odoris gravis, bitumini similis, propter quod a Graecis asfaltion appellatur, nostri autem propter figuram acutum trifolium vocant, nam longis et hirsutis foliis viret caulem-
3 que robustiorem facit quam pratense. Huius herbae sucus cum vino faucibus infundatur atque ipsa folia cum sale trita imponantur in plaga. Quodsi viride minime inveniatur, semina eius collecta et trita dantur potanda cum vino, radicesque eius cum suo caule tritae addita hordeacea farina et sale cum aqua mulsa scarificationi superponuntur.
4 Est etiam praesens remedium, si fraxini cacumina tenera conteras V lib. cum totidem sext. vini et IV lib. olei expressumque sucum faucibus infundas itemque cacumina eiusdem arboris cum sale trita laesis partibus superimponas.

---

1 saepe *om. ed. pr. A* si pecum *L* | supercumbit *ed. pr. A* || 2 stimulo *ed. pr.* stimulare *A* stimulatae honore *L* | imprimunt *ed. pr. A* || 3 migaltem *ed. pr.* migalem *A* quem — appellant *om. L cf. corp. gloss. II p. 131, 52* | parvi q. corporis *ed. pr.* || 4 tamen *om. ed. pr. A* | virum[s] v. [v]amuenam *L* || 5 super humorem *L* | ex ictu *ed. pr. A* exeptus *L* || 6 personatiam *ed. pr. A* -ciam *L* || 7 cuius eff. *om. ed. pr. A* || 8 conatur *ed. pr.* | vel si in mont. *L* || 9 et trifolium Symonianum *ed. pr.* et trif. *A* | quod *om. LA* (cum frago si l.) | fragosis *ed. pr.* || 10 et bituminis s. *L* | agrestis aspalton *A* a Graecum aspaltum *L* asphalton *ed. pr.* cf. *thes. gloss. em. v.* trifolium || 12 virum *L* | yrcosis *A* || 13 robustiores *L* | quam pratense *om. LA* || 15 plagam *ed. pr. A* | viridem m. reperiunt *ed. pr. A* || 16 summa *L* | ad potandum *ed. pr. A* || 17 radices quoque eius cum suco caulis *ed. pr. A* || 18 scarifationes obponuntur *L* || 19 fraxi *L* || 20 II sext. olei *Col.* conteras cum sextariis vini quatuor vel olei *ed. pr.* conteras vel totidem sext. *etc. A* || 22 naribus superponas *ed. pr. A*

Caeciliae vero morsus tumorem suppurationemque generat idemque facit muris aranei. Sed caeciliae ictus sanatur, si acu aenea laesum locum compungas et creta cimolia ex aceto linias; muris vero pernicies sanatur, si animal 5
ipsum oleo mersum neces et plagam dentium ex eodem confrices. Quod si non fuerit, contritum cuminum cum picula et axungia, cum similitudinem malagmatis coquendo leniter habere coeperit, impositum plagae perniciem sanat. Quodsi, antequam tumor discutiatur, suppuratio fuerit 6
generata, optimum est ignea lamina vel cauterio collectionem aperire et quidquid vitiosum est inurere atque ita liquida pice cum oleo linire. Nonnulli vivum murem araneum creta figulari circumdant et ad collum boum suspendunt morsusque ipsius bestiae submovent.

XXII. Ad oculorum vitia.

Oculorum vitia plurima melle sanantur. Nam si III 4 § 39. 40 Gesn.
intumuerint, aqua mulsa triticea farina conspergitur et imponitur; si vero album in oculo est, salis fossilis Hispani vel hammoniaci vel qualiscumque melle permixti vitium extenuat. Idem praestat sepiae testa trita et per fistulam ter die oculo insufflata. Prodest etiam radix, quam Graeci silfion vocant, nostri autem lasaris radicem appellant;

---

1 celiciae enim *ed. pr. A* | suppuratumq. *ed. pr. A* || 2 idem facet mures a. *L* | morsus s. *ed. pr. A* || 3 acuine. alesum *L* a. aerea locum l. *ed. pr. A* | cretam mollem *L* || 4 oblinis *ed. pr. A* | sanatur *om. ed. pr. A* || 7 ut s. malagmae habeat *ed. pr. A* || 8 p. submovet *ed. pr. A* || 10 optimo est candenti l. *L* || 11 et *om. ed. pr. A* | atque it aliquid a. pice cum o. *L* atq. i. cum l. p. et o. *ed. pr. A* || 12 illinire *ed. pr. A* | quidam *ed. pr. A* | vitium *L* || 13 et colla b. *ed. pr. A* || 14 morsus pestis ipsius s. *L*
15 *lemma in LA* || 16 o. v. pl. *om. L* | in illis s. *ed. pr. A* | sive i. *ed. pr. A* || 18 sive a. *ed. pr. A* | s. pusillis pani *L* || 19 armeniaci *ed. pr.* armoniaci *A* || 19 vel cum m. permixti *ed. pr. A* || 20 extenuant *vulg.* | item praestant *L* | tritae *ed. pr. A* | trita per f. terti o. insufflari *L* | insufflari *etiam A* | ter in die *ed. pr. A* || 22 silfonium *L* fulfion *A* | laserpitium *ed. pr. A cf. gloss. v.* lasaris radix | appellant *L* vocant *A om. ed. pr.*

2 cuius quantum volueris ponderis cum decima parte salis hammoniaci deteres et per fistulam oculo insufflas. Quae radix tunsa et cum oleo lentiscino inuncta vitium expurgat.

XXIII. Contra lacrimas.

III 4 § 41 Gesn. Si genae humorem profundunt lacrimisque visus obtunditur, quam epiforam vocant, polenta ex hordeo mulsa aqua conspergitur, quae super genas et supercilia
2 imposita reprimit humorem. Pastinacae quoque agrestis semen et sucus herbae, quam armoraciam vocant, cum melle tritus oculorum sedat dolores. Memineris vero, quotiens mel aliosve sucos remediis adhibes, ut prius pice liquida cum oleo circumlinas oculos, ne muscis apibus vel vespis infestentur, quas dulcedo mellis invitat.

XXIV. Ad sanguisugam.

III 4 § 42. 43 Gesn. Plerumque hirudo, id est sanguisuga, si cum potu hausta fuerit et faucibus adhaeret, sanguinem detrahet et incremento suo includet, aut si cum cibis devorata fuerit: oleo tangere oportet et auferes. Sed si interius fit, ut manu detrahi non possit, cannam vel fistulam per-

---

15 Col. VI 18.

---

1 cuius *L* huiusmodi *ed. pr. A* ‖ 2 deteres et per f. *L* et cum (tritum *ci. Gesn*) f. *ed. pr. A* ‖ 3 l. iuncta *L* lentisci mixta *ed. pr. A*

4 *lemma in P* ‖ 5 si genere pr. *L* ‖ 6 obt. *L* confunditur *ed. pr.* contunditur *A* | ex hordeo *del. Schn.* ‖ 7 mulsae aquae *ed. pr. A* et mulsa aqua *L* | conspergique s. genu *A* conspersa s. *ed. pr.* ‖ 9 semen et s. h. *om. ed. pr. A* | armoneaceam *ed. pr.* armoriaciam *A* armoracium *L* | cum *om. L* | 10 trita *ed. pr. A* ‖ 11 remedio *ed. pr. A* ‖ 12 circumlinias *ed. pr. A* | a m. apibusve *ed. pr. A* ‖ 13 inustat *A*

14 *lemma in L* ‖ 15 ss. *corr. ex L* (detrahendo *et* includetur). — transitum cibis praecludit *Col.* plurimumque hirudo i. e. s. cum foris (pura *A*) iuxta fauces (faucibus *A*) haeret sanguinem trahit, eam a iumento (etiam incremento *A*) digitis oportet aufferri *ed. pr. A*

foratam inserito faucibus ac per eam calidum oleum in-
fundes. Nam eo contactu statim bestiolae importunitas
decidet. Odor quoque cimicis, super carbones impositi si 2
fuerint, ubi sanguisugam afflaverit, revellit a vulnere.
Quodsi stomachum vel intestinum tenuerit, calido aceto
per cornu infuso necatur, muria quoque salsa vel lotio
humano perfusa mox decidet.

XXV. Descriptio machinae.

Machinae quoque describenda est fabrica, qua con- III 4 § 44—46 Gesn.
clusa cuiusvis generis iumenta bovesque curantur, ut
et tutus ad pecudem medenti accessus sit nec luctando
quadrupes aut membra convexet aut remedia respuat.
Roboreis assibus constringetur solum, quod in longitu-
dinem IX pedes debet habere, in latitudinem pars prior
duo semis pedes, pars vero quae ad posteriora animalium
pertinet IV pedes. Huius latera de tigillis texuntur ita 2
ut velut in caveam ductum animal non possit exire, sed
a parte posteriore paulo latiorem, a priore constrictiorem
machinam compingi oportet. Cui transversum tigillum ad 3
modum iugi configendum est, ad quod equorum capita
vel boum cornua religentur. Nam reliquum corpus ad

9 Col. VI 19.

2 contactus *L* | statim *om. ed. pr. A* ‖ 3 recedit *ed. pr. A* | cimini *ed. pr. A* | si f. *om. ed. pr. A* ‖ 4 evellet *ed. pr. A* ‖ 5 tenuerit *om. L* ‖ 6 muria *e. q. s om. ed. pr. A*

8 *lemma in L* ‖ 9 machina *ed. pr. L* ‖ 10 ut et tusam pecudem medendi *L* medendum *ed pr. A* ‖ 11 luctandum quadrupedes *L* ‖ 12 conuxet *ed. pr.* connexet *A* coniuxet *L* | respuet *L* et sic r. despuet *ed. pr. A* ‖ 13 roboreas asses constringis *ed. pr. A* compingitur *Col.* | solium *vulg.* ‖ 14 altitudinem *vulg. corr. Col.* | posterior *vulg.* ‖ 15 duos semipedem *ed. pr.* duoe semipedes *A* | priora *vulg. corr. Col.* ‖ 16 tegillis *L* huius l. d. t. *om. ed. pr. A* ‖ 17 velut in cavea intactum a. *L* velum in caudam ductum non *ed. pr. A* ‖ 18 paululum *ed. pr. A* | latiore *L* | strictiorem *ed. pr. A* ‖ 19 compungi *A* | trabersum *L* | trigillum *ed. pr.* ‖ 20 confirmandum *ed. pr. A* | ad quorum c. *L* ‖ 21 religantur *ed. pr. A*

temones fictos vel funibus alligetur, ut immotum praestetur ad medentis arbitrium. Quae machina omnium maiorum animalium medelis solet esse communis.

XXVI. Contra sanguinis fluxum.

Iumentis ad fluxum sanguinis, si de naribus effluat, scribis in charta pura et licio collo suspendis: Focus alget, aqua sitit, cibaria esurit, mula parit; tasca masca venas omnes.

XXVII. Ad luxaturam.

Item aliud remedium ad luxaturam. Incantabis sic: Betat relta, acum sinapi non sapit nec frictim.

XXVIII. Ad lumbricos, cossos et tineas.

Semen coriandri emin., sicale sext. excoques; et ipsam aquam fundis, coriandrum teris diligenter et ambas species misces et aceti acri emin. Haec omnia rursum agitas et ita animalibus ad cornum per triduum dabis.

---

6 cf. Garg. Mart. c. 14. 13 Veg. I 45, III 10.

---

1 fictos *L* socios *ed. pr. A* | vel *fort. del.* | immotum *L Col.* iuvamentum *vulg.* || 2 sane machina *A* | ad o. m. a. medelam *ed. pr.* o. m. a. medela *A* || 3 *sequitur lib. II c. 66 in ed. pr. A, lib. II c. 65 in F Ven. cf. p. XXI.*

4 *c. 26—28 solus habet L. ed. primus Schneider p. 167 not.*

11 frictim *non nimis certum* || 12 coscos *L* || 13 capparis Siculae? || 14 coriandrium *L* | speciem *L*. — *nulla subscriptione sequitur statim* curae boum ex corpore Gargilii Martialis.

CVRAE BOVM EX CORPORE GARGILI MARTIALIS.

Ad boum morbum salem tritum per cornu cum
vino in potionem dabis. Boves morbus ne noceat, dato
tres micas salis, terna lauri folia et totidem porri sectivi,
ulpici et alii ternas spicas, turis grandis grana terna,
herbae Sabinae herbas ternas, rutae cauliculos ternos,
sambuci ...., carbones ternos. Haec omnia sub divo caeli 2
per triduum ex eadem potione dato, adiecto scilicet vino.
Quod ita partieris, ut aequas potiones per triduum acci-
piat. Sane is, qui dabit, sublime stet et vaso ligneo in-
fundat in os, deiciat in gutture. Boves si aegrotare coepe- 3
rint, dato continuo ovum gallinacium, quod crudum integro
facito ut devoret: postero die caput ulpici alii .... Bos
si aegrotat, cotidie ei dato unam heminam vini et exerce
bene vivere medium. Si aegrotat, herbam centauream
contritam ex vino infunde per cornum. Bos si aegrotat, 4
muriam salsamenti optimam et malum terrae, aquae sext.,
aceti, sil, rutam conterito et labris perfricato; vel radicem
herbae personaciae conterito et primo die dato unc. I

---

4 Cato agr. 70. 12 Cato agr. 71. Col. VI 4, 2.

Solus habet L cf. p. XII ‖ 4 morbos *L* ‖ 5 sumxtas salis *L, corr. ex Catone* ‖ 6 et ulp. *L* ‖ 7 erbas *L* plantas *Cato* ‖ 8 sambuci *non est apud Catonem. lac. significavi* | sub dio *L* ‖ 9 potionem *L* ‖ 13 integrum *et* devorent *Schoettgenus* ‖ 14 *lacuna sic fere supplenda:* caput u. vel alii conterito cum vino et facito ebibat ‖ 16 bene: iuvat remedium? ‖ 17 contrita *L* ‖ 19 ruta *L* | *fort.* labra ‖ 20 c. pariter *L pr., deinde* p. *del.*

vinique sext. I et aquae. Bos si aegrotat, iunci radicem
5 decoques et per cornum dabis. Ad tussim boum. Bos
si tussiet aut si suspirabit, terrae malum, ovum crudum
et adipem suillum et vinum vetus (adipem tamen prius
liquefacito et dato) bibat; vel marrubium cum vino datur.
6 Si bos collum subtorserit, ebulo contrito perunguitur
saepe vel medulla taurina, prius tamen axungia perfricato.
7 Si in collo nervi laboraverint, sumito corticem novam de
subero, comburito ut carbones fiant, et terito ex vino
veteri et axungia bene inter se commixto et perfricato.
Si collo pili saepius defluunt, ulmi vernaculi radicem ex
vino decoquito ad tertias et eo, cum opus non faciet,
saepius perunguito vel adipe ursina vel medulla taurina,
8 prius tamen axungia perfricato. Ad intestinorum dolorem.
Si bovi intestina dolebunt, sumito vini sext. III
et olei hemin. et permixtum per cornum et curat remediabitur.
Item aliud: salis pugnum et cepae capita X
pariter conterito et in offae modum reficito, eam in anum
bovis inicito et fac eum arare continuo folli et sanus
9 erit. Ad scabiem boum. Scabies bobis neves, et erbam
si satrum tundes, et ex eo pecus lavabis; et ex aqua, in
qua lupini decocti fuerint, nihilominus lavabis. Bobus et
ceteris pecoribus scabiem ut discutias, intibum silvaticum
10 conteris et perunguis. Bos aut asinum si eosdem morbos
inciderint, sumito scillam aut ramni radicem, id est spinam
albam quam tenerrimam, et in aquam infundito, quam per
dies XIV bibat; unde expurgabuntur et sanitas consequitur.
11 quitur. Ad sanguisugam. Hirudinem si bos devora-

---

17 cf. Col. VI 6, 5 = Veg. IV 4, 5. 21 cf. Cato agr. 96.
25 cf. Veg. II 139. 28 Col. VI 18, 2 = Veg. IV 24, 2.

---

3 suspiravit *L* ‖ 7 medullam *et* axungiam *L* ‖ 8 collum *L* ‖ 11 si *Schoettgenus,* ei *L* ‖ 12 decoquitur *L* ‖ 13 adipem u. vel medullam t. *L* ‖ 16 per c. dato et rem.*?* ‖ 17 ita aliud *L* ‖ 19 arare] *scrib.* currere ‖ 20 sc. oves ne vastet, herbam cicutam t. *Schn. coll. Col. VII 5, 8* ‖ 25 scylla aut rumnisci r. *L* ‖ 26 qua *L*

verit, cimicem conteres et ad nares eius admovebis: statim
eicies. Ad fastidium. Bos si non rumigat, salicis folia 12
aut corticem eius viridissimam contundito, et in eo sext.
vini addito et olei partem quartam, in se bene misceto
et per cornum bovi infundito. Intestinum enim movit ut
pedere non cesset; enovit sanabitur. Potio iumentorum. 13
Iumenta sic potionabis: stercus leporinum et cepam siccam
cum vino conterito et per cornu dato. Iumentum ruscones
si habebit, alium cum axungia conteris et dabis; aegri des
remedium feniculi cum cepa conteris et potionabis.
Iumenta si crocinabuntur, marrubium et axungiam conteris
et in vino dabis. Ad glandulas iumentorum: luna XIV 14
mane, antequam manus laves, iumento omnia impedimenta
tollis, et manus sinistrae digito medicinali de glandula
adprehendis et haec dicis: senti precante: nec lapis lanam
feri nec lumbricos oculos habet nec mula parit: utricu-
lum cossia herpiosum arbor fuit manu humana haec ipsa
concisa est, carbo factus est et si tuber, si panus evala
subula neceris nec radices agas. Hoc semel dices. Si 15
iumentum stercus gallinacium comederit, brassicam
agrestem terito cum oleo et aceto, dato bibat per cornum.
Ad abundantiam sanguinis genestam viridem conterito 16
et eam in vino sive in aqua permixtam dato per cornum.
Ad infirmitatem iumentorum. Iumentum si male 17
habuerit, cineris lixivae cyatos VIII, olei cyatos VI con-
subige et in se et dat bibat per cornum, et currat ne
minus horam aut... Seniores ut bene valeant: opo-
panacis unc. I conteris, ex vino dabis potionem. Ad sca- 18
biem iumentorum: Arabis bituminis po. III, sulfuris
po. II, picis liquidae po. VI, picem, mentam, oleum mitte

12 cf. Marc. Emp. c. 15, 11. 22 cf. Veg. II 77.

6 cum movit *ci. Schn.* || 9 aegris rem.? || 11 axungia *L* || 14 sinistra *L* | glandulam *L* || 15 s. precantem nec l. l. ferit *ci. Schn.* || 16 lumbricus *idem* || 21 dat *L* || 23 aquam *L* || 25 cineres lixiva *L* | *fort.* consubige in se et da ut b. — et misce *voluit Gesn.;* dato b. *Schoettg.* || 27 horam aut semis. Seniores ut *Schoettg.* | ypopanaces *L*

in ollam integram, sine quiescat. Dein superinfricato, qui
et trita erunt, et quae soleta, adice bitumen, sulfur nigro
et ita infunde, sed diligenter coques, ne ferveat, sed leni
igni vel carbonibus calefacito et removes ab igne et colas
ac resolutum prius aceto admiscebis. Hoc medicamento
perunguis iumenta alternis diebus ne plus bis aut quater.
19 Ad pituitas anisi unc. III, benetoris dabis cum vino per-
mixtos cyatos VI ad cornum. Ex quo medicamento etiam
per sinistram narem duas dragmas infundis. Item aliud:
stercoris scrofini pulverem contritum diligenterque cribra-
tum studiose servabis, ut si quando iumento pituita mo-
lesta erit, ex confecto pulvere cum vino veteri, quantum
videtur posse sufficere, per cornum deicias, et sanabitur
20 statim. Ad stranguriam. Si quod iumentum cuiuslibet
generis stranguriam patitur, de sinistra manica tunicae
peduculum eximis eumque in aurem equi sinistram conicies,
continuo sanabis. Sed cum hoc facies, peduculum omnino
21 non nomines. Ad morsum muris aranei. Si quod
iumentum mus caecus morderit, acetum acrum bene cum
orbita infundito et consubigis et sic tollis, et inde acu
ferrea morsum bene compungito et supra dicta terra con-
fricato. Hoc per triduum facito, et cornu cervino suffu-
22 migato. Ad vermes necandos scillae sucum instillato
23 et pice liquida tangito. Ad pedes attritos. Boves si
pedes adtriverint, priusquam in viam mittas, pice liquida
cornua perunguito. Famicem si boves habuerint, sale et
aceto diligenter eluito, posa aeris flos contritum commixtum
cum axungia vel alumine solo vel galla cum alumine.

14 cf. Pel. c. 122. 18 cf. Chir. c. 508. Plin. nat. hist. 29, 89 (= med. p. 109, 6 Rose). 24 Cato agr. 72.

1 super infriato quae trita erunt et quae solida adice *Schoettgenus* ‖ 3 lene *L* ‖ 4 remo^{v}bes *L* ‖ 7 aniscis *L. corr. Gesn.* | bene teris *Schoettg. fort.* veteris dabis cum vino permixtas ‖ 10 scrufini *L* ‖ 20 cum subigis *L* ‖ 23 sume *(deinde del.)* scyllae *L* ‖ 27 postea *Schn.* ‖ 28 allumine *L.* DIGESTORV̄ ARTIS MVLOMED̄ *subscr. L*

INDICES.

Numeri sunt librorum et capitum huius editionis. — *Garg.* significat Gargili Martialis libellum.

I. Index nominum.

Specierum origo:

II. Index rerum et vocabulorum memorabilium.

III. Index specierum.


Conspectus locorum quos Vegetius ex Chirone et Pelagonio exscripsit.

Veg.	Chir.	Pel.
I 2—6.	168—174.	
7.	179. 180.	
8.	464.	
9.	195. 196.	
10 § 6.		5.
§ 7. 8.		204. 205.
11 § 6.		207.
§ 13.	362.	
12 § 2.		205.
13 § 1—4.		14. 15.
§ 5.	346.	
14.	181. 188.	
15 § 4.	465.	
16.	196—197.	
17 § 2. 3.	165. 194.	
§ 4.		4.
§ 5. 6.	191.	
§ 7.	346. 814.	20.
§ 8.	347.	7. 19.
§ 9.	202. 348.	
§ 10.		9.
§ 11.		7.
§ 12.		8.
§ 14.		21.
§ 15.		18.
§ 16—19.	199—203.	
18.	204.	
19.	190.	
20.	193.	
21—28.	3—39.	
29.	115—117.	33. 34.
30.	121.	
31—33.	125—128.	
34.	130.	36—41.
35.	143. 133.	
36.	145.	

	Veg.	Chir.	Pel.
I	37.	148. 149.	
	38.	152—163.	
	39.	205.	
	40—44.	208—227.	
	45.		502. 504.
	46—55.	228—244.	
	56.		30. 32. 508. 24. 27. 226. 231.
	57.		374.
	58.		378.
	59.		454.
	60.		373.
	61.		152. 153. 155.
	62.		133.
	63.		168.
II	1—5.	256—262.	
	6.	249—255.	
	7. 8.	263—269.	
	9—12.	275—293. 301.	
	13 § 1—7.	57—60.	
	§ 8—9.	526.	
	14 § 1—4.	61—63.	
	§ 5. 6.		54. 55.
	15—19.	64—78.	
	20.		435.
	21.	84.	
	22 § 1—3.	85. 86.	
	§ 3—15.		412—434.
	23—27.	87—97.	
	28. 29.	323—325.	
	30.	98—100.	
	31—34.	542—547.	
	35.		307. 305.
	36.		59.
	37. 38.	550. 551.	
	39.	560—563.	
	40—44.	564—572.	
	45.		43. 44.
	46.	583.	
	47.	588. 587.	
	48 § 1—5.		200—202. 196. 197.
	§ 6—11.	105. 107—112.	
	49 § 1. 2.	50. 48.	
	§ 3—5.		228—232. 259.
	50—52.	51—54.	

Veg.	Chir.	Pel.
II 112 § 1—5.	376—379.	
§ 6—8.		363—365.
113—115.	380—383.	
116.		287—290.
117.	384.	
118—120.	404—413.	
121 § 1.	414.	
§ 2. 3.		130—135.
122—124.	415—421.	
125—128.		
129 § 1—7.	392—394.	
§ 9—12.		72—82.
130—133.		84—113.
134 § 1—2.		450.
135.		347—361.
136. 137.		291. 290.
138. 139.	497.	
140.	502. 503.	
141.	517—519.	
142.	506.	
143 § 1.	514.	283.
§ 2.		284.
§ 3. 4.	510. 511.	
144.	512.	
145.	514.	282.
146 § 1—3.		279—281.
§ 3.	514.	
147.	516.	
148.	515.	
149.		137. 138.

De libro tertio admodum pauca possunt statui eaque non satis certa praeter c. 28: vide quae adnotata sunt ad singula capita. Librum denique quartum inde a cap. 2 § 6 totum ex Columella VI 4—19 sumptum esse supra monuimus.



Corrigenda:

p. XVIII lege: 1, 56, 36 *imitatur* et 2, 13, 8 pro 2, 13, 1.

p. XXI l. 1, 1, 2 pro 1, 12.

p. XXVIII adn. 2 *sub* Chiron *dele* I 37.

p. XXXII lin. 6 l. 2, 49, 3 pro 2, 47, 3.

p. XXXVIII 1, 38, 5 *intus abibunt* pro *i. habebit.*

p. XLI 1, 19, 3 *aleum* pro *oleum.*

p. 8, 136 *faeno* pro *foeno.*

p. 163 pagina iam manu missa nescio quo modo perturbati sunt v. 16—18; legas igitur:

16 *nimietate cursus,*

17 *contraxerint passionem,*

18 *attenuatis venam.*

Scripsi Friburgi Brisg. mense Decembri MCMIIII.

E. L.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.